



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



4227

~~77-2-6-N.31~~

65-8-27

MED 2282

Cst. l. y. cab. 9a. n. 182

C. L. SALMASII

DE

ANNIS

~~66-8-27~~

CLIMACTERICIS

ET

Antiqua Astrologia

133

DIATRIBÆ.

Saf 6 c



LYGD. BATAVOR.

Ex Officinâ Elzeviriorum

clō lō c XLVIN.

©. 113.



1934年6月22日

1934年6月22日



Illustrissimo Viro.

GASPARI COGNETO,

Domino de la Thuilerie , Baroni
de Coursons, Consiliario Regio &
apud Illustres fœderati Belgii Or-
dines Legato,

S. D.

SUscptum cœptumque tuo
rogatu opus, Vir illustrissime,
Ecce tandem absolutū, quia
nemini quam tibi qui auctor
edendi fuisti, debuit inscribi, à me
nunc offertur ac traditur. Meminisse
liquidem te arbitror, cum ante annum
& amplius Hagæ apud te essem, ac ser-
mo incidisset de sexagesimo tertio vi-
tæ anno quem plerique hodie ab an-
tiquo Climactericum vocitant, & exi-
talem multis senibus judicant, me
quid de eo sentirem ita exponere, ut
etiam desideraris scripto consignatam
meam super ea re videre sententiam.

a 2

Do.

Domū exinde reversus nihil prius habui quam ut votis tuis meisq; satisfacere promissis. Sic non longa interposita mora, brevi dissertatione quæcunq; antiqui Græci & Ægyptii de Climacteribus tradiderunt, congestum ad te misi. Cæterum cum paulo post significasses, qualemcunque illam scripturunculam te velle cum populo habere, quod ita judicares non indignam esse quæ à pluribus legeretur & de privato in publicum transiret, morem non invitæ tuæ voluntati gessi, & qui primæ non obstiteram, non potui huic secundæ petitioni refragari. Quod autē jam tum scirem quantopere omnes tam Philosophi Mathematiciq; quam Philologi qui de hoc argumento aliquid commentati sunt, in Climacterum explicanda ratione hallucinati forent, ad rem pertinere credidi non simpliciter quid de his mihi videretur enarrare, sed etiam errorem communem refutare. Docendi ergo omnes fuere, quam longe abessent à rei veritate, qui tamen sibi persuasissent nihil melius quam quod ipsi de ea reprodidissent, posse

posse excogitari. Ut autem hæc mihi recte demonstratio procederet, non satis visum est ostendere, falli eos qui scripsere septimo quoque anno, quasi singulis ætatis gradibus & articulis, in vita cujusq; mutationem evenire æque in bonum ut in malum, & hoc esse quod annorum Climactericorum nomine veteres nuncuparunt. Ulterius progrediendum fuit, & quoniam nova Astrologia nihil de Climacteribus tradidit, sollicitandam ultimam hujus artis antiquitatem duximus, quæ eos sola sibi vindicat, hodiernæ mathesi prorsum ignoratos. Idcirco & obiter de utriusque genethliacæ disciplinæ differentia disleri fuit necesse, ut hoc modo constaret cur vetus tam multa & tam accurate de Climacteribus scripta & explicata reliquerit, quamque eorum colligendorum rationem observarit, de quibus penes neotericos artifices tam obstinatum & inscitum silentium. Dum singula itaque circumvestamur, & studio fallente laborem, tractationis ipsius amore longius provehimur, præsensim de exigua dia-

triba factum est volumen ingens, cu-
jus lectio ne tibi tædium afferret, in
pauca cogere placuit universi operis
conspectum, quem habere posses pro
priori quæ tibi missa est exercitatio-
ne, & quem solum in tantis quæ te
quotidie circumstant rerum & nego-
tiorum quasi fluctibus, possis velisq; si-
ne fastidio, & meliorum occupatio-
nū damno percurrere. Quo ex opere
si quid redundaverit in rempublicam
litterariam emolumentum, tibi imputari
debebit. Sin vero nihil aut parum fru-
gis inde sperare dabitur litteratis ho-
minibus, solus ego publicè offen-
dero. Quidquid certe fuerit, vel ex
eo constabit quanti litteras & earum
amantes æstimes, quem libido inces-
serit talia requirendi quæ non nisi cu-
riosum eruditionis studiisque melio-
ribus deditum animum possint com-
movere. Sed alia sunt istis eaque majo-
ra plurima tua decora. Non ibo tamen
hîc in tuas laudes, quæ in annales
ituræ sunt. Non meum est quippe di-
cere, quod tuum non sit libenter
audire. Nemo enim omnium homi-
num

• num minus laudari expetit, quam qui maxime laude quæ digna sunt, gessisse gestit. Commendatione præterea hac mea crescere, majorque quam es & ab omnibus haberis, fieri non potes. Quin potius publicæ de te famæ præconiis derogarem, virtutesq; tuas dedererem minus de his quam par est dicendo, quia paria cum tuis meritis facere ea prædicando neutiquam liceret. Non possum tamen præterire sine piaculo quod historia nostra sine damno rerum à nostris gestarum tacere minime poterit, te uno nimirum interprete, internuntio & legato, regem Christianissimum inter duo potentissima regna arbitrum factum, adeo feliciter turbas eorum composuisse ut ex crudeli & cruento, in alterius, certe vel etiam in utriusq;, perniciem gliscente bello, in concordiam mutuam ambæ partes redierint, & pacis in longum duraturæ firma fundamenta te conciliante jecerint. Tuum istud præclarum & gloriosum facinus, tua laus tota, hoc tuæ debetur nunquam satis laudatæ industriæ sollertięque, ut quod cuili-

bet judici inter duos privatos litigantes sumpto difficillimum est, cum utriusque bona gratia litem dirimere, tu novo & inaudito exemplo utramque Coronam, Suecicam Danicamq; , demerueris, quæ hoc nomine Regi grates extra ordinem agendas decreverunt ob hoc tantum quo à te affectæ sunt beneficium. Quam bene porro hætenus variis legationibus apud diversos Principes pro Rege functus, de bono publico & Galliæ regno meritus fueris, & quam bene in hac quam nunc obtines Legati Regii apud Illust. fœderatarum provinciarum Ordines statione mereri pergas, si Epistolæ res esset haud parcerem memorare, sed ne diutius te morer properantem ad ea cognoscenda quorum desiderio te captum esse vehementi sæpius declarasti, hic desinam, si prius te rogavero ut hæc qualiacunque sint, grata & accepta velis habere de quibus meditandis & publicandis nisi auctor & impulsor accessisses, nunquam cogitasset. Leydæ Idibus Novembribus, 1610 10 C XLVII.

P R Æ.



P R Æ F A T I O
A D
L E C T O R E M.

Quoniam omnis Climacterica ratio annorum, mensium, dierum & horarum tota ab astrorum disciplina pender, nullaque omnino esse videri debet, si vera non sit ratiocinatio Chaldaorum Genethliaca; de ejus origine & progressu, variisque sectis longa satis Prologomena paraveram: sed cum nimis proluxa evasis-
sent quam ut commode praeponi possent jam nimium per se grandi de Annis Climactericis volumini, separatam de his Monobiblon confecimus. In ea scientia ex observatione siderum facta quanta vanitas sit & inconstantia ex auctorum dissensione ostendimus: item ex eo quod hodierna diversa sit ab antiqua quae hodie ignoratur, ut ea quae hoc tempore exercetur, veteribus ignorata est. Ibi etiam Arabum errores in vertendis Graecis explicamus, & in interpretandis Arabum scriptis Astrologicis Barbarorum Latinorum hallucinationes. Interim tamen aliquid hic praefandum duximus de artis falsitate, ut clareat Climacteres nihil esse, & Climactericis annis nihil tribui fidei debere, cum ars ipsa quae eos produxit, nullos effectus habeat ad hu-

P R A E F A T I O.

*magna vitæ rationes, & futurorum quam promittit
significationem. Ut error est inter omnes qui homi-
num menti infederunt, vetustissimus, quem ne nunc
quidem excutere bona fide totum potest aque decipi
facilis ac decipere natura mortalium, tanto magis
expedit eum animis evelli radicesque omnes quas tam
alte per tot sæcula inveteratas egit, funditus ex-
tirpare. Nihil est in quo sibi indulgentius & licentius
blandiantur homines etiam non stulti, quam in futu-
ri divinatione. Inde est quod tam avide omnem artem
qua id venditæ consecrantur, eosque qui tale quid
pollicentur, omni genere cupiunt demereri. Et quasi
aliquid sint aut sciant plus quam mortalem esse aut
scire fas sit, divinos ex eo appellant, quia pars est
nimirum divinitatis id præscire quod sit eventurum,
cum ad Deum proprie pertineat hæc facultas quam
nisi ab eo donatam & infusam hominum nemo possi-
dere potest. Quod tam cupide appetitur, & à curio-
sis qui semper plures sunt, haud mirum est si multi
etiam reperiantur qui quod nesciant ulro ejus rei
se perfectissimam habere scientiam fingant. Nam
falli volentibus nunquam desunt & fallere parati,
præcipue si opera pretium facturi sunt, qui stul-
ta aliorum credulitate abutuntur ad compendium
suum. Inde honos & pretium primo constitit artæ
quam divinam jactarunt qui ejus repertores fuere,
quia non solam facit hominum fata, sed etiam præ-
dicat. Et quo tutius imponerent ignavis & hianti-
bus populis ne aliter credere possent quam divinum &
cæleste quod profiterentur, astra illa ipsa ex quorum
ratio-*

P R Æ F A T I O.

*rationationibus explicare se posse predicabant ante-
 acta & futura, ipsissimos Deos esse persuaserunt. Duo
 certe sunt quæ si non concedantur & pro certis non
 teneantur, nullo modo potest constare genethliologia
 ratio & veritas. Nisi inquam ponatur simulacra
 caelestia quæ ζώδια vocantur, vera esse, & septem pla-
 netas sive erraticas stellas Deos esse, actum est de Astro-
 logia. Duobus quippe memoratis fundamentis tota
 inniuitur. Ea si subducantur, totam necesse est rue-
 re, & ad nihilum redigi. Primum ergo de imaginibus
 an vera sint, expediamus. In arte vana si quod est
 vanissimum, hoc maxime esse tale censi debet. Ex
 multarum stellarum dispositione singula formata sunt.
 Si quis autem non nominata, nec depicta figura quam
 representant, eodem situ & ordine stellas illas in ta-
 bula poneret quem infiguratione obtinent, nemo esset
 qui posset dicere ex tali stellarum positu & ordinatio-
 ne Taurum effici, aut Leonem, aut Aurigam, aut
 Geminos, aut Capricornum, aut Virginem, aut Thu-
 ribulum, aut Craterem, aut Centaurum, & quid-
 quid est talium Φαντασμάτων. Chela Scorpionis
 pro Libra sunt. Ergo stellæ quæ Libram effigiant, pos-
 sunt æque videri & brachia Scorpii effingere. Pos-
 sunt sane & aliud exhibere de quo nondum in men-
 tem venit Astrologis. Sed definitis ab antiquo stan-
 dum est, ut aut Chela sint, aut Libra. Multum ta-
 men refert ad effectum & significationem utrum pro
 brachiis Scorpii habeantur an pro Libra. Si Libra est,
 Mensuræ tribuet vires, & pondera rerum, ut
 canit Manilius. Qui sub ea nascetur,*

P R Æ F A T I O.

Et licitum sciat, & vetitum quæ pœna sequatur.

Perpetuus populi privato in limine prætor.
Hæc effecta Libra lancibus conveniunt non Chelis Scorpionii. Chaldaeorum secta nullas tales ei astro significationes tribuebat, quia nullam Libram in astris agnoscebat, & undecim tantum signa numerabat. Scorpionium enim dixerunt duorum signorum spatium obtinere, corpore suo cum cauda unum, Chelis alterum. Nec sane debuit sine suis brachiis in cœlo consistere Scorpium quasi dimidiatus. Idem Chaldaei, ut testantur veteres, nolebant aequales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui aliud signum vicinas, aliud quadragenas habere, cum Aegyptii tricenâs esse partes in omnibus vellent. Ac Scorpium secundum eorum Chaldaeorum doctrinam quia duo signorum occupabat locum, sexagenas habuerit partes oportet. Si significata igitur vel decreta ipsa astrorum, respondent figuris eorundem, qui sub Chelis Scorpionii nascetur non poterit esse justus librator & æqui, ut esset revera, & convenienter suo nomini & figura, si pro Chelis Libra pingeretur in ea parte cœli. Leonis signum generosos, & magnanimos facit, bestiaeque in terris cognomini similes. Virgo virgineos dat mores, capillum, cultum, incessum. Ita de aliisfigurationibus. Ut hoc esset, de veritate imaginis constare deberet. Atqui ne si constaret quidem esse veram, propterea sequeretur Leonem caelestem leoninam ingenerare naturæ fortitudinem. Virtute divina præditum esse opereretur, siquidem posset sub se nascentium animum sibi de for-

PRÆFATIO.

fortitudine similem formare. Gentes quæ huic signo subiacere creduntur, leoninam præcipue ferocitatem obtinere & magnanimitatem deberent. At ne in eo quidem conveniunt antiqui quæ nationes sub eo sitæ sint. Dorotheus Graciam, Phrygiam & Propontidem ei subditam esse dixit.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον Ἑλλάς, Φρυγίη, Ἄμα, & Σύμα Πόντος.

Græci vero non nimium fortes, Phryges etiam ignavi & timidi olim. An qui per partes hæc tractarunt, ideo cauda Leonis Phrygiam subiectam esse voluerunt? Ἐμὴ κεφαλῇ Προποντίς, καὶ ἡ σῆμα Ἑλλάς, ὑποκείμενον ἡγεμῶνα Μακεδονία, καὶ ἡ πρὸς τῇ ἑστῇ Φρυγία. At cauda sese exstimulat & accendit Leo ad iram & furorem. Vnde & Ἀλκαία dicitur. Sunt qui putarunt non ex stellarum positu & ordine figuras imaginibus celestibus factas, sed ex observatione eventuum & effectuum. Quod enim deprehensum esset jugi speculatione sub eo signo natos, fortes ac generosos evadere, ea de causa & Leonis nomen illi imagini inditum, ab effectu fortitudinis. Sed hæc sine ratione dicuntur. Aut enim signum fuit, id est μὀρφωμα, priusquam Leo esset, aut quando primum factum est simulacrum, sub Leonis imagine ac nomine prolatum fuit. Si hoc, non ab effectu genesis in leonem formatum est sidus, sed ex stellarum dispositione talem formam habere visum est, atque ex ea leonina effigie mores etiam leoninos efficere creditum est. Si illud, jam nos doceant oportet, quale signum fuerit prius, & cuius animalis imago. Si nulla omnino

P R A E F A T I O.

omnino fuit, nec antea observatum est tot stellas ita dispositas & in unum corpus collectas Leonis figuram simulare, non video quomodo potuerit procedere observatio signi fortium genituras facientis & significantis, cum in eo positus est horoscopus. Prius ergo signum fuisse necesse est & quidem Leonis, & tum demum ex eo quod esset Leo, fortitudine etiam leonina präditos generare existimasse. De ceteris idem dici ac censeri debet. Nec solum autem exorients Leo facit magnanimos sed etiā belluones, & qui bona sua dilapidant nihilque heredi relinquunt, sed semet ipsos heredes suorum constituunt. Si figura lupi esset vel leopardi vel alterius animalis rapacis & voracis, idem plane foret. Callidos etiam & versutos qui sub eo nascuntur, anxios & tristes esse asserunt. An quia talis est leonis natura? Certe & colorem facere putatur qualem habet, croceum atque ad rubedinem declinantem. Principes etiam ac duces ab eo, potentes & locupletes fieri. Quae omnia quadamtenus Leonem referunt, sed quae post Leonem reperta sunt, & ex Leone nata, non ex his Leonis simulacrum effectum. Infinita quippe sunt rerum, negotiorum, actuum & eventuum & casuum, quae nullum habent signum cui accommodari possint ex signi similitudine & virtute naturali, & proinde cum pro his signum factum non sit proprium, querendum fuit quamvis ex longinquo & ex obliquo cui simulacro aptius eas tribui par foret. Tauri sidus oriens agricolas & aratores facit. Ratio in promptu est, quia tauris junctis arantur arva. Sed priusquam id repertum esset junctis bobus

terram

P R Æ F A T I O.

terram proscindere aratro, iners jacuit vis illa fideris naturalis. Loca etiam sunt hodieque plurima ubi astinis, alia ubi equis sub jugum ductis aratur. Sunt etiam ubi nulla animalis opera id faciunt, sed homoligone terram vertit. In orbe novo, foramina in terra faciunt & grana indunt foraminibus. Hac eorum aratio & satio est. Non ergo dici potest quod ab illius signi exortu aratores nascerentur, ideo factum illi nomen esse Tauri. Sed prater illam potentiam agricolae efficiendi, cur cinados & fœmineos faciat opera pretium est cognoscere. Cum de cinadorum genitura quaeretur, & viderent in cœlo nullam esse imaginem propriæ cinadicæ, ut Tauro ea recte adscriberent, ipsis in mentem incidit. Cur hoc? aut quod in Tauro κιναιδολόγον? Quia aversus oritur, cinadî autem aversam corporis partem & posticam præbens pediconibus suis. Nec hac tantum causa adfertur cur molles & effœminatos faciat, sed quod multas puellas habet in capite, Hyadas nempe & Pleiadas, quas alii veteres ἐν τῇ ἀποτομῇ collocabant, i.e. in ea parte qua aversus oritur. An hæc etiam causa est quod fœmineum hoc signum esse voluerunt? Nam Taurus signum fœmininum, ἡῆλυ ζῴδιον. Omnia sane consonarent & consonarent, si pro Tauro Vaccam in cœlo statuissent. Et sine dubio fecissent si imaginis tantum rationem habuissent. Quid enim tam simile Tauro quam Vacca? Cur igitur Taurum esse maluerunt, cum omnia fœmina habeat, etiam sexum, & cum muliebres indat nascentibus animos ac mores? Atqui Taurum non cedit generositate Leoni. Animosum certe est

P R Æ F A T I O.

est animal, quodque nunc & olim saepe ad pugnam cum Leone quasi par idoneum compositum est. Taurorum quippe & Leonum pugna in auctorum monumentis crebro leguntur, & vidi ipse meo tempore non paucas. Decuit itaque sub Tauri signo, si vere Taurus esset, concitatos homines, feroces, ad pugnam irritabiles & fortes gigni, non molles & cinados atque effœminatos. Ergo Vaccam debuerunt in cœlo locare Tauri loco, cum eadem sit species. Sed fabula satisfaciendum fuit qua non absolute Taurum quemlibet inter astra retulit ex stellarum quibus figuratur compositione factam, sed eum Taurum qui Europam per mare vexit. Et hac ratio est cur posteriores ei partes non dentur in cœlo, quia in mari dum nataret non apparebant, cum sola priores extra aquam eminerent. Fœmineos dat mores quia fœminam transportavit, in gratiam amatoris. Eratosthenes scripsit hunc esse bovem qui coit cum Pasiphae, cujus priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter fœmineum sexum. Quodcumque sit, ex fabula hic ἀστερισμὸς originem ducit potius quam ex imagine. Nec enim Tauri cujuslibet forma est. Sed ejus Tauri quem fabula poetarum inter astra constituerunt, quod ministerium lenonis Iovi amanti prabuisset. Mythologia autem accommodatas constat Astrologia ἀστρολογικῆς rationes, quia hac apud Græcos posterior, illa prior. Poeta sane totum cœlum astris, id est ζῳδιοῖς & μορφώμασι, longe ante impleverunt quam Astrologia, quæ vocatur judiciaria, in cognita foret. Hoc Astronomici poetici argu-

P R A E F A T I O.

argumentum fuit, quod Hyginus & alii pertractarunt, in quo uniuscuiusque signi historias causamque ad sidera perlationis docuerunt, eorumque corporum deformationes, & in his numerum stellarum ex quibus illa composita, persequuti sunt. Primus Berosus in insula & civitate Coö consedit, & Chaldaorum disciplina, cum ipse esset oriundo Babylonius, scholam Graecis aperuit. Is post tempora Alexandri Magni vixit ac sub primis Seleucidis floruit. Ante illum non potest ostendi quemquam Graecorum Genethliacam professum esse aut aliquid de ea conscripsisse. Quam Astrologiam ibi tum docuerit Berosus, & an rationes suas Sphaera Graecanica & figurationibus ejus accommodaverit prorsus me latet, sed illud omnino certum est Graecos qui post eum illam artem excoluerunt atque exercuerunt, praelectiones suas praecipue qua petantur ex signis, ad Mythica religionis exemplar qualis tum apud Graecos celebrabatur, instituisse. Hac sunt Barbarica Sphaera Apotelesmata Firmici, quam disciplinam ait Graecis multis, & omnibus ferme Romanis fuisse incognitam, atque ipsis etiam Aegyptiis antiquissimis primisque artis repertoribus Ptolemaeo & Necepsio minime compertam. Omnes igitur illi Aegyptii & Chaldaei, & plurimi etiam Graecorum, ex solis septem planetis natalitia praedicta ducebant, non ex signis, & figurationibus caelestibus quas poeta Graeci commenti fuerant. Recte notat Firmicus eam rationem non multis Graecis fuisse cognitam. Nonnulli quippe vel ex antiquioribus Graecis eam cognoverunt ac receperunt, adaptaruntque ejus effectus fabulosis

P R Æ F A T I O.

Historiis quæ tales in calum figuras retulerant. Quod innumeris exemplis probare esset facile. Immo omnium signorum sive siderum apotelesmata sicut à Græcis Astrologis prodita fuere, hoc ostendunt. In Tauro idjam monstravimus. Is est qui Europam dicitur transfretasse, & amatori suo amasiam adduxisse, lenonis officio functus. Ideo fœmineum signum, cinadicum, posterioribus partibus obscurum est quia mari dum nasaret occultabantur. Alii dicunt Iovem ipsum in formam Tauri, ut hoc sibi ipsi præstaret, se convertisse. Vtut sit, olim cinadorum maximus eras proventus, cum nulla ferme esset in oriente nec in occidente civitas quæ non haberet meritoria publica, in quibus pueri muliebria mercede patientes prostituebantur. Hodie vero cum adeo rari sint, effecta nimium vis illa Tauri est quæ tot numero cinados antiquitus faciebat. Leo de quo ante diximus non leonis cujuslibet simpliciter figuram refert, sed illius Leonis qui Nemeam vastabat, & quem Hercules prima depugnatione ex duodecim devicit. Ideo sub eo nascuntur qui censum suum mergunt, & bona dilapidant. Nulla ratio est cur Aquila sidus regnum dumque satellites ortu suo creet, nisi è fabula petatur quæ Aquilam eam cælo donavit, quæ Iovi arma, id est fulmen, ministrare sinxerunt. De qua ita Manilius:

Et quia non tractat volucris sed suggerit
arma

Immissoque refert ignes & fulmina reddit,
Regis erit magnique Ducis per bella mini-
ster.

Si

P R Æ F A T I O.

Si aquila simpliciter cuiusvis figuram fidus illud efficeret, non eos affectus nascentibus daret quos sola fabularatio assignat. Si ergo pro fabula id habeas quod de ministra fulminis alite traditum est, ejusdemque inter astra collocatio, falsum etiam fuerit & illud ejus Apotelesma quo satellites ducum & armigeros facere creditur. Idem reperies & in aliis omnibus sideribus signisque qua poetica licentia finxit caloque affixit. Non opus igitur ire per singula quod in eo quem dixi tractatu abunde prestamus. Si navis est in cælo, non est qualibet navis, sed Argo. Si fluvius, Eridanus est aut Nilus, non alius. Si homo est, aut Perseus est, aut Orion, aut Icarus ex fabula. Si femina, aut Cassiopea, aut Andromeda. Ita de aliis. Omnia etiam Apotelesmata eorum siderum talia, qualis est fabula scena. Non igitur ex observatione effectuum imagines illa nata, sed ad imaginis celestis historiam Mythicam accommodata est tota Ἀποτελεσματολογία. Argumento uno invincibili id probari potest. Si quod fortes faceret Leonis signum longa observatio docuit, atque inde huic signo nomen inditum est Leonis, cur eorum animalium sive monstrorum in astris reposita est figura qua in rerum natura nunquam fuerunt nec sunt? Inter Zodia signiferi circuli Capricornus habetur, sive Αἰγών. Omnes artes qua igne indigent ut peragantur, Capricorni signo dantur, aurifices, argentarii, fusores, flaturarii, metallarii, fabri ferrarii & pistores. Si tales gigni longa observatione sub hoc signo comperitum est, unde rescitum est figuram qualem habes

A D L E C T O R E M.

Capricornum his rebus competere & convenire? An bellua ex capro & pisce commixta, qualis nulla unquam fuit, cum his artificiis qua igne operantur, ullam habet affinitatem aut conjunctionem? Præterea

Addit & in vestes studium mercemque fugacem

Frigore, brumalem servans per sidera sortem.

Quod signum brumale est, ideo & vestifices facit, quia frigore usui sunt vestes. An etiam igne parandas artes ingenerat quia ignis per brumam bonus est ac necessarius? Sane ideo & Vesta, τῆ ἐστῖα, videntur illud signum dicasse.

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes.

Hinc artem studiumque trahis.

Nonne hac mirum in modum inepta, inscita, frivola, & ἀναπρόλογα sunt? Totum igitur Capricorni sidus fabula conflavit, nec tamen ex ea fabula potuerunt omnia ejus ὑποτέλεσματα deducere Idcirco ex alia causa arcesserunt, qua & communis illi esse potest cum sequenti signo Aquarii, quia etiam hibernum signum est, vestibis etiam indigens & igne. Capricorni effigies Aegipani similis est, qui & ipse Aegipan ex fabula habet originem, cum non sit in rerum natura. Hic Aegipan à Iove, quia cum eo fuerat nutritus & ex eadem Capra, cum matre sua cælo donatus fingitur. Cum Iuppiter Titanas oppugnet, primus pavorem hostibus objecit qui inde πᾶνις dictus est. Hac etiam de causa finxerunt, inferiorem

P R A E F A T I O

seriorem ejus partem in piscem desinere, quod muricibus, conchylii genus est acuti, hostes sit jaculatus, cum Ad manum lapides non haberet. Qua causa porro siderum choro addidit Centaurum, semiferum semivirumque monstrum? An quod perpetim observarunt Astrologi eos quibus sub eo nascendi sors concessa est, equos ad currum jungere, eosque ad frena patienda & equitem dorso sustinendum domitare? Hoc verum esset, si quidem talis natura in mundo fuisset. Sed homo sic equo mixtus, fabula est. Et tamen talem fuisse credidit antiquitas, sed mendax. Sagittis eos & arcu etiam valere tradidit. Ideo & robustos nervosique corporis & acumine ingenii pol-lentes caelesti Centauro attribuit, ob nervos arcus, & acumen sagittarum. Qua qualia sint nemo non videt. Non certe nimium acuta nec cordata inventionis. Ganymedem coeli penatibus intulit fabularis historia, ut Iovi ambrosiam propinaret. Inde factus Aquarim sive ὕδρηχος qui aquam fundit ex urna. Nec sibi in hoc constat fabula. Aliud est ambrosiam Iovi epulanti in poculo ministrare, aliud aquam ex urna fundere. Aquileges facit, & qui aquas sub terra latentes, terris inducunt manifestas. Sic enim legendus & intelligendus de eo Manilius:

Cognatas tribuit juvenilis Aquarius artes,
Cernere sub terris undas, inducere terris,
Ipsaque converlis adspargere fluctibus
astra.

Alii Deucalionem esse voluerunt, quo regnan-te diluvio terra operata sunt. Alii Cecropem, quia

b 3

non-

P R A E F A T I O.

mundum eo imperante vinum erat repertum, sed aqua pro vino in Deorum sacrificiis utebantur. Quid quid horum sit, sive nihil horum, fabulosa est. Aquarii figuratio, & ex eo non minus falsa ἀπολεσμοπικὴ & aquilegum genitura. Mites, parci, moderati, probi, sancti etiam primo ejus ortu nascuntur. An ex talium geniturarum observatione illius sideris Φαίτασμα monstratum est? Parcā in pluribus ejusmodi morari quod alibi factum est. Horum certe formationum nihil est quod magis fidem elevet atque eludat quam quod in omni Sphaera variant, & pro diversitate disciplinarum & sectarum alia sunt. Diversas quippe eas habent Sphaera Graecanica, Aegyptiaca, Chaldaica, Indica & Persica, immo etiam Tartarica & Sinica. Quorum omnium nationum Graecā maximè novam fuisse constat. Tartari porro imagines longe diversas Zodiaci signorum sibi finxere quam Graci & Chaldaei, & quam ipsi etiam Indi & Sina, quamvis iidem ante quadringentos annos totam Sinarum ditionem occuparint, ut nuper fecisse ex relatione mercatorum cognovimus. Tartari igitur illi pro signis duodecim Graecorum has animalium formas & appellationes videntur in caelo designasse, Murem, Bovem, Pardum, Leporem, Crocodilum, Serpentem, Equum, Ovem, Simiam, Gallinam, Canem, Porcum. Horum ζῳδιακὰ nomina Tartarica protulit Scaliger in libro de Emendatione temporum, sed in multis corrupta. Nec pro signis Zodiaci illa retulit, sed annis Dodecaeteridos qua utuntur, significandis. Caterum pane pro certo habeo hoc fuisse

P R Æ F A T I O.

fuisse etiam vocabula signorum Zodiaci qua singulis etiam annis Dodecaeteridis imposuerunt, ut alibi pluribus ostendam. Non enim verisimile est quod ibi posuit Scaliger, ideo singulos annos Dodecaeteridos animalium nominibus appellasse qua affectum cuiusque anni indicarent, puta annum pestilentem vocasse, annum serpentis, annum fertilitatis, leporem: annum belli, equum: annum felis proventus bovem: annum famis, murem. Recurrebant quippe illi anni in omni Duodecennio eodem ordine ac tenore, nec proinde verisimile est in singulis Dodecaeteridibus semper eundem annum famem attulisse, & annonam bonam, & famem. Præterea annus fertilitatis & annus felis agricolationis pro eodem est. Nec video cur alter per leporem signari debuerit. Ut autem in Chaldaica Dodecaeteride primus annus vocabatur Arietis, secundus Tauri, tertius Geminorum & ita de aliis, ita & Tartari nominibus signorum annos sue Dodecaeteridis nuncuparunt. Nomina illa monosyllaba ferme sunt omnia, idque habere simile cum Sinicis quorum lingua tota est ex monosyllabis, quamvis à Tartarica toto genere distet non sola dialecto differat. Nam Leporem Tartari vocant ماو. Sinenses Thù, quibus felis vocatur Mauu, & melius quam Tartari, à voce nimirum quam edit, خبي porcus est Tartaris, Sinis Chù. Equus Tartaris وو. Sinis Ma. Canis istis Keu, Tartaris سو. Græcorum κύν accedit ad Sinicum. Bos چو Giu Tartaris, Sinis Nicu. Simia istis Heu,

P R Æ F A T I O.

Tartaris Xan شن. Ovem Tartari وي, hinc Gracorum ut videtur ὄϊς. Sina Yam. Gallina Tartaris in illa Dodecaeteride جوو. Sinis Kyy. Mus Tartaris كى, Sinis Xù. Sed de his alibi. Nomen ipsius gentis etiam monosyllabum. Xun appellant regnum suum. Vnde! Ciu Xun. Vinum Senense. Graci Σίνος dixerunt, antiquiores Σήγας, corruptius. Σήγ nempe pro Σιν, vel Xun. Nam Persæ & Arabes etiam Σιν appellant, صين. Falluntur itaque qui putant se ex appellationibus quibus Graci gentes & provincias civitatesque appellant se posse ad veram eorum originationem pervenire cum nihil sit illis corruptius. Omnia enim ad sonum sibi familiarem & proprias flexiones vocabulorum detorquent. Ut quos vocant Γαλάτας, non sunt nec fuerunt unquam isto nomine à suis nuncupati. Ita de aliis. Sed hac non sunt hujus loci. Sinarum porro peculiaris est ac sua astrorum scientia, quæ cum aliis celestibusfigurationibus quas nec Tartari fortassean habent, nec Indi. Certe nec Chaldaei nec Graci nec Aegyptiis. Sinarum & Tartarorum hac etiam fuit non minima in his rebus differentia quod Sina diem civilem dividunt in duas partes, in diem ascendentem & descendentem. Tartari vero ut ex fide dignis didici in decies millenas partes eum dividere soliti. Et cum illa autem tres supradictæ nationes, Chaldaica, Aegyptiaca & Græca, multa similia habuerint propter commutata invicem commercia quod alii ab aliis hauserint, de Tartariis & Sinis hoc idem non potest dici.

Per-

P R Æ F A T I O.

Perſæ etiam atque Indi quantum ad $\mu\omicron\sigma\phi\omega\omicron\tau\varsigma$ & alia Γεωρηματα bujus artû plurimum inter ſe differabant. Qua alibi latius & enucleatius expendemus & exponemus. Si qui alii adhuc nos fugiunt populi, à noſtra notiitia ſubmoti qui hanc eandem artem excolant, certum eſt & alias eos habere imagines corporum illorum celeſtium quam quas habent gentes nobis cognita. Nec ſane mirum, cum adhuc mille alia poſſint ex cuiuſque ingenio fingi & fabricari. Cum ſtella aliquot vacarent, ut infinita hodieque ſunt qua in aliquam formam ac figuram nondum ſunt redacta, & extra formam poſita habentur, tempore Ptolemai ex ſeptem ſtellis, qua ad caudam leonis in triangulum diſpoſita videbantur. Conon Samius Mathematicus, crinem Berenices eſſe docuit, quem illa deſectum & in Veneris Arſinoes Zephyritidis templo poſitum ex voto conſecraverat, ſi vir ejus Ptolemaem victor ex Aſia quam oppugnatum iverat rediſſet. Poſtero die cum crinis ille non comparuiſſet, in gratiam regis & regina Mathematicus ille finxit ablatum eſſe in calum, & inter aſtra eo loco quem ſeptem illa ſtella tenebant, conlocatum. Ex quibus apparet ornatum illum & ſuggeſtum coma Bereniceæ fuiſſe $\tau\epsilon\gamma\omega\upsilon\omicron\varsigma\delta\eta$, ut erant veterum ſcæminarum in Græcia. Paricerte ratione & modo, ſimulacra omnia fiderea ab antiquis figurata ac formata fuere. Poſtea Aſtologi ex imagine qua designata olim fuit, varia Apotelesmata ad hominum genituras deduxere, partim imaginis natura ac proprietati reſpondentia, partim ex aliis cauſis non magis probabilibus arceſ-

b 5

ſita

P R Æ F A T I O.

*fit. Nihil autem solidi nec veri subesse illis caelestibus εἰδώλοις, & mera esse figmenta non in rei veritate sed in eo tantum quod apparet consistentia, sic colligere possumus. Si singulas stellas consideremus ex quibus contexta sunt, ea quidem proportionē & commensu inter se distare videntur, ut talem animalis qualem representant figuram possint referre. Sed si verum quarimus, tam immania illa sunt interval-
 la stellarum quæ propinquis invicem spatiis distita apparent, ut nulla inde imago concinnata videri queat. Nulla enim est harum quæ sese contingere ex proximo videntur quin aquæ ab altera dissepiscatur, quam Sol à Luna, aut hæc à terra disidet. Ut autem ex septem planetis & terra si certo loco ætheris fixæ containerentur, & in suis orbibus stabiles manerent cum tali invicem dispositione quam quis sibi vellet imaginari, nullum tamen inde simulacrum conflari posset. Ita ex inerrantibus aliquot sideribus pro intervallo quo inter se distant, certum est aliquam effigiem haud magis commode fieri posse, quæ hominem vel feram vel aliud quid exhibeat. In tabella potest quidem ex certis punctis certo intervallo distinctè notatis, delineari quadrupedis aut volucris aut reptilis aut hominis simulacrum, sed in cælo nihil tale fingi capit ex stellis quæ in eo defixæ apparent. Primum intervalla inter se habent immani spatio divisa. Deinde cum videantur quasi uni Sphæræ affixæ, vel octava ut veteres, vel nona ut neoterici sibi fingunt; haud ita est, sed suas singulæ Sphæras habent, aliis alias si forte, superpositas & non minori invicem distitas inter-*

P R Æ F A T I O.

tercapedine, quam inter se sunt, ultimi cælo planeta, & terra citimi. Falli enim necesse est illum qui putaret in tam immensa & infinita vastitate ætheris non alia esse sidera quam qua oculis nostris usurpare possumus. Quæ tanquam minutissima hinc nobis apparent, ea esse altissima, & in ea ætheris regione posita ad quam visus noster penetrare non quit, certissimum est. Stella igitur quæ vocantur prima secunda aut tertia magnitudinis, non naturalis earum modus ac mensura hoc inter eas amplitudinis aut parvitatæ discrimen facit, sed visus nostri imbecillitas, earumque longinquitas aut proximitas major, pro qua majores aut minores nobis videntur. De hoc enim constat inter Mathematicos, si terra nostra fidus esset quæ puncti instar obtinet cum Solis altitudine comparata, non posse eam ab his videri qui in orbe Solis habitarent. Si Sol vero à nobis æque remotus esset ut illæ stellæ sunt fixæ, non majorem quam qualibet earum magnitudinem præferret, sed ἀστὲρ μέγας & habere, ut docent Græci Astronomi. E contrario si ex stellis illis altissime subductis aliqua in eodem cum Sole orbe volverentur aut starent, eodemque spatio à terris abessent, forma Soli pares viderentur. In illis porro intervallis stellarum quæ figuras caelestes componunt verisimile est multas interjectas stellas haberi alias quæ propter parvitatem suam non sunt conspicuæ. Si Sol enim in eorū loco esset, ipse quidem tanquam stellarum una fixarum appareret, sed Luna & terra aliq; planeta visus nostros prorsum effugerent. Nulla igitur ex stellis illis, sicut nobis

appa-

P R A E F A T I O.

apparent, solida & vera potest existere figuratio. Quod autem in sola Φαντασία consistit non ἐν τῇ αἰληθείᾳ, nullo modo ex eo prædictionum veritas potest constare aut efficientia rei talis qua prædici inde queat. Ergo astra illa quæ αἰδωλα sunt ex variis stellis sola hominum imaginatione contexta, nec ποιητικὰ sunt futuri, nec etiam σημαντικὰ, quia per se nulla sunt, nec majorem aut certiore habent existentiam quam elephanti vel porci, aut alterius animalis, vel hominis figura quas in nubibus aliquando conspiciari nos putamus, quæ longe secus se habere deprehenderemus si ex propiori loco vel juxta consistentes eas contempleremur. At quod in re non est sed apparet tantum, nihil ad rem facit. Si sol non esset major quam quantum videtur, non terram lumine collustraret nec calore alias ejus partes recrearet, alias torreret. Idem est de illis athereis simulacris. Cum revera non sint, sed duntaxat appareant, nihil possunt efficere quod ad hominis fatum pertineat, nihilque significare rerum futurarum, quia ex eo quod est, non ex eo quod non est, fatum efficitur ac prædictio ejus elicitur. Quod autem ad duodecim signorum circuli Zodiaci μὲν. ὧδε attinet & aliorum in septentrionali meridianaque parte siderum dispositionem, easdem figurarationes ut res est, videntur habuisse Aegyptii Chaldaique cum Græcis, sed alias historias causasque eorum inter astra relationis commenti sunt, ut in diatriba sequente obiter attigimus. Atque inde extitit differentia Græcica Sphæra & Barbarica, sicut à Nigidio diversis voluminibus pertractata fuere,

P R Æ F A T I O.

*fuere. In Græcanica μυθολογία poetica Græcorum
Astronomia persequutus fuerat, in Barbarica Aegy-
ptiaca. Fluvium caelestem Græci Eridanum esse asse-
rebant, Aegyptii Nilum. Capricorni alia est historia
Græcis, alia Aegyptiis. Quadam videntur Græci &
à Syris ipsis sive Chaldeis accepisse, ut Piscium fi-
gurationem cum sua causa & historia rationem. Dio-
gnetus quippe Erythraeus, ita scribendum est apud
Hyginum, ait quodam tempore Venerem cum Cupi-
dine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse,
eodem loco repente Typhonem gigantem apparuisse,
Venerem autem cum filio in flumen se projecisse, & ibi
figuram piscium forma mutasse, & sic periculum
evasisse. Inde proximos iis locis Syros ab esu piscium
abstinuisse, eosque quasi Deos consecrasse & coluisse.
Eadem habet Manilius lib. 1v. in Piscem scilicet sese
Venerem in Euphrate mutasse, cum Typhonem fu-
geret.*

Quum Babyloniacas submersa profugit in
undas

Anguipedem alatis humeris Typhona fu-
rentem,

Inferuitque suos squamosis piscibus ignes.

*Ex ea fabula natum eorundem Piscium Apostelesma
eodem teste Manilio:*

Nulla fides inerit natis, sed summa libido.

Ardentem medios animum libet ire per
ignes.

*Quis piscem diceret talem animum infundere? Sed Ve-
nus ignes suos Piscibus illis immisit, & libidinē genitrix
sub*

P R Æ F A T I O.

sub eo signo fidemque fallendi datam & perfida juramenta faciendi morem, ut amantium natura est. Inde & Veneris altitudo in Piscibus ponitur, quod Ὠφωρα appellant. Exaltari enim eam dicunt in Piscium parte vigesima septima. Hephaestion dicit Ὠφωρα A' Φοδῖτης in Piscibus esse, Ὡς κ' μοίρας, in parte vigesima. Stella autem in altitudinibus suis gaudent esse constituta, & maxima felicitatis decernunt insignia, quoties in hominum genituris, ut ajunt, maxima pars stellarum μοιραίων altitudinum suarum signa possident. Babylonii etiam hac de causa, ea signa in quibus stella exaltantur, domicilia earum esse voluerunt. Ergo in Piscibus domicilium Veneris & exaltatio ab ea fabula originem traxit & causam. Inde etiam juxta Odapsum vetustissimum auctorem Babylonium, an Aegyptium, Euphratensis regio & Tigris anterioribus Piscis Borealis partibus subjacent. In Meridionali vero parte Mesopotamia Austrino subiecta est. Quae omnia corruunt cum ipsis Apotelesmatis, nisi verum statuatur Venerem metu Typhonis se in Euphratem jecisse, & sub figura Piscium dissimulatam latuisse; eosque Pisces postea ob eam causam calo impositos fuisse, atq; ex eo talem potestatem in genituris hominum accepisse. Ex innumerabili stellarum multitudine quae visuntur in illa infinita aetheris vastitate alii quadraginta duo, alii quadraginta octo imagines sive ζώδια in totum numerant, cum longe plures & quidem diversa ab his quae designata sunt, ex iisdem stellis figurari possint. Multa etiam sunt extra formam signorum quas
 si quis

P R A E F A T I O.

si quis attenderet, posset in varias figuras redigere, aut separatim eas sumendo, aut cum iis quae jam in aliquam μορφωσιν collectae sunt, miscendo. Harum μορφωμάτων ἀποτελέσματα soli Græci Astrologi prodiderunt cum historia ἀστρώματ' congruentia, id est falsos effectus vanarum prædictionum ex fictis fabulis ductarum. Chaldaei & Aegyptii cum easdem figurationes agnoscerent, non tamen iis ad fata geniturarum prænoscenda usi sunt. Et sane si in iis imaginibus sive signis aliquid quod natalitii fati esset effectivum aut significativum esse credidissent, longe diversam iis potestatem & disparem effectum attribuissent, quia alias de his historias causasque κατὰ στοιχείους afferebant. Cum igitur isti ex solo stellarum habitu forma atque positura pendere nascentium fata existimarint, in ipsis etiam partibus Zodiaci magnam instar esse crediderunt, & momentum ad unamquemque eorum eventuum qui in vita accidunt, prænoscendum ac prædicendum. Nam septem quidem stellas ipsas dicebant, δρακῶν μὲν αἰτῶν λόγον ἐπέχον εἰς τὸ ἕκαστον τῆς καὶ τὸ βίον συμβαινόντων ἐκβαίνον ὅτι ἐπὶ ἀστέρας, σπερμαίνον τὰ ζῶδια μέρη, ut ait Sextus Empiricus de Chaldaeis. Hac adminiculatio Zodiaci partium non eo pertinet, ut ex ipsius signi figurationis & imaginis naturali potestate eam peti debere putarent, ut Græci non solum de signis Zodiaci censuerunt sed etiam de signis extra Zodiacum. Nam ζῳδιακὰ μέρη considerarunt tanquam loca sive stationes per quas transcunt aut in quibus moram faciunt planetae, & ex quorum collo-

catione

P R A E F A T I O.

catione prout in his disposita sunt, variis invicem schematibus consentiunt, triangulis, quadratis, hexagonis, vel contrariis. Hac sunt quae τὸ πᾶς Graci vocarunt, atque etiam ζώδια, Latini loca & signa, Arabes بيوت domos, & Graci quidam recentiores etiam οἶκας. Ea νοητὰ δωδεκατημόρια Graci appellarunt, & ζώδια, ad differentiam τῶν αἰσθητῶν. Ea signa sunt visibilia, id est μορφώματα, ex variis stellis composita & inaequalium partium quia in ascendendo prout obliqua sunt aut magis recta eorum ἀναφορῇ, plus aut minus temporis consumunt. Qui ἀναφορῇ ἁρόνοι vocantur. De circulo Zodiaco veteres Mathematici tradiderunt quod in annis centum gradus unius spatii ab occidente in orientem cum vagantibus septem stellis ferretur, idque longo tempore mutare situm signorum. Ita enim scribit Origenes apud Eusebium lib. V 1. Preparationis Evangelicae. Φέρεται ἡ θεώρημα ἀποδοκνύον τὸ ζωδιακὸν κύκλον ὁμοίως τοῖς πλανωμένοις φέρεσθαι ἀπὸ δυσμῶν ὑπὲρ ἀνατολῆς δι' ἑκάτον ἐτῶν μοῖραν μίαν ἢ τὴν τοῦ πᾶτος χρόνον ἐναλλάττει τὴν θέσιν τῶν δωδεκατημορίων. Quod de visibilibus, id est αἰσθητοῖς. Dodecatemoriis sive signis intelligendum. Nam τὰ νοητὰ, quae loca ac domos nominari supra diximus, θέσιν suam nunquam mutant, nec ab ea unquam recedunt, cum à locis in quibus fuerant priscis temporibus signa αἰσθητὰ longa intervallo abstiterint. Ante Ptolemei aetatem annis circiter ducentis aequinoctialem circulum tangebant pedes Tauri, nunc satis longe inde sunt. Mutati etiam loco Gemini & ab

anti-

P R Æ F A T I O .

antiqua statione multum recesserunt. Tradunt etiam
hodierni Astrologi Solem nobis multo viciniorē esse
quam olim ad quadragena & amplius stadiorum
millia. Eodem pertinet, quod Aegyptii teste Herodo-
to mandatum litteris se servare narrabant, ex quo
Aegyptii essent, quater cursus suos sidera vertisse, &
Solem jam bis occidisse unde nunc oritur. Id quomo-
do sit intelligendum, non desunt hodieque qui explica-
re voluerint. Qua non observata artem per se fal-
sam multo fallaciorem reddere idonea sunt. Signa
illa αἰὼν & quatenus imagines sunt, nihil conferre
nec contribuere ad predictiones aut fata geniturarum
Chaldaei nec Aegyptii crediderunt. Hac sunt qua
Arabes جرج appellanti, idest turres, vel oppida. Qua-
tenus autem domus sunt vel mansiones, ea νοητὰ ζώ-
δια vocantur & plurimum αἰωνογείν putarunt, non
ex aliqua & proprietate naturali imaginis, quia
non tam in istis considerarunt, sed ex loci ratione &
distantia ab alio loco, in quo planeta alius constitutus
est, & cui consentit aliqua figuratione, vel ab eo
dissentit. Vim tamen aliquam loco inesse permanen-
tem, eique adhaerentem videntur existimasse, cum
tradiderint τὸν ἑνὸς τοῦ αἰὼνος ἑξῆς τὴν δὲ δώδεκα
& αἰὼν in eo consistentis vel per eum transeantis.
Quod & ipsum nugatorium est, frivolum ac falsum,
ut pluribus in libro de origine & progressu Astrolo-
gia ostendimus. Hac Astrologorum fucra νοητὰ δώ-
δεκα ἡμέραι qua diximus, Loca nempe & stationes
duodecim per quas planeta discurrunt ad fata homi-
num facienda aut significanda, qua intricatas par-

P R Æ F A T I O.

res singula dividuntur aquales. Fuere etiam & astronomis δωδεκατημόρια νοητὰ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν diversa. Hac ζώδια sunt & signa, illa quae non videntur sed intelliguntur imagines. Atqui signa quid aliud sunt quam simulacra? An re igitur potius quam nomine distinguuntur? Signa νοητὰ non moventur, signa αἰσθητὰ moventur. Nam Dodecatemoriων νοητῶν finium seu terminorum initia à tropicis & æquinoctialibus punctis ducere consentaneum est. De his vide Picum Mirandulanum c. III. lib. VIII. Contra Astrologos. Sed perperam ibi imagines à signis differre dixit, cum ipsa signa sint imagines sive simulacra. Quae signa appellat sunt νοητὰ ζώδια, quae imagines illi dicuntur αἰσθητὰ sunt ζώδια. Cum ab imaginibus sive signis αἰσθητοῖς nulla ὑποτέλεσμα & deducerent Aegyptii & Chaldaei, alias tamen imagines in caelo infinitas prater eas quadraginta Græcorum, agnoverunt, in quibus omnem potestatem fati Genethliaci & prædictionum inde faciendarum collocarunt: Decanos appellarunt, de quibus multa notavimus in sequente Diatriba, quae sunt imagines νοητῶν, non αἰσθητῶν, intellectu non visu percipienda. Ternas singulis signis adscribunt varia specie & habitu formatas, quae decernunt convenienter suis figuris, sed interdum etiam diversa producunt à suis formis effecta. Singulis harum figurarum alias etiam quasi administras & munifices tribuunt imagines, quas ὀργάνων nomine Græci vocarunt. De quibus ac de Decanis ipsis auctor antiquus Teucer Babylonius librum scripserat, quem Porphyrius, Psellus & alii Græci sapius

P R A E F A T I O.

sepius citantur. Ut mirer Picum Mirandulanum dicere se nec quemquam invenisse præter Arabes homines fabulosissimos, & qui eos sequuti sunt Latinos, qui fidem illis adhibuerit. Nihil de illis Aegyptios, nihil Chaldaeos, nihil Græcos, nihil Latinos veteres Astrologia scriptores. Quæ nollem excidisse tanto viro. Decani quippe de quibus non solum Græci sed etiam ex Latinis Manilius & Firmicus scripsere imagines sunt. A Chaldeis & Aegyptiis introducti hi fuerunt in Astrologiam, & à Græcis recepti. Vox ipsa nihil aliud sonat. Arabes itaque non eos confinxerunt, sed à Græcis sumpsere, quorum scripta Astrologica in suam linguam converterunt. Vocant **الرجوع**, qui Græcis sunt Decani. Interpretes reddiderunt Facies, ut etiam **ὤψων** Græci appellarunt. Iudei qui à Græcis quoque mutuati sunt, sua lingua **דין** nuncupant. Et recte de his imaginibus interpretatur Haly Aphorismus x c v. Carpi in istis verbis, **κινδυνὸν τὰ ὀφθαλμολογία ἐκαστὴ δεκανῶν δηλοῦν** & **ὡραίεσιν ἔχοντο μὲν, ἔτι τὴν τέχνην τὴν μετέρχεται**. Picus reprehendit Haly expositionem qui accipit coorientes istas imagines Decanis de invisibilibus illis quarum Apotelesmata tradebant Astrologi, quia inquit, nesciebat quamam apud Græcos **Παρενατέλλοντα** sive Coorientia dicantur. Sed scire etiam debuit vir summus duplex esse genus **ὀφθαλμολογίων** & utrumque imaginofum, alterum visibile, alterum invisibile. Visibilia **ὀφθαλμολογία** sidera dicuntur quæ cum signis Zodiaci oriuntur & occidunt, ut Canis **Παρενατέλλον** dicitur Cancris apud Servium ad

P R A E F A T I O.

primum Virgilii Georgicōn, quia cum eo oritur. Cānis simulacrum est sive Ζώδιος, & quidem αἰσθητὸν sive visibile. Alia fuere figurationes invisibiles, ut illa simulacra quae cum Decanis oriebantur quae & ἀφαντέδοντες τοῖς Δεκανοῖς dicebantur. Nam & ipsi Decani imagines quoque invisibiles fuere ut & eorum administri & munifices qui cum ipsis oriri credebantur. Vnicuique Decano tres ejusmodi ἀφαντέδοντες adscripti erant. Ut apud Philosophos Græcos duo genera Deorum cælo adscribuntur, νοητοὶ & αἰσθητοὶ invisibiles & visibiles, ita apud Astrologos veteres duo quoque genera imaginum caelestium censita sunt, unum αἰσθητῶν, alterum νοητῶν. Αἰσθητὴν figurā fuere quae visu possunt usurpari ut duodecim signa Zodiaci, & quae extra Zodiacum in parte septentrionali & meridiali. Νοητὴν vero & visu non percipienda sed intellectu, Decani & eorum administri, & praeterea singularum partium cujusque signi imagines. Nulla enim pars sive gradus signorum fuit, quin simulacrum & effigies viri fuerit aut mulieris aut animalis. Idem Carpi auctor Aphorismo 9. & ἐξὶν αἰδῶν vocat, Cælestes effigies, quae & in annulis sculpebantur ab artificibus τελεσμάτων. Arabs reddidit صور. Multi Arabum & inter illos Mefsalah scripsere في الصور والحكم عليه. De imaginibus & earum decretis. Invisibiles autem istas imagines etiam Manilius agnovit, ut scias esse antiquissimas nec ab Arabibus primum inventas quos non novit Manilius, qui sua omnia acce-

pis

P R Æ F A T I O.

pit à vetustis Græcis & Aegyptiis fideralis scientia doctoribus & auctoribus. Is igitur lib. 1V. de Decanis loquens quæ signa in signis esse dicit, id est imagines in imaginibus. Sed Decani imagines νοητῶν signa αἰσθητῶν.

Verum aliis alia opposita est, & fallit imago Mentiturque suas vires & nomina celat.

Quæ tibi non oculis, alta sed mente fuganda est

Caligo, penitusque Deus, non fronte notandus.

Quibus verbis plane & Decanos imagines esse ostendit & quidem mente percipiendas non oculis, id est νοητὰς non αἰσθητὰς, Deos esse etiam significat qui penitus id est intellectu, non fronte id est oculis essent observandi. Decanos autem illos pro Diis habuisse in hoc opere docemus. Horum Decanorum δεκανατέδοντες etiam imagines fuisse νοητῶν & multum diverse ab aliis hoc nomine signatis, quia sidera erant cum Zodiaco orientia. Diodorus Tarsensis contra fatum Astrologorum de priorē genere δεκανατελλόντων, clare eos distinguit & ἀπὸ τῶν ζωδίων & ἀπὸ τῶν ἀλανητῶν. Vbi nomine τῶν ζωδίων intellexisse eum palam est signa visibilia omnia tam quæ intra Zodiacum quam extra, quaque Græci proprie & absolute τῶν φαινομένων nomine nuncupabant. In his & δεκανατέδοντες signorum Zodiaci fuisse. At δεκανατέδοντες τῶν δεκανῶν, non ἐν τοῖς φαινομένοις reponi debent, sed ἐν τοῖς νοημένοις. Verba autem illa ex Aphorismo XCIV. Carpi quem paulo ante ci-

P R A E F A T I O.

tavimus, ubi mentio fit τὸ ὁνοματεπιδόντων ἐκάστη δεκανῶν, duplici modo interpretatur versio Arabica, ما يطلع مع كل وجه. Quod cooritur cum unoquoque gradu, & quod cooritur cum quaque imagine sive facie, ما يطلع مع كل وجه. Quia scilicet omnis gradus ascendens etiam imago est. Interpres quoque Nasirodinus Thufius, ad eum locum notat, In libro qui adscribitur Tenkeluxa Babylonio, بنكلوشا بابلي. scriptum extare cum quovis gradu ascendente, similique modo ab Indis allegari. Ac in Isagogicis scriptis, fortasse Gracorum aut Arabum qui à Gracis sumserunt, haberi cum quavis facie quæ ascendit. Quod intelligendum est de quovis Decano, quem Arabes proprie وجه appellunt, id est imaginem vel faciem. In Indica porro Sphæra ut & Persica singuli gradus ascendentes totidem erant imagines, ut alibi docemus. Sed quodcunque sit, ὁνοματεπιδόντες Decanorum sunt etiam imagines ut & ipsi Decani, sed invisibiles. تنكلوشا autem sive Tenkelus ille Babylonius quem memorat Nasirodinus, is omnino est qui τένκρ Βαβυλωνί Gracis vocatur, & fortasse in scriptis Gracorum perperam hodie legitur τένκρ pro Τένκρ idque deflexum ex illo nomine Babylonis Tenclus. Nisi sit verius Gracos ad nomen sibi familiare propter adfinitatem soni vocabulum Chaldaeorum deflexisse ut mos est illis. Nam τένκρ Gracum nomen est, non Τένκρ nec Τένκλ. De quo alibi. Meminerat ille τένκρ vel Τένκρ

P R Æ F A T I O.

Τὴν καὶ Ⓞ Babylonius citante Psello τὰ παρὰ ἀναπλά-
 λόντων ἐκάστω ζῳδίων quos ab ipsis signis discerne-
 bat & à Decanis. Videtur autem per παρὰ ἀναπλά-
 τας intellexisse singulos gradus ascendentes, quæ toti-
 dem erant imagines. Cum dena vero partes singu-
 lorum Decanorum essent & terni Decani in unoquo-
 que signo, eorundem quoque imagines habuit unus-
 quisque Decanus quot partes, & illas omnes ἰοῦντας
 & invisibiles. Pro figuris autem visibilibus quæ
 sunt in Græcica Sphæra & Aegyptiaca & Chal-
 daica, extra & intra Zodiacum, alias habent &
 longe differentes Indica & Persica. Si figura visi-
 biles ex solo humano arbitrio composita fuere, nulla
 ratione aut veritate existentia suadente talium for-
 marum figmenta, multo minus re ipsa & in verita-
 te existere censenda sunt invisibiles quæ nec Hippo-
 centauris nec Tragelaphis nec Chimæis adnumeran-
 da tantum videntur, sed somniis & imaginibus no-
 cturnis quas ægri vident. Et tamen utrumque genus
 figurationum tam visibile quam invisibile divina
 quadam potestate & immensa donaverunt qui primis
 eas consinxere, ut effectus eis tribuerent in genitu-
 ris hominum qui non possunt nisi ab aliquo numine
 & quidem potentissimo profluere. Visibiles igitur
 & invisibiles illa celi imagines totidem fuere Δι-
 ονοῦντοί & αἰσθῆντοί penes eos qui ex genethliaca
 astrorum divinatione artem fecerunt. Nullum non
 posse simulacrum ex stellarum dispositione fingi do-
 cent Iudeorum magistri qui Alphabetum lingua sa-
 cra litterarumque suarum notas & characteres in
 astris

P R A E F A T I O.

astris delineatas se deprehendisse crediderunt. Quo magis ignoscendum videtur Astrologis qui varias effigies ex stellis hoc vel illo modo dispositis concinnarunt, & de calo oscillorum ludum fecerunt, in quo multiplici & versatili concatenatione explicata nunc bellua ostendebatur, nunc homo, nunc monstrum, nunc formosa facies, aut alia res. Hac de imaginibus quas & ipsas nisi divina potestate & appellatione praeclatas non putarunt aliquid efficere posse in fati hominum componendis aut praeclendis. Nunc de singularibus stellis videamus quae septem sunt erratica, in quibus totam fati faciendi potentiam resistere arbitrati sunt. Haec si non habeantur pro Diis, non effectus illos qui tribuuntur habere posse certum est. Deos ergo fuisse habitos certo certius est ab huius sideralis scientiae praeclis auctoribus, ac reperiitoribus. Hi fuere αἰοδῆτοὶ eorum Dii de quibus nos alibi plura. Stella igitur ista aut faciunt aut significant, aut utrumque, aut neutrum. Cum neutrum facere sentientibus nihil nobis discordiae est, qui & ipsis ultro assentimur. Ut significant futura, ne opus est quidem animatas esse, cum ex variis rebus inanimibus, non solum animatis praesensio & scientia rerum futurarum olim ducta sit, ut ex extis immolatarum pecundum, ex sortibus, ex vorticibus aquarum, ut Teutonum mulieres, ex fulguribus & aliis rebus. Ponamus stellas animatas esse corpora, vel animalia, ut significationem ejus quod eventurum est habeant, non est necesse etiam Deos putari. Nam ex animalibus divinationis etiam multa genera prodita sunt,

ut

P R Æ F A T I O.

ut ex volatibus avium cantibusque olim plurima gentes, ex fremitu & hinnitu equorum Germani prasagia futurorum petierunt. Nobilissima vero illa fuerit oportet divinatio quæ ex corporum celestium terra vix minorum, certe multorum & majorum, quæ supra nos stant aut volvuntur, motibus, trajectionibus & stationibus ducitur. Cum vero alii divinationum modi qui ex rebus animæ expertibus & animatis olim observabantur nunc penitus aboliti sint, cur illud quod omnium videtur difficilimum perceptu, & quod nulla ratione subnixum est, durat? Ut faciant autem stelle fatum, non tantum animatas esse statuendum, sed etiam divinas, sed etiam Deas. Quod enim formas & mores & statum, & motus animorum, actus & casus omnes quibuscum vita obnoxia est in homine nato efficit, non potest nisi divina potentia pollere, & pro summo numine censerî. Et sane omnes illi qui τὸν ἥ ἀσπὼν κίνησις ἀνάγκασκεν εἶναι ἢ πάντων supposuerunt, non aliter de his senserunt quam Deos esse. Nemo enim potest cogere quemquam ad patiendum aut agendum quod decreverit, nisi Deus. Tres fuere antiquissima & celeberrima secta hujus disciplina, Chaldaica, Aegyptiaca & Græca. Harum nulla est quæ non crediderit tradideritque fidera Deos esse. Chaldaei mundum ab aeterno docebant fuisse. Observationem quam fecerant siderum ad hominum fata prænoscenda tam antiquam esse jactabant, ut ad quadringenta & septuaginta tria millia annorum numerarent ex quo siderali scientia observationibus

P R Æ F A T I O.

inde continuis operam dare cœpissent usq; ad Alexandri in Asiam expeditionem, ut auctor est Diodorus lib. II. Bibliotheca. Eò pertinet quod & Cicero asserit Chaldaos dicere in lib. II. de Divinatione, quadringenta & septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisq; pueris se posuisse. Inde est quod adeo liberales & largi in computandis regum suorum temporibus fuere ut non per annos ea numerarent, sed per diversas summas, ex multis annis constantes. Tria earum genera fuere & nomina, αἰρεῖς & αἰρεῖς, & αἰρεῖς. Ex quibus Σαίρες ut reperi scriptum sex millia annorum continebat. Νεῖρες sexcentos annos, Σαῖρες sexaginta. Toman quoque apud Persas decem sunt annorum millia. Astrologi tamen Chaldaei & magna pars Græcorum qui ab illis acceperant, astrorum ἡμερολογίας à Nabonassaro ducebant, à quo ad mortem Alexandri anni sunt quadringenti viginti quattuor. Ille omnium ante se regum facta curaverat abolenda, ut à se novum principium rerum & regnantium duceretur. Oportet certe eam scientiam perfecte Chaldaos novisse qui tantum temporis in ea consequenda posuissent. Cur igitur sequentium temporum Astrologi non per omnia sectati sunt Chaldaeorum disciplinam? Cur Græci in tantum ab his postea diversi abiîre? Cur Ptolemaeus aliam etiam à veteribus Græcis semitam sibi secuit? Cur denique hodierni Astrologi aliam fecerunt hanc artem, ut cum antiqua eandem esse non cognoscas? Chaldaei illi triginta stellas constituerunt sub septem erraticis quas nomine Confiliariorum

Deo-

P R A E F A T I O.

Deorum nuncuparunt. Βελαίςς θεὸς vocat Diodorus. Partem horum dimidiam ea qua supra terram fierent inspectare & curare credebant, partem aliam dimidiam, id est quindecim ea qua sub terra essent prospicere, & alternis decem dierum spatio ab inferis ad supera, & à superis ad infera nuncium à stellis legari qui significaret superis quid ageretur apud inferos, & inferis quid agerent superi. Atque hunc eis motum aeterni circuitus lege esse definitum. Præter hos Deos, Confiliarios & Adseffores, alios duodecim Principes & dominos aliorum constituerunt, quos τῶν θεῶν κυεῖς nominabant, quorum unicuique mensum unum & de signis Zodiaci unum deputarunt. Per hæc vero signa cursum suum agere Solem & Lunam cum reliquis quinque Planetis, plurimumque boni & mali ad hominum genituras conferre. Eos ἐρμηνῆς appellabant, id est interpretes, & præcipue Saturni stellam, reliquos quattuor iisdem nominibus quibus Græci Astrologi, Iovis, Martis, Veneris & Mercurii. Quæ nomina Deorum esse non magis Græcis quam Chaldeis, sed sub alia appellatione cultorum, nemo est qui ignoret. Quis vero non miretur tot annorum millia in observationibus siderum perpetuis posuisse Chaldeos, ut nihil nisi mera monstra mendaciorum inde nobis parerent? Hoc saltem ex illorum disciplina constat, non posse constare in astris τὸ πικρὸν nisi Dii sint, & divina his attribatur potestas. Sed dixeris aliquis si Chaldaei septem planetas nomine interpretum sive internunciorum tantum decorarunt, non videntur ex eo Deos credidisse. Εἰρηναῖος
ap-

P R A E F A T I O.

appellat Diodorus, & causam hujus appellationis eam esse perhibet, quod hominibus denuntient Deorum voluntatem & benevolentiam. Ideoque contrario fixis stellis cursu meare viamque propriam insistere. Διὰ τῶτο ἡ, inquit, αὐτὰς ἐρμηνεῖς καλεῖσιν, ὅτι τῶ ἄλλων ἀστέρων ἀπλανῶν ὄντων καὶ πεταγμύλει ἐχόντων πορείαν, ἑτοίμοι πορείαν ἰδίαν ποιῶμενοι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι δεικνύουσιν ἐρμηνεύοντες ἀνθρώποις τὴν ἑωὶ δυνάμειαν. Si Deorum inter-nuncii sunt ad significandum hominibus quod Diis saepe iis decernunt, Dii non sunt. Enimvero nec vim effectricem fati, & coactricem facti eis attribuit auctor, sed tantum significatricem: τὰ μέλλοντα γίνεσθαι δεικνύουσιν. Quæ futura sunt significant. Et de Sole ibidem ait ex opinione Chaldaeorum ὁπιφα-νέσασιν ἡ καὶ πλεῖστα ἐμέγιστα προσημαίνοντα καλεῖσιν ἥλιον. Clarissimum ex his & plurima maximeque significantem Solem appellant. Planus etiam paulo post explicat virtutem eorum significativam potius quam effectivam cum declarat quomodo ventura significent, τὰ μὲν γὰρ Ἀφ' ἧ ἀνατολῆς, τὰ δὲ Ἀφ' ἧ δύσεως, ἕνα δὲ Ἀφ' ἧ ἡρόας προσημαίνον φασὶν αὐτὰς οὐδὲν προσέχον ἀκριβῶς βελομήτοις. Quædam eos denuntiare ajunt ex ortu suo, quædam ex occasu, nonnulla ex proprio colore si quis animum velit iis exacte attendere. Hanc opinionem Chaldaeorum quod significent, videtur Manilius tenuisse cum initio carminis sui conscia fati sidera nominat. An efficientia non vult esse fati sed tantum conscia, quod

P R A E F A T I O.

quod est proprium interpretis & internuntii qui secretorum Domini conscius est, ut ea quibus opus est & quibus dominus jubet, significet & exequatur? Ergo si stella tantum significant, non sunt Diis, si faciunt etiam, Diis sunt. Manilium tamen utrunque iis tribuere, palam est, τὸ πικρὸν & τὸ οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους, cum addit, diversos hominum variantia casus. Ergo non tantum conscia facit fati sidera, sed effectiva. Zabai vel Zabii fuere populi Mesopotamia quos cum Chaldaeis junctim nominat Maimonides in More Nevochim, quasi ejusdem de Diis & Deorum cultu deque astris & eorum observationibus facta scientia, sententia. In eorum fide & doctrina educatum fuisse Abrahamum pro certo ait constare parte 3. cap. 29. Hos dicit statuisse nullum esse Deum præter stellas. Plurimos eorum libros in linguam Arabicam versos ex quibus probari expresse eos affirmare stellas esse divinas, hoc est Deos minorum gentium, & Solem esse Deum magnum. Reliquos quinque planetas esse Deos, sed duo lumina majores esse. Solem quippe regere mundam superiorem & inferiorem. Stellis statuas & simulacra constituebant, & Soli quidem aurea, Luna argentea, aliis planetis ex illis metallis quæ ipsis dicata sunt. Nam metalla & Climata terra inter stellas diviserunt. Imaginibus autem illis quos Planetis erigebant, vim ex stella divinam influere pro certo habebant, & virtutem iis intelligendi infundere, & hominibus prophetia donam largiri, quæ ipsis salutaria essent ac utilia significare. Græci quoque errore inde mutuato statuis quæ

Diis

P R A E F A T I O.

Diis collocabantur per consecrationem vim calitus illabi divinam censebant, atque pro Diis ipsis ac veris rite coli posse & adorari. Quod de Zabii Maimonides dicit, hoc Græcorum Historia de Chaldeis narrat ab eorum regione Abrahamum venisse, eorum disciplina imbutum postea ad Dei veri cultum traductum cum patre, & familia tota. Abrahamum omnes χαλδαῖον τὸ γένος faciunt, & τὴν πρώτην ἡλικίαν ἀρξάμενοι χαλδαίοις ποιεῖσθαι. Zabii illi sunt Maimonides, quos & cum Chaldeis conjungit eodem loco. Ut inde manifestum sit eandem fuisse Zabiorum & Chaldaeorum doctrinam de astris quod Diis essent. Oportet omnino istos Zabios, צבאים, partem fuisse Chaldaeorum vel sectam, ut plures fuere. Plinius lib. vi. cap. xxvi. Orchenos tertiam esse Chaldaeorum sectam memorat. Babylon videtur fuisse prima quam ibidem appellat Chaldaicarum gentium caput. Hipparchum quoque Chaldaeorum fuisse ait, quæ secunda fuerit, mirum non meminiſſe Borsippenorum ab urbe Borsippis. Εἰς δὲ τὴν, inquit Strabo, καὶ τὴν Χαλδαίων τὴν ἀστρονομικῶν γένεσιν ἀπείκασται, καὶ δὲ Ὁρχηνοὶ τινες θεωροῦσθαι, καὶ ἄλλοι πλείους, ὡς αὐτὸς αἰρεσις ἄλλα & ἄλλα λέγοντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν δόγματι. Chaldaeorum astrologicorum plura genera fuere. Nam & alii vocantur Orcheni, alii Borsippeni, alii plures qui quemadmodum in sectarum diversitate solet usu venire de iisdem rebus aliter atque aliter sentiunt. Chaldaeorum igitur hæc αἰρεσις sive secta fuerit, de quibus narrat Diodorus qui Planetas Deorum tantum voluntatis ac decreti internuncios esse statuebant, non ipsos deos.

CUM

P R A E F A T I O.

cum aliis ut Zabii pro ipsissimis eos Diis haberent. Scribit idem Strabo puruspuros Chaldaeos fuisse tantum astronomos, nec Genethliacam artem tractasse, *Θεομανίωται δὲ πνὲς*, inquit, *ἡμεθιλαλογεῖν εἰς καὶ ἀδέχον* οἱ ἔπροι. Sunt & ex iis quidam qui profitentur natalitias prædictiones ex astris facere, quas alii non recipiunt in certum suum. Quodcumque horum sit quæ alibi perscrutatus examinavimus, certum est nullos ex antiquis potestatem fati faciendi astris tribuisse Astrologos nisi qui pro Diis habenda esse docerent ac colenda. Zabiorum sive Chaldaeorum doctrinam circa eorum cultum cum alia numina non agnoscerent præter astra à Zoroastre sive Zarada, qui est Zardust, abolitam fuisse inter omnes convenit, qui cultum ignis substituit in illis & Magorum disciplinam instituit à se denominatam, quia Mog vocabatur proprio nomine. Circa Nini tempora is doctrinam suam de ignis cultu promulgavit. Ab eo tempore stellarum in illis locis veneratio desit, non tamen propterea Astrologia & *ἡμεθιλακή* cessavit. Sed tunc inter multos constitit, astra non facere sed significare. De Aegyptiis videamus. Eandem quoque artem isti non minore temporis longinquitate quam Chaldaei innumerabilibus pene sæculis se consequutos esse gloriabantur. Nam per infinita temporis spatia Deum Vulcanum in Aegypto regnasse contendebant. Post eum ejus filium Solem imperium tenuisse per annos sexcenta millia sexcentos septuaginta sex: Post eum Σῶς qui Mars est imperavit, deinde Κε qui Saturnus. Vetusissimi quidam

P R A E F A T I O

quidam auctor triginta Dynastias Aegyptiorum comprehensa & Vulcani dominatione per annorum $\mu\upsilon\epsilon\lambda\acute{\alpha}\delta\alpha\varsigma$ $\tau\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ durasse scripsit. Sic enim scribendū, non ut Scaliger habet Δ Γ . Qui sunt millies decem millia cum tribus millibus annorum. Dempta Vulcani $\delta\omega\alpha\varsigma\epsilon\acute{\iota}\alpha$ viginti novem reliquis annos regendi dederunt, $\tau\epsilon\iota\varsigma\mu\upsilon\gamma\acute{\iota}\varsigma$ $\varsigma\Phi\kappa\acute{\epsilon}$, idest triginta sex millia, sexcentos viginti quinq; $\Pi\alpha\lambda\alpha\iota\omicron\lambda\acute{\epsilon}\gamma\alpha\varsigma$ hanc $\sigma\upsilon\gamma\gamma\epsilon\gamma\phi\omega$ Aegyptiorum fuisse dicit Georgius Syncellus, quæ aliam quam Manetho computationē habuit. Sinarum quoque incolæ infinita tempora regum suorum ab eo tempore ex quo se fuisse meminerunt, solent numerare, quibus & sua est Astrologia à Chaldaica, Aegyptiaca & Græcæ, Persica & Indica diversa. Aegyptii porro à Chaldeis in tantum diverterunt circa præcipua & principalia Astrologia Ἰερωήματα , ut alia omnia tenuerint in finibus stellarum, in domiciliis, in Trigonis, in Decanis, in aliis infinitis. Nec potest verum esse quod nonnullis placitum est, Chaldaeos ab Aegyptiis esse oriundos & ab his sideralem disciplinam hausisse. Alii contendunt recentiores esse Chaldaeos Aegyptiis Quod aliibi an verum sit expendimus. Illud certe per quam mirabile est, spatio quadringentorum & septuaginta millium annorum non potuisse Chaldaeos comprehendere ex perpetua siderum contemplatione utrum Luna suo lumine luceret an alieno. Quid igitur in aliis certi ab his expectes qui adeo aberrarunt in sideris terris omniū proximi natura & specie explicanda? Nam Berofus sub prioribus Seleucidis ex Chaldaeorū regione profectus disciplinam in Asia patefecit,

P R A E F A T I O.

fecit, ubi professus est Lunam palam esse ex dimidia parte candentem, dimidiam cerulei esse coloris. Cum subit autem orbem Solis, tunc radiis ejus & calore attrahi & converti partem candentem propter cognitionem luminis cum lumine. De hac ejus opinione quæ & omnium Chaldaorum tunc temporis fuit, ita perhibet Lucretius lib. 5. de Luna.

Luciferam partem glomeraminis atque pilai

Ut Babylonica Chaldaëum doctrina refutans

Astrologorum artem contra convincere tendit.

Vbi poeta ille Epicuri sectator Chaldaorum doctrinam Babylonicam pro Astronomia videtur posuisse, quam ab arte Astrologorum sive Genethliacorum distinguit. Quod etiam videtur Strabo confirmare loco superius adducto, quasi veri Chaldaei Astronomia tantum studuerint, non etiam *ἡμετερίων*. Nugatur doctus interpretes Lucretii qui Chaldaeos in Syria collocat, & à Babyloniis eos distingui à poeta suo putat. Aegyptii hac etiam in parte à Chaldaeis diversi, qui Lunam luce à Sole foenerata candere censuerunt. Quod & Græcorum Astrologorum natio arripuit, & Chaldaicam sententiam explosit, ut & illa detriginta stellis *βελαιών* *θεῶν* numine ac nomine, deque illis principalibus duodecim. Non minus tamen nugaces fuere in arte vana excolenda hi quam illi, hac in parte cum Chaldaeis consentientes quod stellas pro Diis habuerint, & propterea fata

d

homi-

P R A E F A T I O.

hominum nascentium decernere illas statuerunt, quod
fundamentum est hujus scientia unicum. Solem esse
Osirin, Lunam Ism dixere, & ab his universum mun-
dum regi, ut ex Diodoro liquet apud Eusebium. Sed
cum magna in his sit varietas, de eo constat Aegyptios
mundum esse Deum credidisse & partes ejus Deos,
nempe omnia mundi sidera. Et hanc eorum θεολο-
γίαν sequutus esse dicitur Orpheus. Eusebius: Αἰγυ-
πίων ἧ ὁ λόγος παρ' ὧν καὶ Ὀρφῆος τὴ θεολογίαν
ἐκλαβὼν τὴ κόσμον εἶναι θεὸν ὥσπερ, ἐκ πλεόνων
θεῶν τὴ αὐτῆς μέτρων. Nullos alios Deos Aegyptiis
agnitos fuisse praeter septem Planetas & signa Zodia-
ci & cum his orientia & occidentia sidera Iambli-
chus in Epistola ad Porphyrium tradidit. Quibus
adjungebant & Decanos, Horoscopus, & Deca-
norum ministros. Nulla igitur eorum Astrologia
nisi in Deorum, idest stellarum signorumque pote-
state fundata. Hac eadem antiquissima fuit Gra-
ecorum θεολογία & exinde Astrologia, ut clare osten-
dit hic locus Platonis in Cratylō: Φαίνοντά μοι
οἱ πρῶτοι τὴ ἀνθρώπων τὴ πρὸς τὴν Ἑλλάδα τάς τε
μύθους θεὸς ἡγήσθαι, ὥσπερ νῦν πολλοὶ βαρβάρων,
ἡλίον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ ἔρανόν.
ἅπερ οὕτως αὐτὰ ὀρῶντες πάντες αἰεὶ ἰόντες δρόμῳ
καὶ θεόντες ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς ἑστῆς
θεὸς αὐτὰς ὠνόμασεν. Nec mirum proinde, si cum
Deos censerent, tantam his potestatem tribuerunt
in hominum nativitatibus, ut horoscopi sideris de-
cretum, nascentis esse fatum, ex quo principium
ejus vita, cursus & finis dirigeretur. Totam itaque
eorum

P R A E F A T I O.

eorum Astrologiam Chaldaorum atque Aegyptiorum nisi hoc fundamento substructo quod astra Diis sint, rueret necesse est. Omnia quippe effecta siderum stellarumque in Genethliaca disciplina cum ea doctrina quam primi Physici de Diis promulgarunt, plane conveniunt, paremque potestatem stellis adscribere Astrologi qui postea exorti sunt, quam priores Philosophi iisdem sideribus qua pro Diis habuerant, tribuerunt. Physici illi Philosophi apud Gracos antiquiores Astrologi existere, ut illa Φυσικὴ Θεολογία quae astra pro Diis recepit & coluit, ante Astrologiam cognita est. Cum supervenisset Astrologia receptam de illis diis opinionem & jam civili superstitione admissam, sicut à primis Philosophis introducta fuerat, sequi coacta est, quae explosa statim fuisset si contra communem religionis sensum brachia quasi contra torrentem direxisset. Omnium certe populorum hac antiquissima philosophandi atque ut ita dicam Theologandi ratio fuit, quae sidera stellasque populis pro Diis colendas praescripsit, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Phœnicum, Gracorum. Eusebius : Ἐχέει δὲ καὶ ἐν τῇ Φαινικικῇ Θεολογίᾳ ὡς ἄρα οἱ πρῶτοι Φυσικοί, ἡλίον καὶ σελήνην καὶ τοὺς λοιπὰς πλανήτας ἀστέρας καὶ τὰ σπινθεῖα καὶ τὰ τέτοις σωμαφῇ θεὸς μόνον ἐγίνωσκον, καὶ οἱ τέτοις οἱ παλαιότεροι τὰ τῆς ἀφίερωσιν βλαστήματα καὶ θεὸς ἐνόμισαν καὶ περὶ ἐκείνων ταῦτα. Primi ergo sapientes ut & rerum divinarum humanarumque prudentes, Astrologorum qui post eos exorti sunt artem instruxere & eosdem eis Deos insinuarunt, quos populi totis rebus publicis à se

P R A E F A T I O.

constitutis jam tradiderant. Nam cum observatio siderum fieri coepta est ad pradicendum de motu eorum & positu quid cuique genito tota vita esset even-
turum, jamdudum illa ipsa sidera Deos esse imbibe-
rat communium Philosopharum & populorum sen-
tentia. Tanto igitur facilius fuit hoc genus divinatio-
nis, quasi certissimum vulgo persuadere, quia ab iis qui
Dii summo omnium consensu putarentur, proficisci
crederetur, atque eorum decretis perfici. Ut autem
cum tali Theologia gentium homini Christiano ni-
bil rei esse potest nisi velit pro idololatra haberi, ita
neque cum ipsa eorum Astrologia, quia eadem utrius-
que scientia principia, nempe astrorum ΓΕΩΤΗΣ. Me-
rito itaque à principibus Christianis severis edictis
coerciti sunt, eorumque ars & professio interdicta,
ipsique cum iis quos maleficos vulgus appellabat im-
peratorum legibus nominati, in Titulo Codicis de
Maleficis & Mathematicis & cæteris simili-
bus. Certum est autem Mathematicos Græcis La-
tinisque auctoribus proprie tum vocari solitos Ἀσ-
τρολόγοι & Astrologos, qui & Chaldaei nomine na-
tionis dicebantur. Et sic vocantur lege Constantis
eodem Titulo v. Chaldaei & Magi, & cæteri quos
maleficos ob facinorum magnitudinem vul-
gus appellat. Quid mirum de Christianis Impe-
ratoribus, tale hominum genus ab his fuisse damnatos,
cum ipsi etiam gentiles principes non magis eis fa-
verint? Ne de cæteris dicam, Diocletianus eodem
Titulo artem Mathematicam damnabilem esse pro-
nuntiat, & interdictam omnino esse vult. Si primi
Chri-

P R Æ F A T I O.

Christiani Theatra & Amphitheatra & circos non alio magis nomine improbarunt quam quod loca in quibus spectacula ejusmodi celebrabantur, Diis essent dedicata, & sacrificia in his fierent, quanto majore cum ratione Astrologorum ars ab his rejici & reprobari debuit quæ tota Deorum est, nec minus profana est & idololatrica quam ipsorum Theologia? Certe & Canone Laodicensi vetantur in ordinem Ecclesiasticum recipi cum Magis & incantatoribus, μαθηματικῶν ἢ ἀστρολόγων. Nec minorum quidem ordinem in Ecclesia compotes qui Clerici tum vulgo vocabantur, Mathematica aut Astrologia operam dare vult ea Synodus. Sed mirum in eo Canone Latine reddendo Dionysium Exiguum Mathematicos & Astrologos omisisse. Sic enim vertit, Quod non oporteat sacris officiis deditos, vel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere Phylacteria. Cur præteritis Mathematicos quos Ecclesia semper à limine suo projecit? Non enim gradu tantum deiciuntur eo Canone clerici Astrologia stuentes, sed etiam ab Ecclesia pelluntur. An tunc temporis à Clericis Romanis hac scientia maximi fiebat ut nunc sit, ideo Exiguus ab artibus Canone prohibitis in gratiam Romani Cleri eam exemisse? Legibus porro civilibus Christianorum principum aque damnantur qui eos consulunt, ut qui consuluntur. At hoc tempore nulla frequentius Themata collecta visuntur ab Astrologis quam Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ principum, quam constellationes ipsis petentibus vel certe permittentibus constructas

d 3

fuisse

P R A E F A T I O.

fuisse constat. Plurimum etiam Pontificum leguntur genitura in hodiernis Astrologorum libris, ut Cardani & aliorum. Quattuor Paparum Themata in opere nuper edito, qui postremi sedem tenuere, vidimus & plurimorum Cardinalium. Atqui olim Eusebius Emisenus accusatus est eo nomine quod Astronomica eam partem qua ὀποτελεσματική Græce vocatur, Barbaris judiciariam vocarit. Aquila ex Judæo Christianus ab Ecclesia pulsus est, quod abstinere non posset à culta sibi & professa olim arte. Primis tamen Judæis aque in vetitis hac ars fuit quam prestigatorum, incantatorum, augurum, hariolorum, magorum & eorum qui νεκρομάντις dicebantur. Maimonides parte III. cap. XXI. More Nevochim, docet recte ex ea imaginum specie qua in astris formata sunt & figurata, & à Chaldaeis Zabiiisque pro Diis habita & culta, processisse sententias illas à quibus artes supradicta facta sunt. Ne Philosopho quidem hac scientia posset probari, natura perito, cum ejus principia nulla naturali ratione videantur niti. Sed nec vero alicui ac genuino Astrologo & Astricarum rationum prudenti queat arridere, cum plures olim extiterint in siderum scientia exercitatissimi, qui eam repudiarint & exploserint. Eudoxus in Astrologia hominum sua ætatis, & omnium judicio facile princeps Chaldaeis in prædictione & in notatione cujusque vita ex natali hora minime esse credendum scripsit teste Cicerone. Idem auctor est Panatium Astrologorum prædicta rejecisse, item Archelaum & Caspandrum summos Astrologos illius ætatis. Scylax etiam

P R Æ F A T I O.

etiam Halicarnassæus familiaris Panetii & Astrologia excellens, totum hoc Astrologicum prædicendi genus improbavit. Inter Chaldaeos ipsos qui sapientia eminebant, & in Astromia studio excellebant, genetliacas prædictiones adeo repudiare quasi nullas aut vanas soliti erant, ut in gregem suam recipere abnuerent qui ἀποτελεσματικῆς Astrologica studium profitebantur, ut testatur Strabo lib. xv. insigni hoc loco Philosophis illis quibus Chaldaeis nomen fuit. Ἀφώριστο ἢ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κατοικίᾳ τοῖς ὀπιχωρίοις Φιλοσόφοις, τοῖς Χαλδαίοις πρῶτα γρομύοις οἱ πρὸς ἀστρονομίαν τὸ πλεόν. πρῶτοι οὖν ἦσαν πάντες ἐν ἡμετέριαις, ὅς ἐστι κατεδέχοντο οἱ ἕτεροι. Depurata est habitatio peculiaris in Babylonia Philosophis indigenis qui Chaldæi appellantur, Astronomiæ studio ut plurimum deditis. Sunt in his qui ex natali hora hominum fata prædicere posse profitentur, quos alteri in consortium cœtus sui non admittunt. Si illi etiam qui potuerunt credere astra Deos esse, ut certum est à Chaldaeis stellas pro Diis adoratas, banc scientiam ut vanam repudiarunt, quid ii facere debent quibus sidera sunt sidera, non Dii? Atqui si his divinitatem abstuleris, nihil superest unde veritatem ejusmodi effectuum, qui illis tribuuntur, & potestatis fidem plane divina possis adstruere. Dii non sunt visibiles, quia incorporei sunt, astra sunt corpora & visibilia, quæ & proinde Dii non possunt esse. Si Dii Astronomorum tales sunt ut videri queant, quos αἰσθητὸς propterea

P R Æ F A T I O.

nominant ut ab illis qui νοητοὶ vocantur differant. Si corpora illa visibilia caelestia Dii habentur, terra hac nostra aque divina censerī debet, cum & visibilis pariter sit, & ab aere undiquaque ambiatur ut illa siderea corpora. Et sane etiam in numero Deorum αἰοθητῶν ab antiquis illis posita est qui astra θεῶν αἰοθητῶν nominibus coluerunt. Ut enim septem planetas in suis Sphaeris haerentes & videndas se inde exhibentes pro Diis αἰοθητοῖς venerati sunt, ita & terra Sphaeram & maris & aeris pro totidem Diis visibilibus habuerunt. Nam Vesta Sphaeram terram esse, Neptuni mare, Junonis aerem, Vulcani ignem. Ita de ceteris septem Sphaeris superioribus, qua planetarum sunt, Jovis, Martis, Apollinis, Mercurii, Veneris, Diana sive Luna & Saturni. Sphaeram autem Saturni etiam Cereris communem fecerunt. Hos veros fuisse & esse Deos qui potest considerare, per me liceat illi quoque Astrologiam, cujus hac sunt propria numina & nomina & sine quibus non potest constare, verissimam ac certissimam omnium scientiarum statuere. Decreta stellarum vocant & judicia, nempe quasi potestatum divinarum. Decernere etiam quasi Deos eas dicunt. Decretum est aut Dēdin his qua Deus vult fieri, aut judicium summi à quo non est provocatio cum sententiam suam profert de re quam executioni mandari necesse est. Per se eam non exequitur, sed aliis injungit, ministris aut apparitoribus quibus utitur ad exequenda qua decrevit. Multi olim idem de Deo affirmarunt, cui & angelos ideo attribuerunt quasi exequutores & ἐκβιβασ-
αῖς

P R A E F A T I O.

ais decretorum ejus, quoniam cum in corporeus sit, non possit absque ministerio & opera administratorum corporeorum agere quae decreverit. Inde est quod & ministris ejus & angelis exequutoribus corpora tribuunt. Nam id quod corpus non habet, neque per contactum neque per certam loci distantiam potest agere & operari. Nonnulli crediderunt Deum sermone & verbo cum aliquid decernit ac fieri precipit verbum illud absque ulla alia opera externi executoris, ex propria vi & virtute peragere & efficere quod Deus praecepit. Quam Dei potentiam verbo eodem quo effici aliquid imperavis etiam perficientis optime intellexerit Moses, cum de Deo quando mundam creavis dixisse eum ait, Fiat lumen & factum est. Fiat terra & facta est. Nihil divina majestati ac virtuti convenientius dici potuisse & sublimius notat ille magnus magister de sublimi genere dicendi his verbis. Ταύτη ἡ καὶ ὁ ἱεὺς τοῦ αἰῶνος θεομορφότης ἐχὼ ὁ τυχεὼν ἀνῆρ, ἐπεὶ δὴ τὸν θεὸν διώκων καὶ τὴν ἀξίαν ἐγνωρίσας δι’ οὗτος ἐν τῇ εἰσβολῇ χαρίσας τῶν νόμων, εἶπεν ὁ θεὸς φησὶ, πῶς, ἡρώδω φῶς καὶ ἐχέτω, ἡρώδω γῆ, καὶ ἐχέτω. Alii modum agendi quo Deus in omnibus utitur, quae absque mixtione & contactu fiunt, ac novantur, per ἀπόρροιαν esse, qui influxus est, vel influentia ut vulgo appellatur. Hunc esse volunt intelligentiarum vel agentium abstractorum operandi modum, quo virtus ab illis effunditur atque effluit non ex una parte vel per certum loci intervallum, aut uno tempore, sed perpetua quadam vi & indefinenter emanante & insinuante se per omnia

P R Æ F A T I O.

nia quæ apta sunt actionem illam vel operationem recipere quæ ἀπὸρροία dicitur. Per eam ἀπὸρροία omnia quæ in hoc mundo fiunt, à superioribus defluentium innovari & immutari, formarique, ipsam etiam hominis mentem flecti, impelli aut revocari ut vult unde & quo vult Deus. Iudaorum quoque magistri Deo summo & rerum omnium creatori hanc eandem agendi rationem adscribunt quam vocant *יָדוּ*, quo verbo scaturiginem aquæ appellant, per campos se diffundentis & non solum proxima quæque sed etiam longinqua irrigantis. Hinc & Deum optimum maximum qui causa sit omnium efficiens, & sine corpore per influentiam mundum creasse & mundo sic creato etiam influere & infundere quidquid in eo fit & formatur. Sapientibus sapientiam eo modo facit influere, & prophetis prophetandi scientiam, & animorum diversitatem morumque hominibus cæteris, pariter ex ea Dei ἀπὸρροία illabi Græci Philosophi θεϊκῶ ἀπὸρροίαν, ut in istis Clementis in Admonitione ad gentes, πάντων ἀπαξωπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα ἢ τοῖς περὶ λόγους ἐνδιατερίβουσιν ἐνέσκαπτῇ τις θεϊκὴ ἀπὸρροία. Omnibus omnino hominibus & præcipue in studio litterarum versatis infunditur quadante-nus divinus defluxus. Dicunt magistri Iudaorum ideo linguam Hebraeam hoc vocabulum de divina actione usurpasse, quia non potuit excogitari aptius ad exponendam abstracti agentis operationem. Nec enim minus difficile esse assequi imaginatione vel intellectualem Dei quatenus est spiritus agendi modum

P R A E F A T I O.

dam quam cum quo existit. Sensus quippe communis & conceptus humanus ut nihil putat vere existere nisi corpus, & potentiam in corpore, ita nullam actionem esse sibi imaginatur prater illā quae fit contactu agentis aut per certam aliquam distantiam, vel secundum certam partem. Atqui ex corporis actione vel rerum corporearum qualis sit etiam per *ὑπόρροιαν*, talem quoque in Deo & agente abstracto, vel intelligentia com menti sunt. Multa enim sunt in corporibus quae simili modo agunt in proxima alia corpora, per defluxum à suo corpore & influxum in aliud. Ceterum cum hac *ὑπόρροια* per flatum & spiritum quodammodo fiat è corpore influentis emissum, videtur per contactum quendam sive potius contagionem à longinquo fieri. Ut *ὑπόρροια λοιμικὴ* dicitur de contagione. Et hac differentia statui potest inter *ὑπόρροιαν* divinam & spiritalem, ea quae è Spiritu emanat, & agente incorporeo, eamq; quae effluit ex rebus corporeis quod hac intra certam & determinatam loci distantiam agit, ultra quam virtus ejus cessat, cum divina *ὑπόρροια* usq; in infinitum & perpetuo permanendo nullo tempore aut loco excludatur. Ita magnes per *ὑπόρροιαν* ferrum attrahit in certa distantia adpositum, sed si longius habeatur, nihil tale efficit. Virtus autem divina quae per *ὑπόρροιαν* agit, etiam remotissimis & infinito spatio distantibus locis ac rebus illabitur atque infunditur. Stellarum esse *ὑπόρροιαν* inter omnes ferme antiquos Astrologos convenit. Si Dii sunt & corporis expertes, divina quoque est & in infinita usque spatia pervadens earum *ὑπόρροια*. Si
sunt

P R Æ F A T I O.

sunt corporea, non possunt habere nisi intra determinatam certamque intervalli distantiam. Alia etiam differt divina ἀπὸρροια, ab ea qua de corporibus effluit. Ut Dei potentia infinita est & ad omnia se extendens, sic ἀπὸρροια ejus omnigena censeri debet. Nulla enim virtus est, facultas, vis ac potestas & actio quin per eam infundatur. Corporum vero & corporearum rerum ἀπὸρροια unius modi est ac generis & plane σωματική, ut qua & per afflatum quodammodo fiat. Vis è magnete exit ferri attractrice, è succino palea, è palma mascula in vicinia adsita in foeminam vis qua foecundam facit ex sterili, è lupi oculis qua ab eo visos mutos reddit, è basilisci qua mortem adspirat, è corpore peste infecti qua pestem adflat. Ita de aliis multis. Cum igitur stella corpora sint, non potest eorum ἀπὸρροια esse nisi σωματική, qua & per afflatus communicare tantum potest. Aut inaniria ea sunt, aut animata. Si inanima quid aliud possunt à se in nos immittere nisi calorem aut frigus. Ne hoc quidem si ignea sunt vel ignita, sed calorem tantum & ex eo siccitatem. Si omnia non sunt ignea per se, sed calorem aliunde ac lucem foenerantia, ut Luna & Luna si qua alia similia, etiam humectare per ἀπὸρροια possunt inferiora corpora. Talia igitur si ponamus ut corpora sint sine anima prater virtutis calefaciendi, desiccandi, & humectandi aliam nullā infundere queunt. Et ut corpora non possunt agere nisi in corpora, nec aliud iis infundere quam quod habent. Ac proinde nec animum nec mores nec ingenium genitis ut influant facere, nec sapientiam. Gram-

matis-

P R A E F A T I O.

maticos non faciunt, nec rhetoras, nec medicos, nec Citharistas, nec fabros, sed nec Astrologos. Ex propria tantum corporis temperatione agere possunt, non ex animi voluntate si inanima ponantur. Sin vero animata fingantur, ne sic tamen queunt animū aliis corporibus per influxum ingenerare tanto intervallo distitis. Ne in proximo quidem posita corpora aliud corpus per ἀντίπολιν ita potest afficere, ut illa animet, ingenium illis ingeneret, & mores tribuat, si simpliciter animatum sit, non anima intelligente ac sapiente praeditum. Si tales supponamus, ne sapiens quidem sapientem facere per influxum de proximo idoneus est, multo minus ex tam longinquo intervallo quo sidera à sideribus distant invicem, & à loco quem incolimus. Præterea ut corpus datur agere posse in corpus alterum ut quas habet in illud qualitates transfundendo per ἀντίπολιν luminis & caloris, ut Sol agit in Lunam, & utrumque sidus in terram, non tamen vel mente concipi potest, ut unius corporis virtus, sive inanimis sine animati, tam multiplex sit & infinita, ut innumerabilem entium corporumque multitudinem quæ in illo magno sunt corpore genere & specie differentium, adeo variis facultatibus & sæpe contrariis imbuat, & omnia ea formet & instruat. Atqui hæc Astrologorum sententia est, quæcunque in terra sunt & gignuntur, lapides, metalla, planta, animalia, repentia, incedentia, nantia & volantia, & ratione utentia, ab astris id quo censentur singula accipere. Et cum in uno animali ratione praedito, id est homine forma sint animorum,

in-

P R Æ F A T I O.

ingeniorum, morum varia, ut tot sententia, ut illa ait, quot capita, quis horum omnium causas ab astris petendas sibi persuadere queat, nisi etiam eadem opera persuasum habeat, singulas stellas potentissimi instar ac summi numinis habere, quarum adeo immensa & nullis limitibus circumscripta ponatur potestas? Non solum autem sapientes faciunt stella & insipientes, nec tantummodo probos sed etiam improbos, nec felices duntaxat sed etiam miseros. An ergo sapiens stella insipientis genesin fabricat, sana insani, bona mali, & infelicitis qua in loco sit felice, celesti constituta & ipsa quoque celestis & beata? Hoc dici potest tametsi cōcederetur simpliciter animatas esse stellas non etiam divinas. Aut animalia sunt ratione pradiata, aut Dii. Si illud, ex animi voluntate cum sic agant, non ex propria tantum & naturali temperatura, ut corpora inanima solent, nullaratio est ut malum facere possint bona, & bonum mala. Quod ergo alias malevolas esse dicunt alias benevolas, necesse est harum benignus sit influxus, illarum malignus. Fingunt & quasdam nec bonas nec malas esse sed communes, & cum bonis bonas, cum malis malas, & utrique natura se accommodantes. Sed impossibile est ut generaliter sit malignus malefica stella influxus, aut benignus benefica in tam diversis generum & hominum singulorum de bono & malo, honesto & turpi existimationibus. Id ipsum quippe quod dicitur bonum aut malum, non per se vel ex sua natura tale est, sed ex opinione ita sentientium. Nam quod alii bonum est, hoc alteri malum videtur & contra.

P R A E F A T I O.

*contra. Inde varia populorum instituta aliis ex ad-
verso pugnancia, & in singulis populis singulorum
hominum, mores ac gestus & judicia diversa. Glo-
riam alius & dignitatem honoresque summum bo-
num hominis esse putat, alius in malis numerat,
alius indifferentes habet. Stella igitur qua decer-
net honorem, alii benevola censebitur, alii malevo-
la, alii communis. Divitiis alius nihil putat esse me-
lius, alius eas abjicit & paupertate voluntaria se
damnat. Stella itaque eadem benigna & maligna re-
putabitur, paupertatem alii decernens, alii divitias.
Quid morte pejus, quid vita longa optatius à plerisque
ducitur? Multi contrarium arbitrantur. Et natio-
nes tota olim fuere qua nascentes cum fletu & plan-
ctu excipiebant, mortuos cum plausu & latitia fu-
nerabant? Si rem ipsam recte cogitemus & bene
calculus ponamus, mors homini Philosopho, nedum
Christiano, longevitati anteponenda est. Vel ex sensu
vulgi in vita qua miseris multis conflictatur, dolori-
bus, aegritudinibus, infortuniis, mors ut malorum co-
rum finis pro bono debet cedere, & qua stella eam ma-
turam decernet, pro benefica erit accipienda. Si quis
vero vitam in deliciis & voluptatibus agit, cui om-
nia affluent ex voto, vita ejusmodi terminus precipi-
tatus ex maleficio iniqui fideris dabitur. Non per
se igitur, sed & ñ, stellarum alia malefica alia bene-
fica statuuntur, ex interpretatione varia boni aut
mali quod hominibus accidit. Hoc ipsum quod qua-
dam maligna & iniqua ponuntur sidera, divinitatem
in abjudicat, quia Deus non est nisi bonus. Præterea*

CUM

P R Æ F A T I O.

cum divina potestas perpetua sit & sibi constans, non loco mota mutatur, vel alteratur, sed semper eadem est, cum ubique ipse sit. At stellarum virtutes & potestates cum loci mutatione, & societate cum aliis stellis mixturaque alia fiunt. Sola aliter decernunt quam juncta, in medio cœlo quam in Horoscopo posita, in occasu quam in imo cœlo, potentiores sunt in Cardinibus quam in aliis locis. In pigris & de-junctis inauspiciores quam in conjunctis & aliquo aspectu invicem consentientibus. Deus auctor mali non est & vitii. Vitiosos passim efficere creduntur stella & miseros. Non ergo Dii sunt. Non deos esse quidam veterum existimarunt, sed mente divina qua ubique diffusa est, & omnia complet animatas, partem illam animi cœlestis ad terrena corpora transferre, & spiritum ex illis perpetuis divinitatis fontibus mutuari. Non multum hi discrepant ab illis qui Deos faciunt & in eundem errorem incidunt qui Deo mali causam adscribit & vitii. Nam si particula sunt illius mentis divina qua omnia regit & gubernat, ut vivi à fonte unde manant non differunt, nec radii à corpore lucis ex quo emittuntur, ita non debent aliam ista partes voluntatem ac potestatem habere quam ille animus ex quo derivantur. Sunt qui censeant Deum quodcunque vult, per stellas decernere. Si per eas malum decernit, mali non minus auctor est censendus, quam si per se id ageret quod Dei natura repugnat. Nec igitur Dii sunt stella, nec Dei summi & unius spiritu animate, nec per eas fatalia sua decreta hominibus Deus instillat, anima-
libus

P R Æ F A T I O.

tibus ceteris, plantis, metallis, & aliis entibus. Ajunt eas agere quidam in hac corpora inferiora, lumine, calore, motu & aspectu. Immo unus est influxus sive ἀντίρροια quo agunt non solum in se invicem, sed etiam in hunc mundum. Nam lumen & calorem per influxū infundunt. Quod motu & aspectu agere putantur, id etiam per ἀντίρροιαν defertur. Sed motus & aspectus mutant ἀντίρροιαν caloris & luminis, & præstant ut aliter influat calor in hoc motu quam in alio, in hoc aspectu quam in alio, utque etiam aliud atque aliud lumen terris infundatur pro varietate adspectus & motus siderum. Quod adjiciunt iidem Augustinum addere afflatum quattuor illis modis quibus agunt sidera in res inferiores, mirificè in eo hallucinantur, cum afflatus idem sit quod ἀντίρροια vel influxus. Idque verba ipsa Augustini satis significant que habentur lib. v. de Civitate Dei cap. vii. Cum igitur, inquit, non usquequaque absurde dici possit, ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sidereos, sicut in solaribus accessibus videmus etiam anni tempora variari. Vbi siderei afflatus sunt siderum ἀντίρροια. Vt Sole ad nos accedente vel recedente variat, ab eo sidere caloris influxus, minorque fit vel major, sic per Luna incrementa & decrementa, ut ibidem sequitur, augeri & minui quædā genera videmus, ut echinos & conchas & mirabiles æstus oceani. Quæ omnia fiunt per ἀντίρροιαν sive afflatum ejusdem sideris, qui alius est in pleniluniis, alius interluniis. Non minus erravit & alius summus Ma-

c

thema-

P R A E F A T I O.

thematicus qui in libro de Subtilitate xxvii. afflatum ab influxu distinguit & utrumque à corporibus rebusque fluxis negat venire. Sic igitur ille ubi tractat de Deo & universo: Influxus qui in corpus non ex corpore, sed occulta ratione procedit: Afflatus qui in animo & nō à corpore. Ergo influxus illi alius est ab afflatu, quod influxus nullo ex corpore veniat, sed occulta ratione procedat; cū tamen in corpore fiat hac actio. Afflatus autem in animo sit & non à corpore proficiatur. Sed paulo post addit, Influxum esse à corpore immortali, afflatum ab immortali, nec corpore. Ergo videtur sentire influxum ab astris proprie dici quæ sunt corpora immortalia. afflatum vero à Deo vel ab intelligentiis & spiritibus incorporeis. Sed hac nibili sunt. Nam afflatus & influxus idem, & uterque ἀπὸ πῶρα, sive à corpore fluat, sive à non corpore, aut sive in corpus & animum influat. Quod enim utrumvis negat ab eo quod est corpus procedere, fallitur. A Magnete in ferrum sit ἀπὸ πῶρα, idest influxus vel afflatus, à corpore in corpus. A corpore in animum, ut amor per ἀπὸ πῶρα generatur quæ sit à corpore amata in animum amanti. A spiritu in animum sive spiritum hominis, ut omnia dona & χάρισμα & Spiritus Sancti quæ per ἀπὸ πῶρα ejus infunduntur animis humanis. Ipse etiā Spiritus ἀπὸ πῶρα Jēx dici potest quatenus ab eo emanat. Falsa igitur ea Cardani actionū enumeratio & distinctio, quam triplicem esse in universo dicit, Mutationem, influxum & afflatum quī & mutationē eo nomine à duobus aliis separat quod ex corpore in corpus

P R A E F A T I O.

corpus fiat, cum influxus, idemque afflatus, sive *ὑπερ-
ῖον*, aque de corpore in corpus detur ut jam explica-
tum est. Immo de ea propriè hæc voces primum factæ,
ab aqua defluxu qua à scænrigine sua exundans per
multa loca dividitur & spargitur, & ab aëris flatu
qui etiam ab eo loca unde oritur proxima & remota
pervadit. Sane & ventum Philosophi definierunt
ἀέρας & *πύον*, fluxum aëris. Inde adflatus & dea
fluxus idem, quod Græci uno nomine *ἀνέμους* &
ὑπερῖον appellarunt. Eam etiam à corporibus fieri
testantur Græci sapientes qui & vapores è terra sur-
gentes sic appellant, & ex omnibus corporibus aliquid
affluere opinati sunt, per quod cerni possint. Inde fieri
visum. Et hæc est *ἀνέμους*. Postea ad eam actionem
exprimendam id nomen translatum est, qua Deus se
creaturis per spiritum suum communicat, seque in
veluti infundit, & insinuat, cum alio aptiore vocabulo
illam non possent explicare. Quod ad stellas attinet,
cum per *ὑπερῖον* agunt in corpora terrena, atque
etiam in alias stellâs qua & ipsa corpora sunt, aut
θεὸς est illa *ἀνέμους* sive *πνευματική*, tanquam
à Deo qui Spiritus est, profluens: aut *σωματική*, ut à
corpore procedens, sive animatum id statuatur sive
inanime. *Θεὸς* esse & *πνευματικὸς* crediderunt
veteres Astrologi, à quibus hæc scientia siderum in-
venta est & exculta, non solum quia stellas Deos esse
affirmarunt & pro Diis coluerunt, sed etiam quia
Apotelesmata illarum *ὑπερῖον* *ἀσπερῶν* non pos-
sunt videri nisi divina. Nam si à corporibus qua divi-
nam & infinitam non haberent potestatem, ejusmodi

AD LECTOREM.

ἀπορροιαi procederent, tales non possent effectus
 producere. Venerem ideo dicunt cupiditatibus pre-
 sidere ex quibus innumera rerum bonarum mala-
 rumque facies exsurgunt, quia orbis ejus post Sola-
 rem constitutus id efficit, ut quasi in medio errantium
 posita, superiorum stellarum recipiat influxum, &
 inferiorum suscipiat, τὰς πὶ ὧν αὐτῷ τ̃ ἀε-
 ρων ἀπορροίας καὶ τὰς τ̃ ὧν αὐτῷ ἀναλαμ-
 βάνουσα πολυμερεῖς καὶ τὰς ὀπιθυμίας ἐκ τὰς πρῶ-
 ξης ἀπεργάζεται. Multiplices illa cupiditates &
 quae ex his consequuntur, actiones, passionēs & even-
 tus, non possunt nisi ex ἀπορροίαi θεϊκῇ profluere &
 generari. Sunt ergo planeta Dii. At Deos non esse
 jam demonstratum est. Inde concludimus non esse ve-
 ros effectus & ἀποτελέσματα decretaque stel-
 larum & imaginum quae illis tribuuntur, & nullam
 proinde Astrologia scientiam, ut principii falsis & quae
 causas nullas habent naturales aut rationabiles
 fundatam. Hinc & Ptolemaeus solos φιλοθέας esse
 pronuntiavit populos qui essent φιλαστρολόγοι, quique
 astra & Solem colerent, ut Phoenices, Chaldaeos &
 Orchenios, pro atheis autem habet qui unum Deum
 colebant & Astrologia studio dediti non erant, ut
 erant Iudaei & Idumaei. Ideo qui Syriam Caelen in-
 colebant, Iudaam & Idumaam, Arieti & Marti
 vult magis συνοικεῖσθαι. διόπερ, inquit, ὡς ὀπι-
 πυν θεοσεῖς ἐκ αἰθροῖ καὶ ὀπιβυλάπικρι. Phae-
 nices autem & Chaldaeos & Orchenios, vel Ὀρ-
 χονηὺς ut alibi vocat, Leoni & Soli magis affi-
 nes & cognatos videri, διόπερ ἀπιδέστεροι καὶ
 Φιλαν-

P R Æ F A T I O.

Φιλανθρωποτέροις καὶ Φιλαστρολόγοις καὶ μάλιστα πάντων σεβόντες τὸ ἥλιον. Ita scribis Tetrabiblis II. Nemo igitur bonus Astrologus nisi astorum cultor & Solis, qui precipuus Deus & principalis in scientia Apotelesmatica decretis faciendis, utpote qui regis instar inter ceteros planetas Deos obtineat. Orchenii autem illi pars & secta Chaldaeorum, & videntur sic appellati quod essent sacerdotes ignis. Nam Chaldaice כּוּחַדִּיךְ sunt sacerdotes ignis. Sed de his alibi. Vel Ptolemao igitur teste, non sunt veri Astrologia studiosi & amantes nec professores nisi qui sidera pro numinibus colunt, ut Chaldaei & Orchenii & Phœnices faciebant. Agere invicem stellas errantes per ἀπόρροιαν supra vidimus & influxus alias ab aliis suscipere diversos. Tota etiam artis veritas quam prætendunt & efficacia in illarum decretis & influxibus posita est. Non plus quam septem numerant neque noverunt. Quid si plures sint? Nonne sic everterentur omnia disciplina fundamenta, & principalia ejus Θεωρήματα deflarentur? Suboluit antiquis plures esse posse. Nec immerito. Si quis enim putat ex innumerabili stellarum ordine ac serie quibus cælum collucet, cum & plures esse quæ visibus nostris subtractæ sunt quam quæ nobis apparent verisimile sit, non esse alias errantes præter eas quas videmus, tota veri regione errat, & plane, ut ajunt, toto cælo. Hinc & Phavorinus in dissertatione contra Astrologos quam posuit Agellius, recte mirabatur, id cuiquam pro percepto liquere, stellas istas quas à Chaldaeis & Babylonius sive Ægyptiis ob-

P R Æ F A T I O.

observatas ferunt quam multi erraticas, Nigidius erroneas vocat, non esse plures quam vulgo dicerentur. Possē enim fieri existimabat ut & alii quidam Planetes pari potestate essent, sine quibus recta atque perpetua observatio perfici non quiret, neque eos tamen cernere homines possent, propter exsuperantiam vel splendoris vel altitudinis. Quod ille fieri posse putavit, ita esse revera nostra aetas probavit. Nam deprehensum est opera organorum διοπτρικών, qua vulgo Telescopia vocantur, quattuor Planetas cum Iove circa Solem volvi, quasi totidem Lunas qua & à Sole lumen accipiunt cum per se tenebrosi sint, & luminis defectum patiantur quando conum umbra Iovis subeunt. Isti Planetæ, ut probabile est, cum cursu suo motuque varios σχηματισμὸς cum Iove & aliis planetis efficiant, nisi eorum quoque ὁποτέλεσµατα configurationum observentur, ratio omnis quæ ex aliis ducitur imperfecta & inanis videri debet. Cum enim sibi invicem occurrentes stellæ ex variis radiorum testimoniis & adspectibus quibus inter se consentiunt aut dissident, quam naturalem habent potestatem aut nocendi aut juvandi vel prorsus amittant, vel immutent & emolliant, quattuor ista Erratica occurssu suo, & radiatione vel cum aliis conjunctione, possunt maleficos conspectus mitigare aut beneficos asperare. Quod si autem ignoretur quæ potestate polleant, utrum amica an inimica aut commixta quis de aliorum effectibus tuto poterit pronuntiare, cum de causis effectuum nihil certi habebit dicere.

Nam,

P R A E F A T I O.

Nam qui videbitur bonus aspectus, fortassean ex mala aliqua ἀκπνοβολία stella unius ex illis quattuor, aut duarum aut trium quae non erunt conspicua, malignum reipsa esse constabit? Iovem ipsum quem comitantur, & qui pro benefico sidere passim habetur, nonne interdum meliorem possunt reddere interdum pejorem? Quis scit autem an non & alii similiter planeta cum Saturno ambulent ut isti quattuor cum Iove, qui ne quidem aspici possint per Telescopia nostra propter altitudinis, ut ait ille, exsuperantiam? Nihilominus tamen illa stella quamvis surripiantur oculis nostris, effectus suos habere non cessant & ἀπορροίας. Non enim agunt ex magnitudinis forma quae nobis apparent, sed ex ea quam revera habent. Certe si non majores essent quam videntur, nihil omnino efficerent. Minimo vero discrimine aut videri omnino non possunt, aut ita videri ut à nobis conspiciuntur, cum digiti magnitudinem non excedant. Praeterea si pra altitudine in nostra corpora vel nostra terra corpus non agunt, in viciniora sidera ἀπορροίας suas mittunt quae & ipsa porro, ut alia nobis propinquiora, vires quas inde mutuata sunt, in inferiora exerunt. Sic quod Lana proximum nobis sidus in nos agit, id per Solem accipit. Quod enim humectandi vim habet, ex Solis effectu id sortita est. Quod etiam noctu terras illuminat, id luce à Sole mutuata praestat. Alia aliarum sunt ἀπορροίας. Postremo si Copernicianum mundi σύστημα verum est & Ptolemaicum falsum, non parum decedet certitudinis & veritatis Ptolemaica & antiquorum Astrologia judiciaria. Nam

P R Æ F A T I O

ferme tota juvatur motibus planetarum, modo citatis modo lentioribus. Interdum & morantibus velut in statione, atque etiam post aliquod tempus retrogradis. Quos motus non agnoscit sententia quæ nunc omnium ferme consensu recepta est. At ex illis stationibus ac planetarum motibus directis & retrogradis magna pars ἀποτελεσματικῆς antiqua dependet, quæ considerandas imprimis præcipit τὰς εἰς τὰ δευτέρωθεν & εἰς τὰ ἐπὶ μὲν stellarum ἀφ᾽ ὧν & intuendum maxime quando est ἀναποδισιγὴς aut δευροδισιγὴς ἀστὴρ, & quædo σελήνη, sive in statione est. Præter effectus quos habere creditur Saturnus ex ficta divinitate quam fabula poetica ipsi tribuit, tardos facit & pigros, quia tardus est, & nigros quia obscurus est, & frigidos quia frigida hæc stella est. Et hæc omnia non τῷ ὄντι sed τῷ φαινομένῳ sunt, quod sunt. Ut in pergula pictoris nihil veri aut solidi ostenditur, sed quæcunque ibi videntur non reapse sunt, ita in Astrologorum pergulis omnia ficta sunt & picta. Omnem in iis locum & angulum occupant species & φαντασία, nullum rei veritas possidet. At ex eo quod est, non ex eo quod videtur, effectus rerum veraces eventusque minime fallaces ducuntur. Quod ad tarditatem hujus stellæ attinet, non est major quam vel velocissimi cujuscunque planeta, nisi quis velit eum videri cursorem præ alio tardipedem qui totum curriculi spatium non tam cito perfecit quam velocissimus alius dimidium. Quia majorem circinationem peragit Saturni stellæ quam reliqui sex inferiores erronei qui propius terram cursum perficiunt, ideo

P R A E F A T I O.

ideo videtur tardior ceteris cum tamen non sit. Si in rota curtus dum vertitur formica una in latere cantu sive circuli rota exterioris ponatur, altera circa axem ipsum sive interiorem circulum, & ea aequali passu contra quam rota currit ambulent, illa quae proximum centro circulum pervagabitur longe celerius eum absolvet, quam quae extimum habebit decurrendum. Si colorem ejus spectemus, non magis ex veri traditur argumento plumbeus. Ut omnium albisima non aque lucida nec luminosa apparet ut alia. Si Sol ejus orbem teneret, non adeo splendidus & radiosus videretur ut nunc. Mercurius aque sublimis orbem suum circinaret, vix à nobis posset perspicui. Longinquitas igitur obscurioris & fuscioris ut esse videatur facit, non tamen ita est, sed aequali lumine cum Luna fulget, & à Sole pariter accepto. Nulla igitur ratione plumbum ex metallis ei propterea dicatur, color fuscus in hominibus, & ex humoribus melancholia quae atra bilis est. Frigida dicitur non meliori ratione nec veriore. Frigus est privatio caloris. Privamur calore quem non sentimus. Tamen si caloris fontem in se haberet proprium, ut Sol, non tamen se nobis aque calidum praberet ex tam alto fastigio, ut Sole ex propinquiore. Dixere quidam veterum eo quod sit proxima extremo mundo, tangatque congelatas coeli regiones, vehementer esse frigidam. Sed hoc ineptum & falsum. Nam potest fieri ut in illa extremitate circuli quem versat, & Soles alios habeat vicinos de quibus calorem mutuetur. Præterea non potest frigidior esse Luna fidere cum à Sole pariter

P R A E F A T I O.

ut ista lumen suum & calorem recipias. Nobis quidem frigidior est, quia remotior est à nobis, sed si in Iovis orbe habitaremus, haud magis gelidam sentiremus ac Lunam. Eam modico calore pradam nonnulli antiquorum volvere, quod carnes in ea posita citius puriscant & contabescant quam in Sole, quod fieri ajunt ex facultate ἡρόμα χλιαίνύση. Sed certum est humiditatem qua ex Luna defluit hujus rei causam esse, non teporem vel calorem modicum. Non est verius quod asserunt Jovis stellam ideo temperatam esse quod inter Martem & Saturnum media sit, hunc frigidum, illum calidum, quasi ex Saturno frigoris Σπορροίαν suscipiat, ex Marte fervoris. Hujus stellam ferventem ab ardore Solis effici ajunt, eoque bellicosos, audaces, feroces, calidorum auctores consiliorum efficere. Iovem autem temperatos effectus in genituris habere, quia cursum habeat inter refrigerationem Saturni & Martis fervorem medium. Quod non ex τῷ εἶναι sed ex τῷ φαίνεσθαι ducitur. Cur Mars autem sit fervidior quam Venus aut Mercurius aut Luna, hanc asserunt causam, non minus falsam quam inscitam. Quod omnis ignis ad superiora tendat, eo effici ut Sol aethera qui est supra se radiis incendens fervefaciat, quibus in locis cum Martis stella sit, ideo ferventem à Solis ardore reddi. Si hoc esset, tum Saturnus non deberet esse adeo frigidus, nec Iuppiter adeo temperatus, cum eos Solis flamma sursum ascendens candefacere magis videatur quam Venerem aut Lunam qua Sole sunt inferiores, & quas tamen minus frigidas esse volunt

P R A E F A T I O.

volunt quam Saturnum , & minus calidas quam Martem. Quasi magis ascendant Solis radii versus Martis loca quam versus Lunae regionem. Hoc modo dici posset & vapores qui è terra surgunt , in ea parte qua pedibus nostris adversi pedes incolas habet , descendere non ascendere. Nam certe in contrariam partem eunt , qua descensio est si ascensio de nostra terra corporibus tantum dici potest. Imaginatio igitur est , non rei veritas qua videntur nobis Solis radii ad Martis loca ascendere & versus Lunam descendere. Sidemus porro alias stellas esse fervidas , alias frigidas , alias temperatas , hoc magis officiet Nataliciorum rationibus quam serviet. Ad ea enim tantum valebunt efficienda qua pertinent ad corporis temperamentum , non autem ad ea quibus causam quare existant non dat *αἰτίας συμπτωμάτων*. Ut sunt actiones , professiones , honores , dignitates , divitiae , paupertas , infortunia varia , casus fortuiti , & alia ejusmodi. Nam ut alius ducatum exercitus habeat , ut alius egeat , alius foenus exerceat , ut talem patrem , fratres , uxorem sortiatur , temperatura stellarum non efficit. Atqui non possunt ostendere quidquam eas habere potestatis aut virtutis praeter illas quas dixi *αἰτίας* , nisi petatur id ex fabula , & falsa earum divinitate. Inde & senex Saturnus fingitur non tantum quia gelidus est , & frigidi senes , sed quia Deorum *αἰδοῦντων* antiquissimus & pater , ideo & patrem significat in nocturnis genituris. Non minus in causa reddenda ejus stella siccitatis & frigiditatis frigidum se & ridiculum ostendit Ptolemaeus. Frigidum esse
ait

P R Æ F A T I O.

ait quia longius abest quam ceteri à calore Solis. Sic-
cum autem, quia plurimum etiam absistit ab humidis
qua ex terra surgunt vaporibus. Quasi viciniora terra
sidera humores ejus attingant. Sane idem Lunam ut
proximiorē ab his αἰαθαλῆδ' dixit. Senex itaque
frigidus Saturnus. Ea de causa si fuerit occidens, ul-
timam senectutem significare volunt, si eous, primam.
Idcirco & morbos ex causis frigidis provenientes eidem
attribuunt. Quae cum omnia causas habeant nul-
las aut falsas & in sola Φαντασίᾳ consistentes, arti
qua effectus inde conatur veros elicere, vanita-
tis & falsitatis justam reprehensionem adfricat,
Nec minus his argumentis convincuntur qui astra
significare tantum contendunt, quam qui & fa-
cere existimant. Nam si Saturni stella revera non
est frigida, nec obscura, nec tarda, haud magis vere
tardos, nigros aut frigidos significaverit quam fecerit.
An certius & veritati magis rationique consenta-
neum probabunt, quod ex septem Planetis alios ma-
res, alios foeminas faciunt? Si nullus est inter illos qui
masculini sexus esse ac dici mereatur, Sol est, quia
maris officio quasi fungitur dum aliud lumen & ca-
lorem infundit, quo semina in iis latentia ad produ-
ctionem ac generationem omnium rerum exsuscitat.
Unus igitur mas erit inter septem, reliqui foeminae.
Masculi est agere, foemina pati. Sol autem agit so-
lus, reliqui patiuntur. At unus est ex septem quem
foeminam simul esse & virum volunt, id est Herma-
phroditum. Is est Mercurius. Quod ex fabula illi da-
tur, non ex rei veritate. Calorem quippe & lumen
aque

P R A E F A T I O.

aque à Sole accipit ut alii. Ergo pariter patitur, non agit in alios lumine & calore, cum utrumque alienum habeat, non suum. Quod etiam loca planetarum quas Domos vulgo appellat, in masculos & feminas distinguunt, & sex melioris, sex sequioris sexus in eo signa statuunt, id joculari est ac plane ridiculum. Horoscopus & septimus ab Horoscopo locus albi sunt, secundus & duodecimus virides, tertius & undecimus crocei, quartus & decimus rubri, quintus & nonus mellei, sextus & octavus nigri. Sed isti colores τὸ δώδεκα τόπων cum imaginibus invisibilibus ponendi sunt. Nam ne quidem ideo esse statui debent quod esse appareant, sed cum iis numeranda veniunt, qua nec sunt nec videntur. Ergo nec ἐκ τῶν ὄντων sunt, nec ἐκ τῶν φαινομένων. Talia sunt ferme omnia aut pleraque artis genethliaca principia & fundamenta, quibus ut nihil solidi subest, ita nihil potest veri superstrui. Ptolemaeus conatus est Astrologiam his simulacris, figmentis ac pigmentis exuere. Ita minus quam erat ornatam reliquit, & minus fucatam. Eripuit illi Decanos suos & alias imagines invisibiles, Monomærias, Sortes, Numeros & quacunque ἀστρολογητὰ videbatur sub prioribus magistris habuisse, ut eam intra φυσικῶν ἡχηματισμῶν αἰτιολογίαν reduceret. Sed illi ipsi ἡχηματισμοί, bone Deus quam nullam habent ex natura probabilem rationem! Figmentum merum est quod Trigonum appellant, qua linea tantum singularis est. Item Hexagonum & Tetragonum. Quod Diametrum vocant, una est linea ad perpendicularum descen-

P R E F A T I O.

descendens. Sed Triangula eorum, & Hexagona & Tetragona singulis duntaxat lineis constant. Trigonum quidem est aequilaterum quod tria signa conficiunt in Trigono posita, ut Aries, Leo & Sagittarius, sed ab Ariete ad Leonem una tantum ac simplex ducitur ac dirigitur linea. Atqui cum Horoscopus est in parte prima Arietis & Sol in prima Leonis, de Trigono respicere dicitur Horoscopum, quod triangulum esse illis vere concessero si una ex tribus lineis qua trigonum efficiunt, pro trigono ipso potest sumi. Idem de aliis figuris fas sit dicere in quibus & lineas singulares Tetragoni & Hexagoni pro ipsis Hexagonis & Tetragonis obtrudunt. Hinc vulgares Mathematici Triplicitates barbaro vocabulo qua vera sunt Trigona appellant, qua Arabibus المثلثات ex tribus signis in Trigonom positis constantia. Videm Trigona nuncupant cum antiquis qua simplices tantum linea sunt ab unoquoque signo ad quintum protensa. Atqui τρίγωνον, id est triangulum, id proprie est, quod tres habet angulos, quod non potest esse nisi tres linea sint, & tria latera. In Trigono vero aspectu unica est linea qua duo jungit signa, primum & quintum. In Hexagono pariter aspectu, quem vulgo nominat sextilem, una est tantum linea, non sex anguli, ut vox indicat. Nec enim plures angulos habet quam diameter aspectus qua linea est jungens duo signa ex adverso opposita. Magnus est igitur abusus cum uno vocabulo Trigoni appellatur Triangulum aequilaterum & una linea trianguli. Mathematici Arabes hac nominibus distinxere. Nam Trigonom aequilaterum مثلث, vocant;

P R A E F A T I O.

vocant, Barbari triplicitatem, quā sit ex tribus
 compositam, ut est Trigonum ex tribus lineis vel la-
 teribus. Trigonum vero adspēctum, *تثلث* quasi
 dicas tertiationem, hoc est tertiam partem de tri-
 bus factam, lineam nempe unam, vel unum latus tri-
 goni. Si in figura Trigona aquilatera aliqua virtus
 inest, non potest eadem esse in simplici linea. Non sunt
 minoris abolla figmenta, quod cum quattuor Trigona
 duodecim partes Zodiaci dividant, unum ex his
 igneum esse velint, alterum terreum, tertium aëreum
 & quartum aquaticum. Nonne etiam germana est
 fctio cum $\odot\psi\gamma$ stella, id est faciem, ab ejus radiis di-
 stinguunt? & hos à tergo jactari, illam praeferrī vo-
 lunt, ut in homine scilicet frons anteis nuda, cri-
 nes à tergo sparguntur? Inde $\alpha\kappa\pi\nu\sigma\omicron\lambda\iota\alpha\nu$ $\delta\omicron\tau\omicron$ &
 $\alpha\chi\mu\alpha\pi\omicron\mu\chi$ separant, quia facies stellarum facie
 adspēctus, $\alpha\kappa\pi\nu\sigma\omicron\lambda\iota\alpha$ vero non facit, quia pro-
 cedentium secundum ordinem signorum propria sunt
 configurationes, recedentium vero $\alpha\kappa\pi\nu\sigma\omicron\lambda\iota\alpha$.
 Sic progredientes recto cursu & fronte adversa stella
 incidunt in radios sequentium, cum vero retrogra-
 diuntur, incurrunt in faciem occurrentium. Ex eo
 $\alpha\kappa\pi\nu\sigma\omicron\lambda\iota\alpha\nu$ statuunt esse exitialem, atque $\alpha\iota\alpha\gamma\epsilon\pi\kappa\iota\omega$ si à malefica stella veniat, $\odot\psi\gamma$ vero & fa-
 ciem qua adspēctus perficit & testimonia perhibet,
 malignos quidem efficere si malevolum sit sidus, beni-
 gnos si benevolum, sed non ilecretorios & $\alpha\iota\alpha\gamma\epsilon\pi\kappa\iota\omega$.
 Ita ergo praecedens sequentem aspicere dicitur,
 nuda radiis facie, sequens autem praecedentem ra-
 diis ferire, id est $\alpha\kappa\pi\nu\sigma\omicron\lambda\epsilon\iota\nu$. Dicunt enim ac de-
 finiunt

P R A E F A T I O.

definiunt, πείσας αὐγῆς πλὴν ὅψιν εἰς τὸ ἔμμετρον
 φέρεται, ἢ ἡ ἀκτὴν εἰς τὴν πίσω, Omnis lucis fa-
 ciem inante ferri, radios autem retro. Secun-
 dum quam definitionem stella qua est in Ariete, radios
 jacit in eam qua est in Capricorno, id est in tetragono
 dextro, aspicit autem eam qua invenitur in Cancro
 tetragono sinistro. Stella qua ex diametro opposita
 stella alteri est in Horoscopi parte posita aque ab ea
 conspicitur & radius pulsatur, sed à sinistris partibus
 videtur, à dextris radiatur. Inde etiam videtur acci-
 piendum quod idem Ptolemeus ait cum exponit quinque
 stellarum dignitates, Domicilium, altitudinem, Trigo-
 num, Finem, & quintam Φάσιν, quam interpretatur
 συγχρηματισμὸν, hoc modo in lib. iiii. Tetrabibli capi-
 te de Horoscopi parte, ἐν τετραγώνῳ τε καὶ οἴκῳ, καὶ ὑψώ-
 ματι, καὶ ὁρίῳ καὶ Φάσει, ἡ συγχρηματισμῶ. Carda-
 nus vertit, irradiatione vel configuratione.
 συγχρηματισμὸς interpretatio est vocis Φάσις. Ara-
 bes in iis quinque dignitatibus exponendis reddunt,
 وجه id est faciem, ut Alcabitius & alii. Por-
 phyrus in Isagoge πρὸς ὧπων vocat hanc ipsam quin-
 tae dignitatem stellarum his verbis; ὅταν ὁ πλα-
 νήτης ὑπάρχῃ εἰς τινὰ ἀξίαν αὐτῆς, ἢ ὧν εἰς
 τὸν οἶκον, ἢ εἰς τετράγωνον, ἢ εἰς ὅριον, ἢ εἰς πρὸς ὧ-
 πων. Quod & alio loco repetit. Ἡ αὖ πρὸς ὧπων
 & Φάσις, & συγχρηματισμὸς & ὅψις; Synonyma.
 Hephaestion, quintam illam dignitatem exponit Φά-
 σιν πρὸς τὸν ἥλιον, id est aspectum ad Solem. Nam
 Φάσις idem quod ὅψις, visio, conspectus, & proinde
 συγχρηματισμὸς qui sit ex facie vel adspectu. Nec so-
 lum

P R A E F A T I O.

lum ad Solem hic adspēctus requirebatur, sed etiam ad Lunam. Inde ἰδιοπρεσώπια stella, quae tum dicitur esse ἐν τοῖς ἰδίοις πρεσώποις vel ἰδιοπρεσώπιας, vel etiam ἰδιοπρεσώπειν, cum eandem servas ad Solem aut Lunam figurationem, quam domicilium ejus habet, ad eorum domicilia. Sic enim Hephaestion ex Ptolemaeo, λέγονται ὅτι καὶ ἰδιοπρεσώπειν ὅταν ἕκαστος αὐτῶν τὸ αὐτὸν Διχρώσῃ πρὸς τὸ ἕτερον ἢ καὶ σελήνῃ σχηματισμὸν, ὅνπερ καὶ ὁ οἷον αὐτῆς πρὸς τοὺς ἐκείνων οἴκους. Vt si exempli gratia Veneris stella à Sole & Luna de Hexagono adspēctū distet, à Sole quidem vespertina, à Luna matutina, convenienter eorum domiciliis. Φάσις igitur quae quinta est dignitas stellarum, de adspēctū faciei stella cujusque exponenda est, id est de ὀψὶ vel πρεσώπῳ, non de ἀκτινοβολίᾳ. Configuratio enim & aspektuum ratio proprie fit per faciem, non per radiorum conjectum. Φάσις de Luna cujus illuminatio proprie sic dicitur. Nullos autem habet illa radios, Sol vero totus est undique radiatus. An ergo nec in Sole nec in Luna illa differentia locum habet, τὸ ἵψεος καὶ τὸ ἀκτινοβολίας, sed in solis quinque Planetis? Sane nec regressus sive retrogradus meatus, nec stationaria mora in illis duobus luminibus invenitur, sed in aliis quinque stellis erraticis. Haec cum retro eunt radios jaciunt, & in feriunt ab ea parte occurrentes stellas, ut si quis retro ambularet, qui ex adversum venirent, comam ejus, non faciem obviam haberent. Cum vero directo cursu meant, quod & ἰστροπὴν Græci dicunt, tum faciem praefertunt, id est

P R A E F A T I O.

ὁψιν vel Φάσιν vel ὤρωπον & ἀνμαλισμὸν ea parte proprie facere dicuntur cum stellis certo intervallo distantibus, & secundum ordinem signorum progredientibus. Hinc non solum sinistrum trigonum ab ea parte qua sinistra est designatur, sed etiam dextrum. Cum enim quinto signo perficiatur trigonum sinistrum in succedentibus signis, eodem ordine pergendo ubi ad nonum signum ab Horoscopo perventum est, de trigono dextro fit conspectus, qui in quinto signo est non nono si contra successionem signorum detur progressio & regressio potius. Sic enim etiam Arabes perhibent post Gracos, Ascendentem, hoc est Horoscopum, cum quinto signo & nono facere triplicitatem, id est Trigonum aequilaterum. Atqui nonum signum non magis distat ab Horoscopo per antecedentiam, ut ita loquar, signorum, quam quintum per consequentiam eorundem. Ut planius fiat quod dicimus; Sinistrum Trigonum est quod ab ante fit, estq; ab Ariete usque ad Leonem, dextrum quod retro ab eodem Ariete ad Sagittarium, totidem ex utraque parte signis comprehensis. Sed stella qua in Ariete est, eam qua in Leone consistit, de trigono sinistro conspiciat, & ἀνμαλισμὸς hic dicitur proprie, quia faciem suam, hoc est ὁψιν, controversam illi ingerit. Sinistrum autem est Trigonum quod ab eo à quo incipitur signo ab ante est. Dextrum vero quod retro. Ergo ὁψις locum habet in sinistro tantum signo, quia εἰς τὸ ἐμὲ ὤρωθεν φέρεται, radiorum vero coniectus sive ἀκτινοβολία in dextro signo, quia εἰς τὸ πρὶν φέρεται. Proprie itaque ἀνμαλισμὸς est quem ὁψις facie

P R Æ F A T I O.

facit, non quem ἀκλινοβολία. Cur igitur Trigona dextra & Tetragona appellantur, si non ea parte dextra signorum sunt Trigoni ad aspectus & Tetragoni? Sciendum est hac Trigona dextra & Tetragona non numerari retro contra successionem signorum, sed ante secundum directum ordinem eorundem. Si enim retro numerarentur, in eodem loco signarentur ut sinistra. Quinto quippe signo ab Ariete fieret trigonum dextrum retro eundo, in Sagittario nimirum, ut sinistrum sit quinto in ante procedendo in Leone. Atque Trigonus dexter aspectus non de quinto signo fieri dicitur, sed de nono, quia in nono signo fit ab Ariete si secundum signorum successionem progressio procedat. Idem est de Tetragono dextro quod eodem modo non fit in signo quarto ut sinistrum, sed in decimo. Ita & Hexagonum in undecimo dextro, cum sinistrum fiat in tertio. Hac omnino non fierent si aque daretur ῥημαλισμὸς per ἀκλινοβολίαν sive radiationem qua retro jacitur, ut per ὀψιν qua in ante fertur. Aequali quippe numero iisdem locis ponerentur dextri & sinistri conspectus, si ex aquo fierent ante & retro, à facie stella & à radiis. Nunc radiorum iactus nullam facit figurationem. Nam malefica radius feriens occidit, non aspiciens. Ergo tam dextri quam sinistri ad aspectus perficiuntur facie stella & ὀψι, non radiatione. Stella, exempli gratia, in Ariete constituta, faciem ostentans in anteriora secundum successionem signorum & ad partes sinistras, radios autem iactans in posteriora contra successionem eorundem signorum ad partes dexter, σὺ

P R A E F A T I O.

ἀντιστοιχίαις facit solos in partibus sinistris, & juxta ordinem signorum, sola facie, non radiis. Ideo Hexagonum sinistrum efficit aspiciens facie adversa stellam qua in eo posita est, dextrum autem Hexagonum concinnat cum prospectat stellam qua in signo est undecimo eundem ordinem sequendo. Sic in eodem ordine consequentium signorum omnes perficiuntur conspectus, Hexagonus sinister in tertio ab Horoscopo loco, dexter in undecimo, quadratus sinister in quarto, dexter in decimo, trigonus sinister in quinto, dexter in nono. Sed vis Trigoni non sese porrigit usque ad nonum signum, neq; Tetragoni usque ad decimum neque Hexagoni usque ad undecimum. Ergo dextrum Trigonum sumendum est à parte contraria sinistri, in ordine antecedentium signorum. Ab ea enim parte tot signis comprehendit Trigonum dextrum quot ab altera sinistrum, atque ita de ceteris adspectibus. Quod ergo in nono signo ponitur Trigonum dextrum, in decimo Tetragonum & in undecimo Hexagonum, hoc fit ex numeratione qua procedit per consequentiâ signorum, cum revera vis Trigoni dextri & Tetragoni atque Hexagoni à radiatione stella proficiscatur qua à tergo jacitur, ut sinistra visiones à facie peraguntur qua in anteriora fertur. Hoc modo tam ex ἀκτινοβολία quam ex ὀψία stella conspectus, id est tam ex antica eius quam ex postica parte perficitur. Hoc alii volunt, alii negant. Sed si in nono signo non sit revera dextrum Trigonum, cur igitur noni mens partus ideo maturitatem & perfectionem nanciscuntur quia Sol ex nono signo conceptionis Zodiacum conspi-

P R Æ F A T I O.

confpicitur? Nullus quippe est proprie noni signi de Trigono adspēctus, si nonum signum ab Horoscopo Trigona radiatione conspicitur, non à parte sinistra signorum, sed à dextra, & tunc non est nonum ab Horoscopo sed quintum. Ita nec decimum signum ab Horoscopo quatenus decimū est Tetragona radiatione eum respicit, sed quatenus est quartum à dextris partibus Horoscopi & contra successionem signorum. Nam dextrum Trigonum aque quinque signis absolvitur, ut finistrum, item Hexagonum utrinque tribus, & Tetragonum quatuor. Cūr igitur Trigonum dextrum in nono signo constituunt ab Horoscopo, Tetragonum dextrum in decimo, & Hexagonum dextrum in undecimo? Hec omnia sunt ἀντιστά, & in sola φαντασία harentia, ut & illa distinctio ὀψείας & ἀκλινοβολίας in luce stellarum, item regressivæ sive retrogradationes earum & morationes, quæ stationes dicuntur. Φάσις juxta hac earum & ὄψας locum habet in ἐκλειψία qua fit εἰς τὴν ἐπιμόρφα τῶν ζώδιων, ἀκλινοβολία vero in regressione vel ἀναποδισμῶ, quæ est μετὰ βασις εἰς τὰ προηγμένα. Hephæstion Φάσιν illam πρὸς τὸ ἥλιον quam ultimam inter quinque dignitatem numerat; alio loco videtur ἀναπολὼ nominare. Sic enim loquitur tractatu περὶ ἰδιοπροσωπίας, his verbis: Εἰν ἰδίαις τῇ λαμπήναις καὶ θρόνοις καὶ τοῖς ποικίλοις λέγονται, ὅταν καὶ δύο ἢ καὶ πλείους τῶν ἐκλειψιῶν τετόπων, τετέτε, οἰκία, τεργύων, ἀναπολὴ, ὑψώματι σωοικέμενα πυγχάνωσιν. Cūr hic vocavit ἀναπολὼ quam in superioribus ubi exposuit illos πέντε τόπους, Φάσιν

P R Æ F A T I O.

πρὸς ἄλιον appellavit ? An quia stella cum oriuntur
 εἰς τὰ ἐπόμενα signorum procedentes, faciem prae-
 ferunt, radios à tergo spargentes ? Hinc ὁ συγγραμ-
 ματὶς interpretatus est Ptolemaeus, alii ὁ ψιν, non-
 nulli vero ὁ πρῶτος nuncuparunt. Arabes Ma-
 thematici وجوه, ut diximus, reddiderunt, id est fa-
 ciem, & hac eadem voce eas imagines quae Δεκαν-
 νοὶ dicuntur, expresserunt. An igitur idem intelle-
 xerunt ? Certe videntur. Nam & Alcabitius
 eodem Libro ubi de his quinque potestatibus stellarum
 sive dignitatibus tractat, etiam de faciebus illis
 postremo tractatum addidit. In prima differen-
 tia primo de Domiciliis planetarum agit, dein-
 de de Exaltationibus, de Triplicitatibus sive Tri-
 gonis, de Adspectibus, de Finibus, & ultimo de facie-
 bus, quae sunt Arabice الوجوه. Vbi unumquod-
 que signum dividi ait in tres partes aequales, &
 quamlibet constare in decem gradus sive μοίρας, &
 vocari Facies. Hi sunt Gracorum & Aegyptiorum
 Δεκανοί. Primam faciem, sive Decanum, esse à pri-
 mo gradu Arietis & dari Marti, ut secundam usque
 ad vigesimum & dari Soli, tertiam usque ad finem
 praedicti signi & esse Veneris. Vbi de his quinque
 rebus definitionem explicavit, de Domibus, Al-
 titudinibus, Trigonis, Finibus & Decanis, caput
 subjungit post illud de Faciebus sive Decanis, quo
 persequitur de virtutibus sive viribus quas plane-
 ta in illis habent. Ex quo capite omnino constat, τὸ
 πρῶτον quod pro quinta dignitate à Gracis po-
 nitur, & Φάσις à Ptolemæo appellatur, & συγγραμ-
 ματ-

P R Æ F A T I O.

αρχηματισμός, de Decano intellexisse. Certe Firmicus tradit & Porphyrus, planetam cum in suo Decano est ita accipi quasi in domicilio suo esset constitutus quamvis sit in alieno. Suo enim in Decano positum hac eadem perficere qua in signo suo decerneret. Ipsos quippe Decanos singulis stellis deputari. Hoc est quod Alcabitius & idem Firmicus scripsere, primum Decanum Arietis Marti dicari, secundum Soli, tertium Veneri, & ita de aliis signorum Decanis usque ad ultimum Piscium qui Marti eidem deputatur. Ergo Arabes illi *δεξωπον* quinta est dignitas stellarum pro Decano acceperunt, quia scripsit Porphyrus Decanos illos habere *δεξωπον* septem planetarum, & cum Sol est in decima parte Arietis, dici eum esse in primo Decano Arietis persona Martis. Inde igitur Arabes τὸ *δεξωπον* in quinque illis dignitatibus stellarum pro Decano acceperunt. In quo sane ~~ψ~~si sunt. Nam qua Ptolemaeus *Φάσις* dicitur & *αρχηματισμός* non potest esse idem quod *Δεκανός*. Nisi quis dicat Ptolemaum qui *Δεκανός* ex Astrologia sustulit, & *δεξωπον*, in quinque illis dignitatibus stellarum exponendis, pro *δεξωπον* veterum Astrologorum, quo nomine τὸ *Δεκανόν* intelligebant, τὸ *Φάσιν* vel τὸ *αρχηματισμόν* substituisse. Videtur tamen idem *ιδιοδεξωπία* pro eo dixisse quod alii *δεξωπον*, ubi has tres dignitates stellarum enumerat *ιδιοδεξωπία*, *λαμπήνιω*, & *θρόνον*. Per *λαμπήνιαν* & *θρόνον* interpretatur tum in iis videri planetas esse, cum duo aut plures ex illis quinque digni-

P R A E F A T I O.

tatibus supra memoratis assequuti fuerunt. Ergo
 ιδιοπρωσωπια dicitur cum unam tantum ex his ha-
 buerit. Ita Alcabitius etiam exposuit hanc dignita-
 tem qua illi وجوه, id est vel facies vel προσωπον.
 Dicit enim qui dominus domicilii fuerit, habere quin-
 que virtutes, qui exaltationis dominium habuerit,
 illi esse quattuor, domino Trigoni qui τετραγωνεξ-
 τωρ Gracè dicitur tres adscribi, domino finium id
 est οριαξεξτωρ duo, domino προσωπευ sive faciei
 unam. Hac ergo est ιδιοπρωσωπια Ptolemai. Et
 sane idem Ptolemaeus lib. 1. Tetrabibli de his quinque
 potestatibus ordine tractavit, ωει οικων, ωει τε-
 γωνων, ωει υψωματων, ωει ορειων & ωει
 ιδιοπρωσωπιων. Porphyrius in Isagoge has quinque
 αξιας eodem ordine percensuit, ubi explicat quot mo-
 dis fiant Apotelesmata planetarum, & pro secundo
 commemorat modo, cum planeta fuerit in aliquo loco
 propriae dignitatis, ηγων εις οικον, η εις τεγωνον,
 η εις υψωμα, η εις προσωπον. Cum in hoc ultimo
 loco fuerit, plane dicitur εν ιδιοπρωσωπια esse &
 ιδιοπρωσωπειν, & ιδιοπρωσωπον ειναι & εν ιδιω
 προσωπευ. Et cum eam ιδιοπρωσωπιαν idem
 exponat Ptolemaeus & post eum Hephaestion de Sche-
 matismo quem stella habet ad Solem & Lunam, om-
 nino eadem videtur esse quam & Φασιν & ουχνη-
 ματισμδν appellarunt. Sed plane diversa est à De-
 cano, nisi omnia me fallunt. Nam Hephaestion qui
 δεκαντες novit ac nominat, diversos etiam eos agnovit
 ab his προσωποις vel ιδιοπρωσωπιας. Hallucinati
 igitur sunt Arabes qui hac προσωπευ confuderunt.

Ha-

P R A E F A T I O.

Habet idem Alcabitius in IV. differentia caput de modo inveniendi dominum Decani. Ita quidem interpretetur Iohannes Hispalensis. Sed in eo capite nihil de Decanis, neque de domino Decani, sed de Trigonis. Vox Arabica Dorogen corrupta est دريجان pro دريجان. Ex Græco τετραγων. Græcis recentioribus τετραγων dictus est pro τετραγων, ut Αλγων pro Αλγων. Inde illud دريجان. Dicitur primo dividendum esse Horoscopum in tres partes, & omnem divisionem esse decem graduum. Ex his primam esse assignandam Horoscopo sive Ascendenti, secundam domino quinti signi, tertiam domino noni. Ita Ascendentem, quintum signum & nonum facere Triplicitatem, id est Trigonum æquilaterum, quod ibi Arabice vocatur دريجان. Addit continuo ab initio Arietis usque ad decimum gradum esse Dorogen Martis. Vbi male Iohannes Hispalensis interpretatur Decanum Martis. Et si fuerit, inquit, ex decimo gradu usque ad vigesimum, erit Dorogen Sol dominus Leonis, & si fuerit à vigesimo usque in finem eius, erit Dorogen Iuppiter Dominus Sagittarii. De Decanorum dominis hac accepit interpretis quæ sunt Trigona, ut hæc Ptolemæi verba indicant ex primo Tetrabiblo de Trigonis, quibus primum Trigonum Arietis, Leonis & Sagittarii habere domicilia dicit, Solis, Martis & Jovis. Decani enim Arietis non sunt Sol, Mars & Iuppiter, sed Mars Sol, & Venus, ut ex Firmico & aliis constat. Ceterum neque illa sunt Trigona quæ narrat Alcabitius, sed ad Decanos

P R Æ F A T I O.

canos Arietis pertinent , de decimo, vigesimo & trigesimo gradu. In Trigono quippe non sunt tot gradus. Nam ab Ariete ad Sagittarium quinque sunt , ab Ariete ad Leonem quinque , & à Leone ad Sagittarium iterum quinque. Hoc est Trigonum primum ex quattuor igneum quod domos habet Solis, Martis & Jovis, totidemque Dominos Trigonocratoras , ut docet Ptolemaeus. Quod in errorem induxit Alcabitium qui propterea Trigoni Dominos videtur confudisse cum Dominis tribus Arietis Decanis. Tringenta enim gradus quos Trigono attribuit non sunt Trigoni nec Trigonocratorum ejus, sed Arietis signi sub tribus Decanis. Fefellit eum quod tres planetas Trigono primo attribuit Ptolemaeus, cum Dorotheus duos tantum ei adscribat, Jovem nocturnum & diurnum Solem. Quod & ipse facit Ptolemaeus, nam quamvis tertium addat Martem, dicit eum propter αἰεσιν ἡλιακῶν expungi. Iohannes de Saxonia, de Decanis quoque hunc locum Alcabitii accepit. pessime. Nescio autem unde Scaliger hauserit quod ad Manilium notat de doctrina Dodecatemoriwn eam ab Arabibus Dorogen vocari. Sunt enim id quod diximus. At δωδεκατημόρια planetarum iidem Arabes appellant الاثنا عشرجة. Interpretes Barbari duodenarias. De quibus alibi. Cum ωρόσωρον igitur duo significet Græcis, Decanum, & faciem stellæ sive ὄψιν, iidem Arabes utrumque confuderunt. Nec melius ille qui se Deum faciebat in hac scientia Cardanus, ιδιοπερόσωπια interpretatur stellarum cum suas quasi personas gerunt, cum de aspectu quem

P R A E F A T I O.

quem ad Solem aut Lunam habent id sit accipien-
 dum. Es rectius Tetrabibli Arabici Latinus interpres
 exponit, Cum unusquisq; planetarum aliquam
 in figura cum Sole vel Luna societatem ha-
 buerit, modo qui dicitur Almugia, الموجه.
 Id est aspectus de facie ad faciem. Dignitates autem
 illas stellarum quinque predictas ita explicant, ut
 nihil in his veri sit, sed omnia Φαντασμάδια. Domi-
 nus Domicilii habet quinque potestates sive δυνάμεις,
 & comparatur Dominatio qui in domo sua do-
 minatum gerit. Domino Exaltationis quattuor
 sunt δυνάμεις, & assimilatur regi qui in regno suo
 sublimis dominatur. Finium Domino tres sunt, & is
 est ut vir ille qui inter propinquos & cognatos versa-
 tur. Qui fuerit in Trigono, duas possidet potestates, est-
 que similis viro qui in honore viget stipatus ministris
 & protectoribus. Ultima & quinta dignitas qua
ιδιόπροσωπία, & πρόσωπον. vel Φάσις appellatur,
 unica tantum excellit potestate, & omnium minima.
 Qui enim planeta in facie sua fuerit, erit tanquam
 vir in magisterio suo, ita Alcabitius, sed de artis
 magisterio sive opificio id intelligendum. Nam in Ara-
 bico est في صناعة. In facie sua, في وجهه.
 Gracis ἐν ἰδίῳ πρόσωπῳ quod de conspectu cum
 Sole aut Luna veluti domestico & cognato accipi de-
 bet, non de Decano, ut Arabes fecere. Quia stella
 que in Decano suo est, majori pollet potestate quam
 que in facie propria fuerit. Sic enim habebatur cum
 in Decano suo erat constituta ac si in domo propria
 foret, qua est summa quinque dignitatum. Non satis
erat

P R A E F A T I O.

erat dignitates & magistratus potestates stellis attribuere, nisi etiam insignia summarum potestatum simul darentur. Hinc & currus regii magnificeque apparati, aurei vel argentei eis assignantur, ut illi erant quibus reges & principes supremique magistratus per plateas & per ora populorum pompaticè invehuntur, & throni sellaque curules. Caput est apud Ptolemaeum & Hephaestionem *ἡ λαμπνῶν* & *ἡ ὁρῶν* stellarum. *Λαμπήναι* currus sunt quales diximus. Cum Ptolemaeus nugae Chaldaeorum in ceteris rejiceret, istas nihilo nugaciores retinuit. Satellitibus etiam & protectoribus opus habuerunt illa Diva erratica, tanquam regina. Nec defuere illis hac in parte viri prudentes qui etiam hoc officium illis praestarent. Hinc & *ἡ δορυφορεῖαι* stellarum inventa non unius generis. Nam tria earum genera faciunt quae & explicant. Gaudia stellarum, tristitia, dissensiones, consensiones, odia, inimicitia, signorum alia imperantia, alia obedientia, videntia, & *ἡ συνδυαμοῦντα*, conjuncta, disjuncta, & alia ejusmodi *φανταστικά* fuere commenta, à veritate & ratione prorsus aliena. Eiusdem farina sunt, partes signorum alia lucida, alia tenebrosa, alia plena, alia vacua, quadam etiam si diis placet fumosa, *καπνώδεις*, alia puteales *Φρεαταῖαι*, quae Arabibus *برج الابار*. In quibus cum planeta fuerit, dicitur esse in puteo, *في بئر*. Nec minus frivolum commentum est graduum in signis quos vulgo vocant Azemena, corpus debilitantia, *برج الرمادة*.

P R A E F A T I O.

ut & illorum quos fortunam fingunt augere, qui & propterea appellantur *درج الزايد في الشعان*, gradus amplificantes fortunam. Sic in hac arte plane illusoria omnia sunt aut picta aut ficta, aut etiam picta pariter & ficta. Tales sunt imagines illa invisibiles de quibus supra diximus, quae pingebantur & sculpebantur ad morbos averruncandos, cum in caelo talia simulacra non apparerent, sed in hominum cerebro tantum haberent, ex quo primum prodita fuerunt. Hi sunt Decani Aegyptiorum eorumque Paranatellontes qui plus de ficto habuerunt quam de picto, quamvis imagines forent. Non enim ex pluribus stellis composita erant, ut *ζώδια αιοθνη*, sed ex caeno, idest mente Astrologorum in caelum evolaverunt, nusquam conspicienda quia nusquam revera fuerunt. Ab his pigmentis & figmentis *μετεωρολογικῶν* Climacteres de quibus hic agere institimus, descenderunt. De quorum veritate non certa constitui possunt quam de causis quibus adscribuntur, partim fictis, partim pictis, partim etiam ex utroque factis. Ex doctrina Aegyptiorum Climacteres sunt qui Decani adscribuntur, non illi tantum quos morbi & agisudines varia faciunt, sed etiam qui ex aliis causis & casibus eveniunt, quia cum in triginta sex segmenta Zodiaci circulum divisissent quae denorum erant singula graduum, & donis quibusque gradibus unum ex illis Decanis proposuissent, in totidem partes corpus humanum distribuunt, quot nimirum erant Decani, & unicuique singulas & eorum morbos deputarunt. Ita illi aucto-

P R A E F A T I O.

res factis Climactericorum annorum qui ex morbis corporis pericula gravia portenderent. Cum tres Decanos singula signa haberent & singuli Decani denas partes sive gradus, qui unum ex his Decanis Horoscopum haberet, non solum annos vitae Climactericos, & periculosos, sed etiam omne vivendi tempus inde sortiebatur, mortis genus, ingenium, mores, fortunas, artes, professiones, processus, dignitates, infortunia, casus, corporis vitia & agritudines, navos, verrucas, lentigines vultus, pulcritudinem, deformitatem, parentes, filios, uxorem, & quidquid homini potest accidere vel ex propriis actibus & negotiis, vel ex eventibus fortuitis, vel ab externis quibuscunque causis. Ergo in primis denis partibus Arietis sub primo ejus Decano natos, exempli gratia, idem & par fatum circa illa omnia quae diximus, habere necesse est. Et sic de aliis. Quae platica admodum ratio fuit & rudis, cum certum sit vel eadem hora genitis & in eadem particula signi diversum fatum dari saepissime, quia & geminis non idem genius nec idem fatum ex eadem constellatione assignatur. Scimus autem testimonio scriptorum fide dignorum veteres astrorum peritos platica ratione potius usos esse quam ea quam partilem sive *μοιρικὴν* vocabant, quae non solum denis partibus signi invicem differebant, sed etiam totis tricenis & integro plus signo. Ex quo infinita surgere potest differentia ac diversitas non solum Climacterum, sed etiam aliorum omnium eventuum. Apud Hephaestionem & alios veterum qui doctrinam Decanorum sequuti sunt Aegyptia-

cam

P R Æ F A T I O.

cam, ὡς οὐκ ἔστι & unus ad decem gradus extenditur, unde mirabiliter variam nascendi sortem oriri necesse est inter plures eodem Horoscopo genitos. Alii qui Decanorum disciplinam repudiarunt, ut Ptolemao, non solum ὡς οὐκ ἔστι μοῖρα de uno gradu dicitur sed etiā ὡς οὐκ ἔστι μέρειον de momento hora quod quis habet natale. Nonnulli ex duodecim locis ex quibus Thema genitura componebant, solum Horoscopus partiliter considerabant, ut in qua nimirum parte Horoscopantis signi stella aliqua esset constituta inspicerent, non idem in aliis facerent, sed simpliciter dicerent in secundo, tertio, quarto ab Horoscopo loco esse positam. Alii partilem illam rationem in solis quattuor Cardinibus sive κέντρους observarunt, in reliquis octo neglexerunt. Et sic intelligendus est Firmicus cum decreta septem Planetarum explicans scribit Saturnum in Horoscopo partiliter esse constitutum, in quarto, in septimo, & in decimo, qua sunt quattuor principalia & cardinalia genitura loca. Nonnulli, ut alibi ostendimus, in omnibus locis stellarum αἰὼς non solum ζωδιακῶς spectarunt, sed etiam μοιρακῶς. Qui solos Decanos denarum praesules partium ad fatales & natalitias praedictiones consulendos existimarunt, in consilium una adhibuerunt stellarum positiones Decanos aspicientium, aut illis testimonia perhibentium. Inde saepe apud illos legere est, Ἐὰν ἀφροδίτη συμπαρήσῃ τῷ δεκανῶ, ἢ ἀν ἀφροδίτη παρθεμένη τῷ δεκανῶν, ἢ ἀν ὁ δεκανὸς μαρτυρήσῃ πρὸς ἑίδος, πρὸς ἑ ἄρεως, & ita de aliis. Rei quae fundamentum in ratione non habet nec in ve-

rita-

P R A E F A T I O.

ritate, quale possit esse superstructum adificium, palam est. Ptolemaeus qui Decanos explofit, Climacteres tamen & Climactericos annos agnovit, ut & illo vetustiores plurimi. A stellarum *οὐρανιοποιῶν* & periodis & anaphoricis signorum temporibus eorum colligendorum & inveniendorum methodum petiverunt. Sed ante Ptolemaeum *ἀναφορὰν* signorum mendoſe admodum computabantur, etiam ab illis qui septem Climata posuerunt. Nam Petosiris & Necepsō non alias anaphoras descripserunt quam quae Climati Aegyptiaco convenirent. Periodi porro Planetarum quae ad annos vitæ reperiendos & ad Climactericos signandos excogitata ab illis sunt, & à Ptolemaeo quoque admissæ, nullam habent naturalem rationem ex eorum cursu accommodatam. Cum enim triplicem earum statuunt differentiam, maximarum, minimarum & mediarum, mediam cujusque Planeta periodum ex minima ac maxima simul junctæ dimidia parte nulla ratione composuerunt. Et tamen Planetas, cum neque optime neque pessime decernerent, annos hujus mediæ periodi decernere dixerunt. Minimas periodos proprias esse & idcirco Planetarum constituerunt, nec tamen possunt dicere cur Solis periodus annorum sit decem & novem, Luna viginti novem. Nec melius dicturi sunt, cur hæc si in bono loco, bono signo & in bonis partibus fuerit constituta, centum & octo annos vitæ decernat, id est integrum magnæ suæ periodi spatium, malo autem loco posita, malo signo & malis partibus, ultra propria sibi & minimæ periodi tempora decernere non queat, id est annos viginti

P R Æ F A T I O.

viginti novem, aut viginti novem menses, aut viginti novem dies, aut horas duodecim. Vbi homines vulgo vivunt annos centum & quinquaginta, ut in Tâprobana & in Iaponia, Sol ultra periodi sua maxima annos vivendi spatium decernit, quam centum & viginti definiunt. In aliis regionibus ubi nemo potest homo spatium illud vivendi implere, Sol nunquam bene collocatus inveniri potest. Præter eam triplicem, majoris, media & minima periodi stellarum differentiam qua à Græcis statuitur, Arabes etiam maximam quandam pro quarta accipiunt, & deinde aliam qua Fridaria illis dicitur فرن, فرج. Exempli gratia, Solis Fridariae anni sunt decem, maxima ejus periodus annorum est mille quadringentorum sexaginta: major qua Græcis μέγιστη ἔτιος & dicitur, centum & viginti: media sexaginta novem, & sex mensium, alii volebant esse triginta novem annorum, & sex mensium: minima vero decem ac novem. Ita duæ sunt mediae periodi Solis. Et hoc ipsum à Græcis qui duas μέσας ἔτιος Soli tribuunt & Luna, ex duabus diversis computandi rationibus confectas. Exempli gratia, prior media qua sexaginta novem est annorum cum dimidio, ita colligitur. Maxima habet annos centum & viginti, minima decem & novem. Si in unum coeant numerum hæ duæ periodi, fient centum ac triginta novem anni. Sumatur ex hac summa pars dimidia, erunt sexaginta novem anni cum sex mensibus, qui alteram ex duabus Solis periodum efficiunt. Altera sic colligitur. Maxima periodus annorum

P R A E F A T I O.

norum est centum & viginti. Sumatur media pars,
 sexaginta sunt. Hic numerus jungatur cum annis mi-
 nimia periodi Solaris, efficiet annos septuaginta novem.
 Horum dimidia pars anni triginta novem cum sex
 mensibus. Ha sunt duae mediae Solis periodi. Luna
 similiter duae sunt, ut ex eodem Alcabitio constat
 una sexaginta sex annorum & sex mensium, altera
 similiter ut Solis, triginta & novem cum sex mensi-
 bus. Maxima secundum Gracos periodus Lunae cen-
 tum & octo est annorum, qua juncta cum minima
 viginti & quinque annorum, reddit annos centum ac
 triginta tres. Dimidia pars hujus numeri numerus est
 mediae lunaris periodi. ex sexaginta sex annis ac sex
 mensibus constantis. Altera ejusdem fidei media
 pars concurrit cum altera mediae Solis, si ad hunc
 modum colligatur. Maxima ejus periodus centum &
 octo anni, dimidium accipio, hoc est annos quinquaginta
 quatuor. Huic summa jungo annos minima
 periodi Lunaris viginti quinque. Exeunt in totum
 septuaginta novem, pars dimidia habebit triginta no-
 vem cum sex mensibus. Quae altera est media periodus
 Luna & eadem cum altera mediae Solari. Ergo Sol &
 Luna secundum hanc colligenda mediae periodi ratio-
 nem idem annorum spatium decernunt, quando locis
 signisque & partibus mediocriter bonis sunt positi,
 cum tamen maximis suis minimisque periodis in
 tantum discrepent & in aliis omnibus diversa pro-
 ducant Apotelesmata. Sed Valens judicat priorem
 methodum inveniendam planetarum mediae periodi,

natu-

P R Æ F A T I O.

naturali magis esse rationi consentaneam quam hanc posteriorem, ἔτσι οἱ μέσοι χρόνοι φυσικώτεροι μοι ἔδοξαν τυγχάνειν. Ego vero neque hunc neque illum modum rectum aut certum judico, cum neuter sit ulla ratione inventus. Arabicum autem illum auctorem à Græcis ipsis accepisse certa fides est, cum Dorosheum omnibus ferme locis testem nominatim adducat. De aliorum Planetarum fredariis, maximis, majoribus, mediis & minimis curriculum alibi erit dicendi accuratius locus in eo quem diximus Commentario de origine & progressu Astrologia. Certos etiam circulos Climactericos singulis Planetis assignarunt, non majore ratione excogitatos. Cur enim tertium decimum Luna adscripserunt, & decimum octavum Soli? An quod Luna tredecies in singulis annis & in duodenis mensibus circum suum pervagatur? Sol autem decem & octo annorum spatium ab eodem puncto ad idem reverti juxta quosdam putatur? Alii, nec melius, novem & decem annos huic reversioni destinarunt. Quod nec ipsum tamen exactè respondet proposito. Et tamen inde fecerunt minimam & propriam Solis periodum. Circuli Saturni Climacterici ternis annis definiuntur, Ioviales novenis, Martii septenis, Venerii octonis, Mercuriales quinis. De his omnibus haud magis aliquam probabilem rationem possunt reddere, quia nec reddunt. Ergo totus ille λόγος & κλιμακτηρικὸς, sive à Decanis Horoscopantibus, sive à Planetarum συναποκατασκευαῖς κύκλοις ducatur, frivolis admodum

P R Æ F A T I O.

modum & vanis nititur rationibus. Ptolemaeus qui
 δεκανῆς rejecit, κλιμακλήρης tamen retinuit. &
 pro periculis partim gravioribus partim levioribus hoc
 vocabulum agnoscit, quæ pericula interitum non
 inducunt, sed vitam variis discriminibus aut mole-
 stis morbisque objiciunt. Ex Planetarum ἀφελικῶν
 concursu & occurſu eos creati vult, ut & alia vita fa-
 ta, quæ ex his limitatum vivendi spatium sortitur, &
 varia ex rebus bonis malisque temperata tempora. Sic
 universalis quadam est ἀφεις sive decursio vitæ ἀ
 prima natali hora usque ad ultimum, eaque ab uno
 Planeta ἀφῆτη gubernatur qui vitæ dator est & ge-
 nitura dominus. Hæc καθολικὴ ἐστὶ βιωσίμων χρό-
 νων ὑπόστασις. In eo generali curriculo diversæ in-
 currunt quasi temporum lacinia, quæ vel bonis annis
 distinguuntur & prosperitatem afferentibus, vel ma-
 lis & infortunia importantibus. Hæc κλιμακλήρων
 nomine nuncupantur; & inde annorum κλιμακ-
 τηλικῶν nata & nota appellatio. Sed ubi carceres
 ponemus universalis illius curriculi & substantiæ an-
 norum vitæ? Quod initium ejus statuemus? An ipsam
 nativitatem, horamque primam qua lucem homo
 videre incipit? At non defuerunt ex hujus stulta sa-
 pientia magistris plurimi, qui non ex die vel hora na-
 tali, sed ex conceptione ipsa rationes fati genethliaci &
 prædictionum ejus petendas esse contenderunt. Nec
 carere eos ratione res ipsa indicat, vel ex ipsius artis
 in aliis rebus experimento. Cum enim astra consu-
 lerent ad singulorum operum quæ incepturi erant

exor-

P R Æ F A T I O .

exordia, quando ea aggrediebantur non quando consummata erant, ea consultatio fiebat. Si quomodo successura esset adificatori domus construenda, in principio structura, & cum fundamenta prima jaciebantur, id ex astris explorabant, non post ultimam ei manum impostam, hoc idem & in omnibus καὶ ἑρ-
χαις actuum, negotiorum, operum facitabant. Conceptio quasi fundamentum est hominis condendi, nascentia finis est & manus summa. In ipso itaque fundamento quale sit opus futurum, inspiciendum & inquirendum. At plurima rursus hic impedimenta occurrunt ne ad verum perveniamus, quamvis ars certa esset. Vix sciri potest hora conceptionis, ac ne vix quidem. Ponamus & posse sciri. Cali constitutum cognita fortasse non ultra proderit quam usque ad tempus partitudoinis, quamdiu fœtus in utero morabitur. In puncto nativitatis alia erunt facta indaganda, quæ scilicet usque ad finem vita durent. Quid si ne eo quidem usque natalis hora inspectio possit proficere? Sunt varii quasi ætatis flexus & articuli quibus alia siderum facies, alius status cali competit. Scribit Seneca, septimum quemq; annum ætati signum imprimere. Quod de gradibus ætatis & Climacteribus quidam perperam interpretantur, quia septimo quoque anno mutatio eveniat ex periculis, Nihil ad hos ætatum gradus Climacteras pertinere ostendimus. Non re tantum signantur isti ætatis transitus septimo quoque anno fieri soliti, sed etiam nomine. Nam cum re ipsa nomen ætatis mutatur,

P R Æ F A T I O.

infantis, pueri, adolescentis, juvenis, viri, senioris, decrepiti. Cum his nominibus dentes cadunt, pubes venit, barba mentum vestit, robur acquiritur, decrescit, cani sparguntur, dentes decidunt, & alia accidunt quæ notam ac signum ætatis imprimunt. Et metaphora ducta est à gregibus quibus nomina gentis inurantur, & character imprimitur. Nam & signum non solum character est, sed etiam nomen. Nec solum viventis & videntis hominis ætatis signum imprimitur ad singula quaque septennia, sed etiam dum in utero pecus est. Sunt & quidam illius temporis flexus & articuli, dum feritur, dum in sanguinem mutatur, dum corporatur, dum & motum accipit. A conceptu hic præcipuus transitus est & characteris novi impressio, qua moveri incipit. Certior esset tunc siderum contemplatio de futuro ejus ex alvi latebris in lucem exitu, ubi primum mater embryonem suum moveri sentit. Quod antea fuit, neque vitam habuit, quia nec motum. Alter ab eo transitus & articulus, ipsa nativitas. Tunc deberet & nova consultatio astrorum fieri usque ad alterum flexum. Id est ad primum à natali exortu septennium. Et sic deinceps usque ad ultimum. Si ad singulos actus negotia, opera quæ quis erat cœpturus, Astrologus interrogabatur, & ille cœlum interrogabat de successu cœptorum, quanto magis septimo quoque anno id fieri oportuit de eventibus totius septennii sequuturi? Certe & notabant horam quæ quis jacere cœpisset & decumbere, ut inde ex astris prædicerent qualem exit-

P R Æ F A T I O.

exitum morbus esset habiturus. Si ex natali hora hac omnia prænosci & prædici potuerunt quæ tota vita essent eventura, quid opus fuit pro singulis rerum eventis frustra responsurum cælum fatigare, de eo quod jam semel pro omnibus vita actibus in principio prænuntiaverat? Præterea si rem recte patemur an verisimile est cæli constitutionem in conceptu notatam, bonam aut malam, eundem hunc tenorem servaturam non dico usque ad partum, sed usque ad ultimum vita diem? Nonne potest fieri ut qui iniquitatem fiderum in perniciem suam concurrentium dum concipitur expertus est, dum nascitur idem faventia ac propitia omnia sentiat qua conceptu adversa fuerant? Ponamus duos uno eodemque tempore conceptos, sed diverso genitos, quia unus septimo mense editus sit, alter decimo. Fingamus item quod posse fieri non est dubium, duos eodem hora momento natos inter quorum conceptum duorum aut trium mensium intervallum inciderit, quid juris de istis? Vtrum tempus $\sigma\pi\omega\epsilon\gamma\varsigma$ ad prædictionem magis valebit, an, ut vocant, $\epsilon\kappa\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega\varsigma$? Atqui alterum alteri fidem prorsus derogat, & hoc inde colligimus, ut sua fata sunt vitales auras carpentibus ab hora natali ducenda, ita & sua esse intra uterum latitantibus ab hora conceptus petenda. Multi enim in ventre moriuntur aut sponte sua fatoque suo, aut etiam necati & morte violenta expulsi, horum plurimi etiam periculum tantum abortionis incurrunt, suosque etiam Climactericos, non annos, sed menses diesque in

[The page contains dense handwritten Latin text, which is mostly illegible due to extreme blurring. The script appears to be a cursive from the 16th or 17th century.]

P R E F A T I O

exitum morbus esse habitum. De ex mundi do-
 tra hac omnia promissa & proinde remittunt que
 sola vita esse credenda, quia ipse ius pro ingulis
 servum crediti fuisse et ipse ius credam iugum,
 de eo quod non non pro omnia vita aditus in
 principis promittitur: Præterea Eodem recte in-
 terius an verumque est cum confutationem in concep-
 tu notatam, bonum aut malum, eundem bene re-
 mittam fertaturque non dico usque ad partem, sed us-
 que ad ultimum vita diem? Nonne potest fieri ut qui
 iniquitatem filiorum in perniciem suam concurren-
 tium dum concipitur expertus est, dum nascitur idem
 faventia ac propitia omnia sentiat qua conceptus ad-
 versa fuerant? Ponamus duos uno eodemque tempo-
 re conceptos, sed diverso genitos, quia unus septimo
 mense editus sit, alter decimo. Fingamus item quod
 posse fieri non est dubium, duos eodem hora momento
 natos inter quorum conceptum duorum aut trium
 mensium intervallum inciderit, quid ius? Quod
 Vtrum tempus... Non
 bit, an, ...
 fidem

P R Æ F A T I O.

alio matris inveniunt. Ad horum fatales exitus vel
 Climacterica & periculosa tempora indaganda ex
 astris, non Horoscopus natalis quidquam facit, sed, ita
 dicam, conceptualis. Sunt etiam infantibus sua fata
 & sua periculosa & Climacterica momenta quibus
 intra infantia terminos obnoxii sunt, partim mor-
 tem obeundo, partim mortis periculum ineundo. Ho-
 rum ergo tam fatales dies quam Climacterici à pri-
 ma hora natali viderentur debere colligi usque ad
 infantie terminum. Inde altera ætas sive flexus æta-
 tis incipit, nempe puerilis, cui & propria fata sunt,
 & sui quoque Climacteres, quorum observatio ab
 ipso pueritie ingressu ex siderum, quæ tunc esset, dis-
 positione petenda foret. Et sic de aliis gradibus æta-
 tis usque ad decrepitam. Quod si à maturo jam fæ-
 tu & perfecto Horoscopi ad totam vitam ratio ex-
 plicata duci debet, non necesse est, ut lucem prius vi-
 deat quam hoc recte possit administrari, cum vel ab
 ipso conceptu quidam id melius fieri existimarint.
 Certe quandoquidem hora nativitatis vix percipi po-
 test, commodius & certius explorari posse crederem
 punctum temporis quæ mulier doloribus ad parien-
 dum tentari incipit. Tunc enim plene perfectus in-
 telligitur fœtus cum viam ad exeundum in lucem
 jam molitur, & preparat se ad exitum. De fato
 ejus ex stellarum positâ tunc ad omne vite spatium
 melius pronuntiari posset quam in ortu ipso qui valde
 ambiguus est ob moram quam infans in nascendo
 plerumque facit. Interdum quippe capite foras jam
 pro-

P R Æ F A T I O.

prominente circa humeros ipsos diutule laborat & luctatur in angustius porta. Vnde accidet ut diversum fatum capitis & reliqui corporis fingi queat. Et cum tres sint anima facultates, quasi totidem anima sedibus & locis distincta, rationalis qua in cerebro & capite sedem habet, aliud fatum sortiretur quam anima $\Psi\alpha\psi\chi\alpha\iota\tau\iota\chi\eta$ & $\theta\upsilon\mu\iota\kappa\eta$, quarum altera in jecore, altera in corde locatur. Nam profecto ob celi motus rapacitatem alia ejus constitutio futura est capite jam prorupto, & reliquo corpore intra alvum ressitante, & alia ubi totum corpus liberatum est nixibus. Plerumque & toto corpore jam evolato, secundum quibus involvebatur moram trahunt, quibus quamdiu alligatus tenetur fœtus, non bona fide vinculis nixus liber videri potest. Inter istas moras quas unicus partus patitur, plura fata & diversa experiri videtur, pro diversis anima facultatibus, quæ ut divisas habent sedes in corpore, ita per partes exeunt, sub alia atque alia siderum dispositione. Nec audio qui dicunt sideris & signi $\omega\gamma\omicron\sigma\kappa\omicron\mu\omega\tau$ vim per duarum horarum spatium eandem manere. Hoc si esset, nulli unquam Gemini in dissimiles inciderent eventus, cum certum sit & compertum uno eodemque temporis puncto genitos diversas habere naturas, vitas & casus, propter cæli dissimilitudinem. Quod Nigidius summus apud Romanos suo tempore Mathematicus exemplo rota figuli monstrabat. Cum enim rotam figuralem vi quanta potuisset, intorsisset, currente illa bis nume-

P R Æ F A T I O.

ro de atramento tanquam uno loco summa celeritate percussit, deinde inventa sunt signa qua fixerat, definiente motu, non parvo intervallo in rota illius extremitate distantia. Sic, inquebat, in tanta cœli rapacitate etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur quanta rota bis percutitur, in cœli spatio plurimum est. Indœst quod rerum spatiis plurimum Gemini distant, inter quorum ortus minimum interest. Vix igitur potest hora qua quis nascitur momentum colligi, cum tanta sit cœli rapacitas. Sed quamvis possit, alia ratio vetat & quidem potentissima, fidem talibus observationibus adhiberi quarum effectus aliter veri esse non possunt, nisi divinitas stellis & signis assignetur, qualem veteres Astrologi Chaldaei Aegyptiique & Græci tribuerunt, & nisi caelestes imagines tam visibiles quam invisibiles vera sint. Atqui nullam habuere apud antiquos divinitatem stella, neque ullam figurationem signa nisi quam fabula finxerunt. Quidquid in terra viderunt & quod non viderunt, in cœlo poeta locarunt, ut Hippocentauros & Aegipanas. Item præter quadrupedes, aves, pisces, serpentes, homines, etiam domos ac templa, aras, coronas, naves, crateres, reginarum crines, & vias quoque, si Diis places, lacteas, ex lacte Iunonis mammis effuso. Si stella mundi sunt, mirabilis inde res existeret, ut ex pluribus mundis multitudine magna hominum singulis refertis unius hominis caelestis figura formaretur, & similiter plures mundi innumeris bestiis abundantes unam redderent

P R A E F A T I O.

rent bestiam, quia poeta ita placuit quem sequutus
Astrologus eam quadrupedem fata homini sub ea
 genito pares mores quas habet ipsa, decernere statuit.
 Nec intra hac stetit eorum vesania, sed etiam de cælo
 tabulam lusoriam fecerunt. In eo stella discurrunt
 ut in tabula calculi. Quidam ex his regis & regina
 personas ac vices gerunt, ita & in cælo Sol & Luna
 inter stellas, hac regina comparatur, ille regi. Alia
 satellites sunt & protectores equitesque & pedites, ut
 & in calculis. Nam stella quæ fixa vocantur quasi
 pedites habentur, reliquæ quinque erraticæ equitum
 loco videntur. Turres & in cælo sunt ut in Tabu-
 la, & Arabes πύργος sive Burgos appellant signa Zo-
 diaci. Stellarum alia non solum directo cursu meant
 sed etiam retrogrado, nec desunt in lusu calculorum
 qui utroque pariter modo ambulant, progressu & re-
 gressu. Per latitudinem & longitudinem Zodiaci
 Erraticæ ambulant, & obliquis etiam meatibus, eodem
 modo & calculi ipsi per tabulam incedunt in latum
 & longum. Pedites uno tantum tenore ducuntur
 & inante duntaxat moventur. Prout sunt stella in
 cælo disposita, ita bonum aut malum fatum gigni-
 tur. Sic & pro calculorum dispositione bene aut
 male locatorum, lusor stat aut cadit. Hoc solum in-
 terest inter cælum & stellas, tabulamque lusoriam. &
 calculos, quod ludi artifex pro peritia sua aut impe-
 ritia sibi felicem aut infelicem exitum facit, cum
 stella vel invitæ nobis supra nos negotium suum
 agant, quæ aut nihil possunt, aut quid possint non
 in-

P R Æ F A T I O.

intelligimus. Hoc tamen plusquam certum est nihil posse nisi Dii sint, & Deos omnino non esse etiam certo certius. Census denique & paratura celi circa quam versatur astrorum scientia, tota ex falsis Diis & fictis animalium rerumque simulacris constat, qua inter sidera & pro fideribus Diisque collocarunt fabula veterum poetarum.

SYNO-



SYNOPSIS

Operis

DE ANNIS

CLIMACTERICIS.

DE Variis anni Climacterici vel Climacterum Latinis appellationibus, partim falsas esse, partim ineptas, partim minus commodas. Non esse fatales annos, nec Scanfiles, non Gradarios, non Genethliacos sive Natalicios. Non etiam esse Criticos, & male cum diebus mensibus & annis Criticis comparari. Multis rebus differre Criticos annos vel menses vel dies Medicorum ab annis, mensibus & diebus Climactericis Astrologorum. Climactericos annos non appellari Criticos ab Astrologis, nec Criticos dies Climactericos à Medicis. Solos morbos in Criticis diebus, mensibus & annis judicari, pericula etiam fortunarum & vitæ quæ extrinsecus accidunt, in Climactericis annis evenire, & Climactericos eos facere. Unum eundemque hominem & Medicum esse posse & Mathematicum, & de exitu agrotantis duplici modo judicare, vel ex notis morbi criticis vel ex astricis aspectibus, non propterea tamen quod Jatro-mathematici aliqui dicti sunt qui & Climactericos prædicerent, & dies Criticos observarent, eundem esse Climactericum annum & Criticum. Non esse

S Y N O P S I S

esse Climactericos eos annos solos qui per septenarias aut novenarias periodos in toto vitæ spatio recurrerent. Graviora quidem pericula esse quæ in septenarios annos inciderent; sed non eos solos vitæ Climactericos fuisse. Male comparari à Censorino septimum quemque diem qui in morbis *κρίσιμος* est, cum septimo quoque anno vitæ quem pariter *κρίσιμος* esse vult ac Climactericum. Quia in re pares sint Climacterici cum diebus Criticis. De nominis anni Climacterici vel *κλιμακτήριος* ratione. Non dici à nomine *κλίμα* neque à *κλίμαξ*. *Climacteras* ab auctoribus sæpe usurpari tam Græcis quam Latinis pro annis Climactericis. Duplex ratio hujus appellationis allata. Recentiores Mathematicos nullos alios agnovisse Climactericos præter septenarios & novenarios annos, quos Græci *ἑβδομαδικὸς* & *ἐνναδικὸς* vocant. Sed id esse falsissimum. Perperam ab iisdem Enneadicos computari à nono usq; ad millesimum & octavum, & Hebdomadicos à septimo usque ad unum & millesimum, hosque annos propter Patriarchas & Imperiorum periodos eo usq; extendi. Nullos enim cognitos fuisse veteribus Mathematicis Imperiorum aut Rerum publicarum Climactericos. Non mutationem in melius ut in pejus adferre Climactericos, ut iidem Neoterici autumant. Solius vitæ humanæ spatii Climacteres esse proprios, ex doctrina eorum qui illos invenerunt. Ex varia cujusque genesi etiam varios dari Climacteres. Falsam etiam esse illā sententiam quæ sexagesimum tertium annum pro solo & fere unico Climacterico ponit. Aliud esse tempus vitæ & ultimum ejus diem, aliud Climactericum annum & Climacterem. Annos vitæ non solum singula Zodiaci signa alios atque alios facere, sed etiam Loca duodena in Genesi colligenda observata. Eorum locorum appellatione-

OPERIS DE CLIMACTERICIS.

lationes explicatæ. Titulos, & Tempia, & Cardines vocari quattuor prima & principalia loca. Diathema appellari dispositionem stellarum in illis duodecim locis constitutorum. Thema aliud significare. Non in unius stellæ positu & motu genituræ Thema consistere, sed in plurium disposita ordinatione & configuratione. *Διάστημα* proprie dici duodecim Horoscopi Locorum vel Sortis Fortunæ *τοποθεσίαν*. Duodena illa Loca sive Partes, annos vitæ dare diversos, quorum ultimus non est Climactericus, sed vitæ terminus. Quintum ab Horoscopo locum & de Trigono sinistro ab eo conspectum, annos vitæ decernere sexaginta tres cum Luna in eo loco constituta est, sed tunc sexagesimum tertium non esse Climactericum sed fatalem & ultimum. De levi & dextri Trigoni differentia. Male Scaligerum cum dicit Manilius quintum ab Horoscopo signum tribuere sexaginta tres annos vitæ, pro anno Climacterico accepisse sexagesimum tertium. Climactericum annum suum multos evadere cum ultimus vitæ annus non sit evitabilis, quia fatalis est. Firmici locus correctus, ex quo constat præter novenos & septenos annos, alios etiam esse Climacteras plurimos. Dupliciter considerari solere sexagesimum tertium annum, aut tanquam Climactericum, aut tanquam ultimum & fatalem. Interdum Climacteres & vitam finire, sed sæpius variis eam periculis afficere. Genituræ dominum qui & *vita dator* dictus est, prout bene aut male locatus est, ita longiora aut breviora vivendi spatia decernere. Climactericos annos evadere fatales ex occurso malevolorum siderum, quibus pulsatur Horoscopus. Sæpissime nec interitum quidem minari Climacteras, sed pericula fortunatum tantum denuntiare. Climacterum quattuor esse genera, Hebdomadicos, Enneadicos, qui Enneadici simul sunt &

S Y N O P S I S

& Hebdomadici, & qui neutrum. In explicandis & cōputandis Enneadicis & Hebdomadicis Climacteribus aliam fuisse veterum Mathematicorum sententiam atque hodiernorum. Quomodo utrosque computaverint antiqui Ægyptii, & quæ ratio eorum nominis sit. Esse Hebdomadicos qui in Enneadicos incidunt & contra, illos dici posse *ἑβδομαδικὰς*, istos vero *ἐννεαδικὰς*. Non solum investigari solitos à Mathematicis annos Climactericos, sed etiam menses, dies, & horas Climactericas. Climacterum rationem ab Horoscopo potissimum deduci. Stellæ quæ pericula faciunt, etiam periculosos annos decernere. *Κλιμακτήρας* pericula esse, periculosos vero annos *Κλιμακρικούς*. Ex Themate quo collectus fuerat annus Climactericus, colligi etiam diem solitum in quo periculum esset eventurum à quo Climactericus annus nomen invenerat. An plures singuli Climacteres habeant, disputatum. Vocem *κλιμακτήρας* à Græcis Mathematicis pro periculo usurpari: Duorum generum fuisse, Vitæ & fortunarum. Quæ vitam spectabant, ab Horoscopo duci solita, quæ fortunas à sorte Fortunæ peri. Duplicem fortunam sorti Fortunæ assignatam fuisse, *τὴν κτηνικὴν* & *τὴν ἀξιοματικὴν*, possessionum & dignitatum. De Loco Dæmonis qui Soli deputabatur, & Loco Fortunæ qui Lunæ esse censebatur. Fortunæ Loca duodecim vocata esse *ἄλλα*, & quid ea voce veteres intellexerint. Quot Planetæ sunt, totidem *κλήρες δωδεκατρόπους* ab antiquis fuisse positos. Quibus nominibus singulorum Planetarum *κλήροι* appellati fuerint. Præcipuos ex omnibus fuisse Sortem Dæmonis quæ Soli adscribebatur, & Sortem Fortunæ quæ Lunæ tribuebatur. Solem Regi ab Ægyptiis comparatum, Lunam Reginæ, & cæteros Planetas licitoribus. Ab Horoscopo vitæ substantiam pendere,

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

dete, & stata ejus tempora, diversosque exitus,
& Climactericos annos, cladibus variis aut pericu-
lis notabiles. Horoscopo adjungi ut potestate pæ-
ne parem, Fortunæ Locum sive Sortem, à quo et-
iam Climacterica ratio petita infelicitium vitæ tem-
porum. Utriusque *κλήρη* Loca, aut per se singula
considerata ex propria & insita vi ad Climacteres
faciendos, aut ex conjunctione quam habent invi-
cem, aut ex stellarum maleficarum quæ in his collo-
catæ fuerint potestatibus. Signa quædam esse *κλι-
μακτηρικὰ*, & quænam ex his *ἑβδομαδικὰ* fuerint, quæ
ἐνιαδικὰ, quæ cōmunia sive *ἐπίκοινα*. De Climacte-
ribus *κληρικαῖς* quos stellæ maleficæ faciunt in Locis
Fortunæ repertæ, Trigonis dextris aut sinistris, Te-
tragonis dextris aut sinistris, Hexagonis dextris aut
sinistris, item Diametris. Quæ horum sit definitio &
explicatio, & qua ratione dicantur signa dextra aut si-
nistra, antecedentia aut succedentia. Tropica signa
esse Climacterica, & quidem Hebdomadica, ob rerū
quæ in his sit mutationem. Quænam ex his *ἐνιαδι-
κὰ* appellata & cur. Trigona & Hexagona signa esse
optima. Pessima vero Tetragona & Diametra. *Σύμ-
φωνα* dici quæ optima, *ἀσύμφωνα* quæ pessima. Item
nonnulla ex his esse *ὁμογενῆ*, alia *ἀνὸμοιογενῆ*. Quo mo-
do partilis sive *μοιρικῆ* ratio diversa sit à signili sive
ζωδιακῇ in Trigonis, Hexagonis, Tetragonis & Dia-
metris signorum dimetiendis. Platicam rationem di-
ctam quæ eadem est cum *Ζωδιακῇ* vel signili, & parti-
li opposita. Secundum partilem rationem Trigono
centum & viginti tantum partes dari, hoc est quat-
tuor signa includi, at secundum signilem quinque
signa Trigonum absolvere, partes vero centum &
quingquaginta, habere. Ita de aliis. Quo sensu dicuntur
signa *ἐπίκοινα* quæ nec *ἑβδομαδικὰ* sunt proprie Cli-
macterica nec *ἐνιαδικὰ*, sed utrunque esse possunt. Si-

SYNOPSIS OPERIS.

gna quadrata quæ vocentur, & quæ ex his Climacterica, quæ Hebdomadica, & Enneadica. De duodecim locorum topos thesia *δωδεκάτοπος*. Domos perperam hodie appellari quæ antiquis Loca sunt. Imperite angulos ab iisdem recētoribus male dici *ἄντες* Græcorum. Alii errores notati Mathematicorum. Tropos de figuris locorum usurpari, unde & *δωδεκάτοπος*. Ut signa sunt quædam Climacterica, ita & *πίπυς* & *πλημικτοράκως*. Imperite *ἀφίπυς* Loca exponi quæ sunt Climacterica. Stellæ *ἀφίπυς* contrarias esse *ταῖς ἀναγρεπυαῖς*. Climacterica loca aliquando fieri *ἀναγρεπυαῖς*. Quænam ex duodecim locis Horoscopi proprie dicantur Climacterica. Quemlibet locum ex duodecim posse tractari *δωδεκάτοπος*, & multa sic olim fuisse tractata. *Κλήρων* appellatione vocata fuisse quæ ita explicarentur. De Climactericis locis tam in Horoscopi quam in Sortis Fortunæ dispositione. Ex propria *πλημικτοράκως* notione non interitum ea voce significari, sed periculum aut vitæ aut fortunæ intentatum. Alios dari leviores Climacteres, alios graviores. Climacterem proprie sumptum tam à morbo quam à morte distingui. Esse tamen etiam Climacteres aliquos *θνήσκους*, i.e. mortiferos. De morbis etiam gravioribus eam vocem summi solitam. Varios existere Climacteres prout stella malefica quæ Fortunæ Locum sortita fuerit in singulis signis constituta sit. Hoc explicatū ex periodis vagantium stellarum. Maxima annorū curricula, media, & minima veteres Astrologos eis tribuisse. Secundum illas periodos non solum eos computasse vitæ temporā in genituris colligendis, sed etiam Climactericos annos. Quomodo mediam periodum cuiusque planetæ computaverint, ex maximæ & minimæ numero in vicem juncto, & dimidia utriusque parte sumpta. Planetas cum longissimum vitæ spatium decernunt,

sua

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

sux maximæ periodi annos integros decernere, cum brevissimum, minimæ. De temporum divisione quæ in Chronocratoriis locum habuit, & quomodo tempora solitæ sunt invicem tradere & accipere stellæ in dominatu temporum. Ex ea ratione in antiquis geniturarum observationibus, Climacteres & Climactericos annos præcipue quæri & indagari consuetos. Παρεδόθη & παρὰ λήψης eas traditiones & acceptiones temporum vocatas Græcis fuisse. Multiplices eas fuisse & non solum annorum sed etiam mensium, dierum & horarum. Inde varias divisionis temporum appellationes extitisse, κρηλικός, ενιαυσιαίος, ημερησίος & βελαιός. Ferdarias Persarum idem præstitisse & Chaldæorum Dodecaeteridas. Chronocratores quosdam unius anni fuisse, alios unius mensis, alios diei, alios horæ, quos etiam vocarunt οικοδωρότης & πυρίος ἔτους, ἔμηνος, ἔ ἡρας. De horarum apud veteres numeratione & earum apud Ægyptios appellatione. In genituris infantium colligendis, tempus ex astris decretum per horas ac dies primo computasse, deinde per annos. In adultorum ac virorum genituris contrariam viam instituisse. Divisionem horarum, dierum ac mensium χρονομετρεῖν à periodis stellarum petiisse. Periodos illas etiam Ptolemæum agnovisse. Gradus ætatis humanæ juxta cujusque Planetæ periodum definivisse. Humanæ vitæ spatium longissimum antiquos Mathematicos in anno centesimo ac vigesimo constituisse quæ maxima est Solis periodus. Eundem annum Climactericum διατηφόνον statuisse. Sine parvis stellarum periodis veteribus Astrologis nullam annorum vitæ aut Climactericorum indagacionem processisse. Omnium Climacterum descriptionem non constituisse nisi per rationes ex earum periodorum observatione ductas. Has cum ignorent hodierni

SYNOPSIS OPERIS

dierni Mathematici non mirum esse si Climacteres etiam nesciant. Nescire quippe eosdem an Chronocratores iidem sint cum ἀφίταις, & an differant ἀφίται à genituræ Dominis. Quid sit Hyleg, quid Alchocoden neotericorum Astrologorum, quod & ipsi ignorasse videntur. Hyleg Arabum, Græcorum esse Ἀφίτῳ, Alchocoden vero οἰκδοσπότην τῆ ζωῆς. Ἀφίτῳ & χρονοκράτορι eundem esse. Quid sit proprie ἄφισις, & unde dicta. Chronocratorem eum esse qui Dominus est τῆ ἀφίσεως, id est curriculi temporum. Duplicem esse ἄφισιν, unam κοινικὴν & generalem quæ totius vitæ tempus absolvit ab hora natali usque ad fatalem, alteram particularem quæ certa vitæ tempora includit, felicia & infelicia, & in his Climactericos annos quibus infortunia accidunt, aut morbi ancipites. Generalis ἀφίσεως Dominum eum dici qui etiam οἰκδοσπότης τῆ ζωῆς & τῆ ζωῆς appellatur. Aliarum ἀφίσεων particularium dominos eos esse qui proprie vocati sunt χρονοκράτορες. Ut duplex est ἄφισις, ita & duo ἀφίτων esse genera. Nam & χρονοκράτορι etiam esse ac dici ἀφίτῳ, ut genituræ Dominum. Chronocratoras quoque duplicis esse generis, κοινικὴς & μερικὴς, sed Dominos genituræ, qui & Domini sunt τῆ κοινικῆς ἀφίσεως unius esse generis, quia unicam habent ἄφισιν, universum nempe vitæ spatium. De conjunctionibus Planetarum maximis, minimis, ac mediis. Plures ideo esse Chronocratores & ἀφίτας particularium temporum, quia cum tempora vitæ alternent inter gaudium & mœrorem, felicitatem & infelicitatem, duorum contrariorum unus idemque auctor non potest existere. Quippe ubi accidit eodem tempore & ex eadem re bonum & malum, ad diversos ἀφίτας & Chronocratores id esse referendum. At unam stellam esse oportere, &

unum

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

unum ἀφίτην Planetam, dominum & arbitrum totius ἀφίσεως vel annorum substantiæ quæ decurrit à vitæ carceribus usque ad metas. Græcos in his nominibus distinguendis non sibi constituisse, nec recte explicasse quæ in re differrent, *χρονοκράτωρ, ἀφίτης, κρόνος* & *ἡρόσιος, ἐπικρατήτωρ, & οἰκδοσπότης*. Fuisse & Climactericas ἀφίσεις, quia & tempora fuere Climacterica. Ἀφίσειν autem nihil aliud esse quam curriculum temporis ex decursione stellæ quæ ἀφίσις dicitur, mensuratum. Verustissimos Astrologos Climacterum ἀφίσεις à Luna deducendas duntaxat existimasse. Ad noranda tam felicia quam infelicia tempora sive Climacterica, Chronocratorias & *χροίων ἀφίσεις* valuisse, & Chronocratores ideo ab Astrologis introductos quibus ejusmodi temporum bonorum æque ac malorum distributio data sit. Per Dominum genituræ, qui generalis est Apheta, totius vitæ tempus primo investigari solitos, deinde inventum per eum vitæ spatium singulis stellis per Chronocratores divisisse. Solos quinque Planetas proprie nomen habuisse *οἰκδοσποτῶν* genituræ, Solem vero & Lunam nunquam sortitos esse vitæ dominium, sed ἀφίτας tamen generales dictos esse & cum his Horoscopum, & Fortunæ κληρον. Unum principalem & generalem fuisse ἀφίτην qui nempe vitæ erat dominus, ut una est ἀφίσις universæ vitæ substantiæ. Ut plures autem sunt particule totius vitæ curriculi, ita & plures particulares ἀφίσεις & earum *χρονοκράτορες*. In horum temporum particularium divisione deducenda rationem habitam fuisse omnium ἀφιστῶν & ἀφίστων non unius, ut in temporum vitæ summa colligenda fiebat. Nomen *Hyleg* pro ἀφίτη Græcorum, non esse Arabicum, sed Persicum, & idē significare quod domus dominum. *Cadshadan* Persicum esse pro eo quem Græci οἰκδοσπό-

SYNOPSIS OPERIS

ἄλῳ τῆς ἡμετέρας appellant, & quem *Alchocoden* im-
 perite vocant Arabum interpretes & hodierni Astro-
 logi. *Cadchodan* proprie etiam significare τὸ οἰκοδο-
 μῶν vel eum cui præfectura pagi commissæ est. Hæc
 duo nomina non recte intellecta fuisse à recentiori-
 bus Astrologis, & ex horum confusione meras hal-
 lucinationes in arte sua peperisse. Nugæ eorum
 noratæ de promissoribus & significatoribus. De cor-
 poribus stellarum & radiis. *Ἀπηνβολία* & *χημα-
 πσµὸν* proprie differre. *Σχηµατισµὸν* etiam *μαρτυ-
 ρίαν* dici. De occurſu stellarum qui corpore sit, &
 qui radiis. De occurrentibus & testimonium perhi-
 bentibus. De Aphesi directæ, & contrariæ. De pro-
 podisino sive directione, & anapodisino sive retro-
 gradatione, item de statione planetarum. De ven-
 tis eorundem, & quo sensu proprios ventos dicantur
 decurrere. Ἀφισιν esse decursionem non proroga-
 tionem, nec ἀφίτῳ vitæ esse prorogatorem. Melius
 Latine reddi directionem aut progressionem, vel
 profectionem, sed male ab aliis hæc nomina distin-
 gui. De duobus modis ἀφίστας, directo & retrogra-
 do. Stellam quæ radios in aliam immittit, dici ἐπι-
 φέρειν. De significatoribus vulgarium Astrologo-
 rum, & eorundem promissoribus. De planetarum
ἐπιμετρησµοῖς qui in datione & acceptione temporum
 consistunt. Picū Mirandulam perperam de directio-
 nibus stellarum scripsisse. Alii ejus errores ibidem
 notati. Cuspides incite vocari à vulgo Mathematicorum
 Græcorum κέντρα, & Latinorum Cardines. De Climactericis
 Aphesibus sive circulis tertio quoque anno recurrentibus,
 item quinto, septimo, nono, quarto, undecimo, duodecimo,
 tertio, secundo, & tales esse qui dicuntur κληρικὸι κλιμακτῆρις.
 Præter hos, etiam Planetis suos singulis circulos attri-
 butos ad Climacteres toto vitæ spatio recurrentes
signan-

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

signandos. Saturno tertium dari, Jovi nonum, Marti septimum, Soli decimum octavum, Mercurio octavum, Veneri quintum, Lunæ decimum tertium. Septimum quemque vitæ annum non in omnibus esse Climactericum. Falsas afferri rationes rei quæ non est, nempe cur septenarii sint Climacterici, nec eorum uspiam meminisse Ptolemæum. Omnes antiquos Astrologos *πλάραφλω* Climacterum in suis scriptis exhibuisse, à primo anno vitæ usque ad ultimum. Nullum quippe esse annum in legitimo vitæ spatio quia sit alicui Climactericus ex genesi. Qui sint maxime periculosi, & qui minus. Vitæ spatium per Decadas annorum alios numerasse, alios per Dodecadas. Circulos planetarum Climactericos ex restitutione eorum sumi vel reversione ad idē *χῆμα* quale inter se tempore genituræ habuerint. Inde esse *πλάραφλω* Climacterum Critodemi ab anno tertio usque ad centesimum ac vigesimum. Tria in ea descriptione Climacterum genera inveniri, graviores, leviores, & letales. Sexagesimum tertium annum dupliciter considerandum, aut tanquam Climactericum periculosum, aut tanquam annum communiter fatalem plerisque senioribus. Climacterem proprie dici de periculo quod evitatur. Ejus vocabuli etymum à verbo *κλιμάζω* esse, quod significat inclino, & à palæstra ductum videri. Magno errore ab Astrologis hodiernis solos septenarios & novenarios pro Climactericis numerari. Sexagesimum tertium, male Heroicum indigerari Climactericum, item quadragesimum nonum, & quinquagesimum sextum quasi aliqui sint Heroum proprii Climacteres. Non alios esse annos moriendi constitutos ignobili plebi & viris illustribus. Differentia Climacterum sive Climactericorum annorum, ex numeris quadratis & oblongis notata. Utri sint

h 4

gra-

SYNOPSIS OPERIS

graviores, quæsitum. Quo sensu aliquis Climacter
 ἀπλῶς appellatus sit. Alios ex morbis fieri Clima-
 cteres, alios ex variis casibus & causis violentis. Non-
 nullis Climacteres proprie usurpari de periculis
 quæ extrinsecus accidunt. De Climacteribus qui
 communes dicuntur. Quinam Climacteres crebrius;
 qui rarius in hominum genituris recurrant. Critode-
 mum in describendis Climacteribus, usque ad annum
 centesimum ac vigesimum processisse. Hephæstio-
 nem nullum agnoscere Climacterem ultra nonage-
 gesimum septimum. De plastica Climacterum ἡγε-
 ρία & exacta. In exacta genesi non partes tantum
 signorum, sed etiam partes partium, id est sexagesi-
 mas, observari solitas. Quid sit μοιρολόγισις vel μο-
 εολόγισις pro quo perperam μετεολόγισις scribitur
 apud Firmicum. Quæ sint μονομοιρία antiquorum
 Mathematicorum. Partes signorum alias fuisse lu-
 cidas, alias obscuras, alias plenas, alias vacuas, alias
 bonas, alias malas. Denis cujusque signi partibus
 præsedisse Decanum. De his & eorum Liturgis Pa-
 ranatellonibus, & quid ex voces significaverint
 apud Ægyptios & Chaldaeos, explicatum. Non à
 militia Romana nomen Decani in sideralem scien-
 tiam migrasse, sed contra ab astris ad castra de-
 scendisse, & faciem vel figuram, sive μόρφωσιν,
 significare. Decanos Ptolemæum abrogasse qui
 maximæ fuerunt potestatis in prisca Genethliaca.
 Eorum figuras in annulis olim sculpi solitas ad
 varia mala depellenda. Inde τελίσματα Græco-
 rum & Arabum Talisman, & σιχαμαλικὸς τε-
 λισμὸς appellatos qui ἑα sculperent. De Barbaricæ
 Sphæræ apud Firmicum appellatione, quæ proprie
 cælestium μορφωμάτων Apotelesmata consideraret.
 Alia notione Sphæram Barbaricam dictam olim
 Nigidio ad distinctionem Græcanicæ. Quid pro-
 prie

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

prie significet vox ἀρεσθῆς. Decanos antiquis olim ita dictos fuisse, quia nemo nasceretur nisi Horoscopante aliquo Decanorum. Unicuique Decano suos Climacteres fuisse attributos. Eorum nomina descripta ex Græcorum libris Ægyptiaca. Climacterum illam per Decanos factam observationem πλάκω esse, non μετρίω. Loca, signa, astra quædam esse Κλιμακτηρικῶ, sed ex concursu plurium stellarum sicut in Themate genituræ disposita sunt, atque in locis suis, signis, finibus, constituta, ita Climactericos exacte cujusque genesis annos investigari. De virtute naturali stellarum quam singula per se habent, & de ea quam in agmine velut ordinata, quæq; συγγραμμή vocatur. De coloribus Planetarum & moribus. Ita Climacteres accurate & subtiliter colligi solitos juxta mixturam & concursum stellarum, rudi autem minerva quæsitos κτ' ἅπαν, aut κτ' ἑκάστον, aut κτ' διπλόν, aut κατ' ἀπλὴν ἀστὴρας δυνάμει. Climactericos non ex vi numerorum confici, septenarii, aut novenarii aut ex his compositorum. Nec ad nascendum, nec ad vivendum, neque ad moriendum numeros vim aliquam Physicam ac latentem habere. Omnia certis numeris temporis oriri, crescere, mori, non per numeri virtutem ea fieri. De partu seprimestri, octomestri, & decemmestri, an numerus ad eos maturandos valeat. Septenarium numerum mensium aut novenarium aut octonarium nihil efficere, non enim per menses tempus illud numerandum esse, sed per dies. Climacteres qui à numeri potestate non fiunt, an ab Astrorum decreto veniant. Cum vitæ initium, spatium, & finis à judicio stellarum non pendeant, sic nec Climacteres, nec anni Climacterici. De spatio vitæ & fine pluribus argumentis id ostensum. De vita primorum patrum, an anni eorum menses fuerint. Non fuisse, sed

h s

annos

SYNOPSIS OPERIS

annos plenos & integros. Vanam esse observationem quæ Climactericis suis eos obiisse notavit. Quod diminuta sit vita hominum post diluvium, non astris causam imputari, nec quod hodie minus homines vivaces sint quam olim. De Macrobiis veterum multa adnotata. Qua ratione ab astris vitam longam decerni statuerint Petosiris & Necepsus. De Anaphoricis signorum temporibus. Ex trium signorum Anaphorica mensura longissimam vitam eos definisse. Non solum Anaphoras signorum sed etiam Periodos Planerarum tam ad vitæ tempora inveniendâ quam ad Climacterica observasse. De septem orbis Climatibus & varia in his signorum ascensione. Petosirin unius Climatis Ægyptiaci Anaphoras descripsisse, postmodum ab aliis sex aliorum Climatum adjectas. Mendosas veterum ascensiones à Ptolemæo fuisse castigatas. Non ejusdem Climatis gentes eadem ratione ac modo vitam egisse & transgisse, sed moribus, habitu, victu, lingua diversas fuisse, & vivendi spatio. Non ab astris nec à cælo longæ vitæ duci, sed à regione & solo, partim etiam à semine, & à victus ratione. Professionem quoque & sectam ad id prodesse aut obesse. Sæpe aliter militem mori quam agricolam, & hunc quam nautam. Professio si ab astris, & à professione varia vitæ longitudo, non directè ab astris longam vitam profluere. Sed nec ab astris professionem singulorum manare, ut neque mores & instituta gentium diversarum. Aquæ potum & frugalem victum rotas nationes reddidisse longævas, & in nationibus vinum bibentibus plures abstemios. Climacteres sic videri vinum facere potius quam stellas. Quin & morbos plurimos & differentes ex vini largiore usu generari. Sæpe Geminos duos uno Horoscopo genitos diversi esse fati & in-

101

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

terdum plures quorum sunt diversæ genituræ eodem fato interire. Si Gemini duo continenter ac sine mora ex utero matris prodeuntes diversum habent Horoscopum, concedi etiam debere ejusdem infantis qui in nascendo moram traxit, plures esse Horoscopus. Institutorum ac rituum in populis mutationem non à sideribus proficisci. Stellas quæ cinædos facere putantur, vim suam perdere in illis populis apud quos nulli sunt cinædi. Idem de aliis rebus. De morbis certarum regionum peculiaribus, & aliis ex alio solo eó invecitis ubi antea noti non erant. Eos morbos astra non facere sed Clima. Ita ex illis morbis Climacteres, ab astris non esse. Victus etiam rationem in plerisque tractibus morborum qui ibi peculiares sunt, causam haberi. Quod eodem morbo alius diutius & gravius laborat, alius levius, alius etiam tollitur, in stellis causam non esse, quia tam diversas non habent potestates. Qui morbum contraxit ex ardore Solis, Soli hoc imputari & quidem soli, non aliarum stellarum *συμψηφία*. Nec à genesis decreto id pendere. Si dies primus ultimum facit & omnes vitæ dies disponit, non opus esse Thema decubitus in singulis ægrotantibus explorare, ut de exitu morbi prædictio fiat. Sufficere debere patris genituram ad filii fatum colligendum, cum & hoc pendeat à constellatione cujusque quales liberos sis habiturus. Ex novis morbis novam videri additam vim astris, ut ex illis qui desierunt in aliquibus locis, virtutem stellarum veterem deperditam. Secundum Climata quæ septem sunt ut mores gentium & victus diversi sunt, ita & morbos mortisque, ac vivendi tempora. Mutatam vitæ rationem in plerisque gentibus hæc etiam omnia immutasse. De loco pestilenti in salubrem translatum populum valeru-

SYNOPSIS OPERIS

letudinem meliorem & vitæ majorem longitudi-
 nem sibi comparasse solius soli beneficio, non astro-
 rum decreto. De longævis aliquot gentibus quibus
 nomen inditum fuit *μακροβίαν*. Non solum victum
 & potum, sed etiam locum habitationis conferre ad
 longævitatē, quam stellæ non dant. In loco et-
 iam parum sano, prodesse ad diu vivendum tenuem
 & exactam diætā, & ad morbos epidemios ex
 pestilentia virandos. Naturam tamen ipsam valen-
 tiorem arte ad hoc videri, ut diu vivat aliquis. Ex
 trāduce plerūque accipi longioris ævi cursū, &
 breviorē vitæ metā. Non solum generatim ho-
 minem ex homine nasci, & equum ex equo, sed etiam
 sanum & robustum, & velocem ex tali. Rationem
 esse cur infirmi ex validis, morboſi ex sanis, &
 brevīs ævi homines ex longævis nascantur, sed
 eam à stellis non peti debere. Exemplā Macrobio-
 rum plura. Ad id conferre res plures, cælum, solum,
 semen, & victum. In victu etiam consuetudinem
 multum posse. Eam vel gentium universarum esse,
 vel sectarum & collegiorum, vel etiam singulorum.
 Naturam omnibus esse potentiorē quā Astrorum
 judiciis alligata non est. Colores & mores gen-
 tium ne ab astris quidem venire. Ut arbores transi-
 latæ degenerant, ita & gentes alio traductas &
 gentibus exteris commixtas nativum genium amit-
 tere, haud secus ac fluvii salum ingressi propriam
 perdunt aquarum dulcedinem. Ex Climatibus non
 tantum hominum, sed etiam quadrupedū & planta-
 rum prodi differentiam. Populorum peculiāres esse
 characteres ac notas quibus invicem dignoscantur.
 Quæ sunt, alia natura esse, alia institutō. Quæ duce
 natura instituuntur immutabilia esse & Clima-
 tibus inhærere. Quæ ex institutō veniunt, mutari sub-
 inde in gentibus solita, & in his etiam locum ha-
 bere

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

bere religionem: Ex mutatione religionis plures mortis causas evenisse tam fatales quam violentas. Inde etiam variasse Climactericos annos in utroque genere, qui astris non debeant imputari. Tria mortis genera à Philosophis poni, naturale, fatale, & fortuitum sive casuale, idemque violentum. Fatale non esse Astrologicum, quod Genesis dicitur. Naturalem moriendi modum omnium esse facillimum atque etiam rarissimum, eumque ex seminis quo quis procreatus est qualitate, contingere. Fatalem quem morbi faciunt, partim locorum non salubrium vitio effici, partim ex propria intemperantia. Antiquiores quia frugalius vivebant, morbis minus obnoxios fuisse, atque ideo vivaciores extirpasse. Non solos homines sed etiam bestias & plantas triplici illo genere mortis extinguere solere, nullum autem eorum ab astris, ut ab efficiente causa, descendere. Rabbinos, ut & Astrologos, omnibus arboribus, herbis, metallis suas stellas attribuere, quibus subjecta sint ac dedicata. Omnium rerum causas iis contineri, & *πρωτὶ πάντων* omnium quæ in mundo nascuntur & fiunt, haberi. Totam etiam mundi machinam ex eorum imperio videri concrevisse. Inde & mundi Thema sive Genituram ab his esse constructam & conscriptam. Ad imitationem mundi hominem formari & solvi. Si stellæ omnibus creantur vitæ spatia stata assignant, multiplicem esse debere earum potestatem, & plane divinam. Multo magis talem esse videri oportere si mentes hominum flectunt, voluntates vertunt, & consilia dirigunt. Quod per se singulæ non habent, ex variis quibus se invicem conspiciunt figuris, vires eas non habere. Ut effecta tam multa decernant, quod divinæ potentia est, Deos esse debere. Pro Diis habitas esse stellas Chaldaeis, Ægyptiis, Græcis, & omnibus quicunque
fati

[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side.]

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

turnum infelices. Omnia divinationis genera à stellis originem habere Veteres credidisse, haruspici-
nam, augurationem quæ per somnia futura videt,
per fulmina, per sortes, per lineamenta corporis, &
alias species divinandi. Si Astra divina pollens pote-
stare & Dii sunt, utrum per *ἀμφοτέρω* agant, an decer-
nendo ut Dii. Neutrum habere, nec *πρόβλεπαι* esse
nec *σημαίνειν*. Ne quidem ortus & occasus siderum
tempestates facere, nec nisi incerto posse ex iis præ-
dici quæ tempora pluviosa, ventosa, nivosa, &
æstuosa & glacialia. Nec ratione nec observatione
niti Astrologiam. An sola observatione dies ali-
quos malos statui posse verum sit. De diebus Ægy-
ptiacis, ætæ, nefastis, & Astrologorum *ἀνέ-
κτους* & Climactericis quatenus hæc omnia inter se
differant. Omnes semper gentes dies aliquos obser-
vandos & cavendos ut inauspicatos habuisse. Ægy-
ptiaco communiter omnibus fuisse habitos infaustos.
Eos qui Astrologis *ἀνέκτους* dicuntur, ad genituram
cujusque pertinere, & ad singulos actus quibus rebus
agendis incommodi essent, ipsorum astrorum vel
Ephemeridum inspectione explorari solitos. Cli-
mactericos malos & ipsos fuisse, & ex genesi colle-
ctos, pericula vel vitæ vel fortunæ, ex morbo vel
ex casibus extrinsecus accidentibus intentavisse.
Dierum Ægyptiacorum & *ἀνέκτους* infelicitatem
non ultra impedimentum actionis alicujus se ex-
tendisse. Populorum dies aliquot *ἀνέκτους* aliqua
clade notabiles factos, & in posterum cavendos
observatos fuisse. Religionem etiam multos dies ta-
les prodidisse apud varias gentes. Pythagoreos ex
sola vi numeri Physica & Harmonica differentiam
dierum malorum aut bonorum proditam censuisse.
Causam eorum ex solis sideribus petiisse Astrologos
ut & Climactericorum temporum. A Decanis Æ-
gyptios

SYNOPSIS OPERIS

fati humani magistras esse eas crediderunt. Quæ de his sententia fuerit veterum Philosophorum. Aut inanima esse corpora caelestia, aut animata, aut numina. Si inanima sunt, cum videantur ignea vel ignita, non possunt aliam habere potestatem nisi lucendi & calefaciendi. Si animalia sunt, quatenus talia non possunt animum hominis formare, nec intellectum instruere, nec voluntatem movere. Si præter animam quam habent etiam divina prædita sunt potestate, tanquam numina debent agere. Non sic tamen facere, & præterea sic innumera bilis existeret Deorum multitudo, qui sibi invicem obstarent, cum unus aut plures destruerent quod pauciores in genituris adstruxissent. Si astra mundi sunt, quatenus tales non possunt in hunc mundum agere, nec res ejus creare, nec quæ in eo nascuntur pro arbitrio suo versare, & moderari. Solem qui stellarum potentissimus est & regiam inter eas habet potestatem, non aliam virtutem habere nisi calefaciendi & lucendi, & alia corpora vagarum stellarum illuminandi. Lunam quæ proximam ab eo potentiam habere creditur, humectandi tantum vim aliquam habere. Reliqua non errantia astra parum omnino aut nihil posse, qua lucendo qua calefaciendo. Concludi inde certò debere, cum sidera Dii non sint, non esse Astrologiam. Si vero sit, astra pro Diis & quidem præsentissimi & potentissimi numinis esse habenda, ut olim fuere habitata ab Ægyptiis, Chaldæis, Græcis, & omnium gentium Astrologis. Religionem civilem eosdem Deos coluisse quos poëtica cælo intulit, & à quibus facta humana fieri Genethliaca putavit. Si Venus Dea nulla fuit, nec stellam Veneris facere venerios, nec Martem homicidas, nec Mercurium calidos & furaces, non Jovem magnanimos, nec Saturnum

DE ANNIS CLIMACTERICIS.

turnum infelices. Omnia divinationis genera & stellis originem habere Veteres credidisse, haruspici-
nam, augurationem quæ per somnia futura videt,
per fulmina, per sortes, per lineamenta corporis, &
alias species divinandi. Si Astra divina pollent pote-
state & Dii sunt, utrum per ἀστρολογία agant, an decer-
nendo ut Dii. Neutrum habere, nec ἀστρολογία esse
nec οὐρανολογία. Ne quidem ortus & occasus siderum
tempestates facere, nec nisi incerto posse ex iis præ-
dici quæ tempora pluviosa, ventosa, nivosa, &
æstuosa & glacialia. Nec ratione nec observatione
niti Astrologiam. An sola observatione dies ali-
quos malos statui posse verum sit. De diebus Ægy-
ptiacis, ætæis, nefastis, & Astrologorum ἀστρο-
λογικῶν & Climactericis quatenus hæc omnia inter se
differant. Omnes scilicet gentes dies aliquos obser-
vandos & cavendos ut haruspiciatos habuisse. Ægy-
ptiacos cōmuniter omnibus fuisse habitos infaultos.
Eos qui Astrologis ἀστρολογὸι dicuntur, ad genituram
cujusque pertinere, & ad singulos actus quibus rebus
agendis incommodi essent, ipsorum astrorum vel
Ephemeridum inspectione explorari solitos. Cli-
mactericos malos & ipsos fuisse, & ex genesi colle-
ctos, pericula vel vitæ vel fortunæ, ex morbo vel
ex casibus extrinsecus accidentibus intentavisse.
Dierum Ægyptiacorum & ἀστρολογικῶν infelicitatem
non ultra impedimentum actionis alicujus se ex-
tendisse. Populorum dies aliquot ἀποφασίδας aliqua
clade notabiles factos, & in posterum cavendos
observatos fuisse. Religionem etiam multos dies ta-
les prodidisse apud varias gentes. Pythagoreos ex
sola vi numeri Physica & Harmonica differentiam
dierum malorum aut bonorum proditam censuisse.
Causam eorum ex solis sideribus petiisse Astrologos
ut & Climactericorum temporum. A Decanis Æ-
gyptios

SYNOPSIS OPER. DE ANNIS CLIMATICIS.

gyptios & Climactericorum annorum, mensium & dierum rationes deduxisse, & præcipue eos Climacteres qui ex morbis nascerentur. In triginta sex partes eos membra corporis humani distribuisset, quot numero Decani essent, quos pro Diis Ætheriis habuerunt. Si Dii non illi fuere, aut si nulli omnino fuere, ut nullos constat fuisse, nulli etiam sunt Climacterici anni, vel Climacteres.





CL. SALMASII
DE
ANNIS
CLIMACTERICIS
DIATRIBA.



DE Climactericis annis dicturo explicandum est primum quid propriè hoc nomen significet, & unde appellatus sit annus *Climactericus*. Nam certum est hîc errare vulgares Mathematicos, qui *Climactericos annos* interpretantur *annos progressionis*, & sic dictos arbitrantur, quod ex *ascensionibus planetarum secundum climatis rectum aut obliquum circulum cognoscitur tempus quo planeta sit ad eum locum perventurus*. Jam dubitari non debet quin *κλιμακτῆρ* Græcis sit gradus scalæ. Nam *κλίμαξ* appellatur ipsa scala Græcè, *κλιμακτῆρες* autem sunt gradus scalæ. Hesychius: *Κλιμακτῆρες, οἱ τῆς κλίμακος βαθμοί*. *Climacteres*, sunt gradus scala. Ab hac significatione quærendum qui sint Astrologis

A

Clim.

Climacteres, & anni Climacterici. Convenit ferme inter omnes ita appellari annos vitæ, quibus aut mortis periculum imminet, aut alicujus gravioris casus quem vix evitari datur. Agellius lib. III. cap. x. ex Varronis libro de Hebdomadibus: *pericula quoque vite fortunarumque hominum qua Climacteras Chaldaei appellant, gravissimos quosque fieri septenarios.* Pericula ipsa appellat, & gravissimos ait esse septenarios. Si Climacteres ipsa pericula sunt, inde anni climacterici appellati, in quibus illi Climacteres fiunt, quibus aut mors homini metuenda, aut aliud grave infortunium quod aliquando evaditur, aliquando non. Plinius lib. VII. cap. XLIX. *scanfilem annorum legem* interpretatur quam, inquit, *Climacteras* appellant, vel *Climacteros*, ut legendum esse infra dicam. Celebris Medicus ac Philosophus plures appellationes producit quibus istos annos nuncupatos notavit. *Varia*, inquit, *hi anni sortiti sunt vocabula.* Dicuntur enim *Climacterici*, *hebdomadici*, *scalares*, *scanfiles*, *genethliaci*, *gradarii*, *natalitii*, *fatales ac critici seu decretorii.* Quæ ambitiosius ac vanius jactata quam verius videntur adnotata. Sunt enim partim interpretationes nominis Græci, eæque non probæ nec commodæ, partim appellationes falsæ. *Climacterici* non recte redduntur Latine *Scalares*, quia *κλιμακτηρ* non est scala, sed gradus scalæ. Male etiam *gradarii* exponuntur qui sunt *κλιμακτηριοι*.
Nam

Nam *gradarius* Latinis de equo dicitur qui molli gradu vehit, & qui βάδην incedit, quem Græci βαδισήν & βαδισκόν vocant. Unde apud Lucilium de equo tali:

*Ipse equus haud formosus, gradarius, optimus
vector.*

Molli gradu, & sine succussura nirentem interpretatur Nonius. Hodie Galli vocant *Cheval de pas*. Melius igitur *gradilis* aut *gradualis* verteretur qui Græcè κλιμακτηριός. Sed ne sic quidem satis commodè. Nam *gradus* nomen generale est, cum κλιμακτης proprie sit κλίμακον, id est scalæ, gradus. Sed neque Latini auctores κλιμακτηριός istos annos aliter appellarunt quam *Climactericos* voce Græca servata. *Scalares* dici eos haud magis probem. Non enim κλιμακιοὶ dicuntur Græcè, qui essent *scalares*, sed κλιμακτηριοί. *Scanfiles* non sunt magis idonei. Neque Latini unquam sic appellarunt. Ut eorum vim Latinè Plinius exprimeret, *scanfilem annorum legem occiduam* dixit, quam *Climacterias* appellant. Duplex est scansio, simplex, & duplicata. Simplex ut scamni & scabelli. Hæc minus alta, illa altior. Nam id quo simplici scansione scandebant in lectum non altum, dicebatur *scabellum* teste Varro, in altiore, *scamnum*. At duplicata scansio gradus propriè dicebatur, quod gerit inferior superiorem, ut idem Varro notavit, verbis sic legendis. Inde & *scanfiles lecti cubiculares*, quod

in eos scandebatur, ad differentiam tricliniarium. *Scanfiles* autem annos qui sunt Climaterici, nemo Latinorum appellavit, sed *Climactericos*, Augustus Agellius, Censorinus, Firmicus, alii. *Genethliacos* quare etiam appellatos dixerint, nescio. Nunquam ego sic dictos apud ullum reperi. Ratio quoque nominis quam asserunt inepta, quoniam à *genesis* vires suas sortiuntur. Γενεθλιακὸν Græci appellant quidquid pertinet ad diem natalem. Quem qui curiosius ad fata prædicenda observabant ex astris, Γενεθλιακὸν inde appellati. Sed annos Climactericos γενεθλιακὸς unquam appellatos non memini, neq; etiam *Natalitios*, quod interpretamentum est vocis Græcæ. Latina Ecclesia *Natales sanctorum Martyrum* appellavit, dies quibus supplicium pro Christo passi erant. Sed alia hujus nominis ratio est. Quod *fatales* hos annos pariter docent esse dictos, ego miror, quia nec legi ipse, nec puto uspiam lectum, cū soli fatales dicendi videantur anni ac dicti sint in quibus quis fati necessitatem implet, quomodo & *fatalis dies* appellatus, quo aliquis fati concedit. At Climacterici anni non semper fatales sunt, quia sæpè in his & periculum magnum incurritur ac vitatur. Idem meum judicium est de annis *criticis* ac *descretoriis*, à nemine nimirum sic vocatos, quia communiter ab omnibus *Climacterici* nominantur. Non etiam recta est comparatio quam instituunt critico-

rum

rum dierum , cum annis *climactericis* quos *criticos* volunt falso appellatos. Et sicut in-
 quiunt, *septenarii dies agitudines acutas judicare*
solent, ita anni climacterici vitam nostram judicandi
facultatem habent, & ideo critici ac decretorii vocan-
tur. Sed quis sic eos vocavit? An possunt ali-
 quem citare? Nulla certè similitudo aut affi-
 nitas cognatiove annorum climactericorum
 cum diebus criticis. Climacterici mala im-
 portant vitæ gravissima, sæpe & mortem. Dies
 autem critici morbum solvunt, si bona sit cri-
 sis, immo si fiat crisis simpliciter, ut absolute
 hoc nomen accipitur. Nam cum nulla fit cri-
 sis eo die quo expectatur & expetitur, pericu-
 lum mortis imminet ægrotanti, vel cum mi-
 nus fit quam debuit, semiplena nempe pro
 plena, vel imperfecta pro perfecta. In sum-
 ma criticus dies apud antiquos Medicos aut
 liberabat à morbo, aut certam liberationis
 post aliquot dies futuræ spem dabat. Non
 ita est de climactericis annis qui periculum
 habent, aut periculi minas. Si periculum ha-
 bent, decretorii plane sunt: si solam periculi
 denunciationem sine effectu, ne quidem sunt
 critici habendi aut vocandi. Nihil enim ju-
 dicant ut dies critici. Apud Hippocratem legi-
 tur, ei quem septimus dies liberaturus sit quar-
 tum esse gravissimum. Ita quartus dies criti-
 cus, ut etiam septimus. Neuter decretorius.
 Hoc enim verbo Latini in malam partem ute-
 bantur,

bantur , de eo quod ultimum homini esset ac finem vitæ afferret. Sic *decretoria hora* Senecæ Epist. cii. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Ita Plinius diem quo aquila oritur , florentibus oleis decretoriū dixit. Nemo auctorum criticum diem quo aliquis moritur proprie appellavit. Nam pleriq; moriuntur diebus qui morbi quo laborarunt proprie critici non sunt. At omnis dies mortis, unicuique decretorius, id est summus. Decretorium quidem id est quod decernit, sed condemnationem potius quam absolutionem. Omnis sententia iudicum critica est quia iudicat , sed ea sola decretoria quæ condemnat , & mortem infligit. Ita semper hæc vox in pejorem partem accipitur. Hinc Plinius Caniculæ sidus *uvīs decretorium* esse pronuntiavit, id est inimicum, maleficum ac exitiale. Ita *decretoria arma* dicuntur , aciem & acumen habentia, & quæ occidunt, eoque distinguuntur ab hebetibus ac præpilatis , quibus proludunt exercitii vel ludicri causa gladiatores ac milites. Inde est & *decretorium stilus*. Critici igitur dies non sunt decretorii. Moriuntur & quidam ægri criticis diebus , sed tunc critici propriè non sunt , cum sint decretorii. Nam critici, si nomine suo digni sint, & officium suum faciant, levamentum morbi ostendunt & spem liberationis. Dicit Hippocrates lib. i v. de Morbis, τὰς νόσους κερνεῖσθαι ἐν τῇσι θείασιν ἡμῖν

ἡμερῶν. *Marbos judicari in diebus imparibus.* Ergo dies impares ipsi critici sunt. In illis ipsis diebus remissiones morbi fiunt. μεθίει γ', inquit, idem ibidem, τὸ πῦρ ἐν τῇσι θεωρῆσι. *Remittit febris in diebus imparibus.* Eodem loco asserit mori ægros in diebus imparibus. Sed critici tunc non sunt dies impares, quinimmo potius decretorii, ut hanc vocem Latini usurpant. Meliores igitur dies erant secundum veteris Medicinæ scita dies critici, si vere essent critici, hoc est si morbi crisis in iis ut oportet, ageretur, cum deterrimi sint qui homines tollunt, ideoque decretorii. Ea gratia & γόνιμοι appellantur eidem Hippocrati dies impares, quia κρείσιμοι τυγχάνουσι ἢ γεννήματα βίος ὠφελίμυ. Quia in his judicatur de morbo, & aliquid boni & conducibilis generant. Docet tamen Hippocrates graviores esse interdū dies impares qui & κρείσιμοι sunt, & in his maxime laborare ægrotum, cujus & rationem reddit, quia tunc humores turbantur. Miratus itaque sum sæpius à viris medicæ rei doctissimis κρείσµυς dies morborum decretorios Latine apud Hippocratem reddi, cum ea vox ne judicatorium quidem significet, sed judicabilem potius. Κεληλή quidem ἡμέρα dicitur quæ judicat, sed κρείσιµυς est judicabilis, in qua de morbo nimirum judicatur vel de ægroto potius, ut ait Celsus. Est autem, inquit, alia etiam de diebus ipsis dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares se-

quebantur, eosque tanquam de agris judicaretur, *κρίσις* nominabant. Morbus ipse de se fert iudicium certis notis dignoscendum. Inter eas ipse dies locum habet. Nam ut *κρίσις* recte procedat, debet fieri alio die potius quam alio, impari quam pari. Is dies inde *κρίσιμος* appellatus; in quo judicatur de ægro vel de morbo. Sic vocant passim Hippocrates, Galenus, alii. Ita Censorinus ait vocari. Non ergo *κρίσιμοι* dies decretorii, cum nec proprie decretorii sint, sed in his iudicium fiat de morbo vel ægro. *Κρίσις* ipsa actio est. certo fit tempore de homine certo & per signa quædam. Medicus est proprie criticus quia iudicat, æger iudicatur. Dies *κρίσιμος* tempus est in quo iudicatur. Morbus ipse, signa dat ex quibus iudicatur de salute ægroti. Ea signa iudicare etiam dicit Hippocrates, ut sudores & alia per quæ iudicatur, *ἰδρωτας κρίνεν*. Idem in Epidemiis passim ægrotos *κρίνεσθαι* & *κρίθηναι* dixit. Aliis locis ut in Aphorismis & alibi, morbos ipsos *κρίνεσθαι*. Periodos ipsas etiam *κρίνεν* iudicare in Epidemiis scribit. Et sane non dies unus iudicat, sed multorum dierum circuitus. Quod enim septimus in acutis morbis iudicat, ut sit septimus, dies sex præcedentes efficiunt. Unde & Galenus in lib. 11. de diebus *κρίσιμοις*, τὸ δριδμὸν ἡμερῶν *κρίνεν* appellat. Inde & dies *κρίνεν* ipse dicit, & *πρώτην ἡμέραν τὴν κρίνωσιν*. At *κρίσις* ipsa iudicatio. Ex quo *κρίσιμοι ἡμέ-*
ραι

παρ' ὧν vocatæ in quibus fit κρίσις. Quæ differen-
 tia est inter καυστὴν & καύσιμον, ea est inter
 κελὴν & κρίσιμον. Nam καύσιμον est quod
 uritur ut lignum, καυστὴν est quod urit ut
 ignis. Feram tamen κελήνης dies dici pro κρι-
 σίμοις ob eam quam supra posui rationem.
 Non sunt tamen proprie judicatorii dies, mul-
 to minus decretorii. Sunt enim potius ex vi
 vocis Græcæ judicabiles, vel judiciales, in qui-
 bus iudicium de ægro vel de morbo fit ex
 certis morbi signis certo die, qui inde κρίσι-
 μος appellatur, editis. Nihil simile in anno
 climacterico, qui nec criticus est, nec κρίσι-
 μος, nec decretorius, nisi sit ultimus. An plu-
 res autem unicuique climacterici in vita attri-
 buit sint paulo post docebimus, quorum ulti-
 mus vere decretorius dici potest, non criti-
 cus. At nec quisquam aliorum climacterico-
 rum quibus periculum aliquod gravius vita-
 tur, sic dici potest. Nulla ergo comparatio fie-
 ri aut dari potest dierum criticorum vel anno-
 rum criticorum, & Climactericorum, cum
 omnia ferme in utrisque contraria sint. Dies
 criticus aut remissior est, aut remissionis indi-
 cium præbet, & spem liberationis facit. Cli-
 mactericus annus aut periculum præsens sem-
 per habet, aut periculi metum. Nihil de futuro
 iudicat, nec significat quales anni sequentes
 futuri sint & quid boni malive allaturi. In vitæ
 spatio climacterici incurrunt cujus quietē in-

terturbant, dies critici in morbo accidunt,
 quibus frequentissime, & tutissime de morbis
 ipsis crises fiunt. Climacterici quasi nebulæ
 sunt in cœlo sereno sparſæ. Dies critici quasi
 dilucida sunt intervalla in cœlo nubilo ac tur-
 bato, ex quibus de serenitate propediem re-
 versura argumentum capitur. *Sicut septenarii,*
inquiunt, dies maxime potentes sunt in morbo ju-
dicandis, ita & septenarii quoque anni in judicanda
hominis vita, uti sempiterna passione, maximam vim
habent. Quæ inepta sunt ac falsa. Non in so-
 lis septenariis de morbo judicatur, sed si quis
 recte calculum ponere velit, quarti quique
 dies maxime ad crisin morborum potentes &
 efficaces vel ipso Hippocrate teste. Nam in li-
 bello *ἡ ἑξήμηρος*, febres judicari ait quarto
 die, septimo, undecimo, decimo quarto,
 decimo septimo, vigesimo primo. Ita quar-
 tus quique dies in judiciis febrium efficacis-
 simus. Quod autem ajunt quibusque septe-
 nariis annis judicari hominis vitam, ut septe-
 nariis diebus morbos, hoc ridiculum. & fal-
 sum. Nec minus quod adjungunt, *sicut dies*
decretorii per quaterniones progrediuntur, ita & an-
nos climactericos. Quartus dies in febribus ple-
 runque indicat qualis sit futurus septimus, &
 ex undecimo conjectura capitur qualis futura
 crisis decimi septimi, in climactericis nihil
 ejusmodi potest observari. Nec enim ex quar-
 to vitæ anno judicari potest quid in septimo
 cui-

cuique mali bonive sit eventurum. Ubi quis climacterici anni periculo defunctus est, non inde certa alterius sequentis climacterici qualis sit eventurus nota ducitur. Si hoc anno ex naufragio enatarim, ex incendio semiam-
 bustus evaserim, vel gravissimo morbo liberatus sim, non inde possum divinare quale genus periculi aut morbi quarto ab hinc anno mihi sit incursum. Præterea si per quaternionem, ut dies critici ita & anni climacterici progrediuntur, non septenarii sed quarti quique anni in vita, ut dies in morbo, ad judicandum efficacissimi. Reliqua omnia ejusdem generis quæ ibi afferunt, ut levi opera refutari queunt, ita nec merentur refutationem. Nec veriora sunt, quæ notarunt, climactericos annos eos dici in quibus quædam in hominis vita fieri solent mutationes, aliquando ad meliorem statum & ad sanitatem; interdum ad deteriorem & ad morbum, vel ad mortem, pro ratione cujusq; status ac temperamenti. Hæc enim aliena sunt prorsus à Climactericorum observatione, in quibus sola periculorum rerumque improspere cadentium habetur ratio. Solaque adeo in his ex prospere vitæ cursu in deterius mutatio spectatur, non melior status. Quod si fieret, duo darentur continui climacterici diversi, bonus unus, alter malus, vel contra. Nam qui longo morbo ac difficili per anni integri vel sesquianni
 spa-

spatium vexatus foret, si anno sequente eo malo liberaretur, duo sic junctos climactericos haberet, primum in quo ægrotasset periculose, alterum in quo sanitatem recuperasset. Quod locum habere non potest, vel ex eo quod ipsi asserunt annos climactericos per quaterniones procedere, ut dies criticos sive *χειρίμους* quos *decretorios* vocant. Ut duo dies *χειρίμοι* continui non dantur, ita juxta eam quam probant comparationem, non possunt dari continenter bini climacterici. At darentur, si omnis mutatio tam in bonum quam in malum, tam in morbum quam in sanitatem assignaretur climactericis. Nam, ut antè diximus, annus quo quis morbo laboratur, cum sequatur alterum quo idem morbo tentatus est annuo, sic duo anni continui climacterici simul sequerentur. Quod nusquam reperire est in ea descriptione Climactericorum quos unicuique nato attribuunt Astrologi ex genituræ ejus observatione, & ex Decani horoscopo sub quo quisque natus est. Minimum quippe intervallum inter duos climactericos unius anni est. Piscium *δωδεκατημορίαι* tertius Decanus habet Climacteres, annum vigesimum quintum, & vigesimum septimum. Secundus, septuagesimum septimum ac septuagesimum nonū. Libræ tertius Decanus habet climactericum nonum annum, & undecimum. In alijs longiora sunt inter climactericos intervalla, ut

ex

ex descriptionibus Climacterum unicuique Decano assignatorum apud Hephæstionem ac alios colligi datur. Possē tamen fieri non dubium est quin aliquis mortalis in duobus annis continuo sequentibus possit in summa pericula incidere, ut priore quidem anno periculose ægroter, in sequenti fortunarum amissionem patiatur. Sic duo illi anni erunt illi Climacterici. Non tamen eo modo quo volunt omnem mutationem, sive in pejus sive in melius climactericam esse, & ad climactericorum definitionem pertinere. Quod ajunt de sanitate, de morbo & de morte, quasi hæc sola mala pertineant ad climactericos annos, toto cælo errant. Non enim vitæ tantum pericula ad climactericos pertinent, sed etiam fortunarum & dignitatum. Eoque maxime differunt à diebus mensibus & annis χειρῖμοις Medicorum, qui solum hominis morborum habent dijudicationem, & salutis ex morbi signis die χειρῖμῃ editis, | πείρασιν. Interna hæc corporis vitia sunt, & ad solius Medici curationem atque artem spectant, & in diebus, mensibus & annis χειρῖμοις judicantur. In fortuna & alia vitæ incommoda, periculaque naufragiorum, incendiorum, bellorum, cædium, bonorum amissionis, externa sunt & ab astris pendere putantur, & ab iis qui periti habentur sideralis scientiæ prædicuntur ex siderum observatione, quibus illi hominū fa-

ta alligant. Non solum igitur interna corporis mala sed etiam externa annorum sunt climactericorum: sola interna, dies, menses & annos *κρίσιμους* habent. Sic nec Climacterici anni *κρίσιμοι* sunt, nec anni *κρίσιμοι* morborū, Climacterici. Multum igitur hallucinantur doctissimi Medici & Philosophi, qui Hippocratis testimonio annos climactericos dari confirmare student. Nihil curat Medicus nec ad suam scientiam revocat si æger quem curat eo die quo *κρίσις* morbi expectat gladio interficiatur, aut ruina tecti opprimatur, aut incendio domus absumatur, aut laqueo stranguletur. Multo minus ad suam curam pertinere existimat si æger cui medetur sub illud ipsum tempus quo eum invisit, incendio villam amittat, aut navem in mari multis mercibus onustam, aut absens capitis condemnetur. Hęc omnia nihil commune habent cū diebus criticis. At Climactericorum annorum propria pericula sunt, quæ Astrologus prædicere solet, non Medicus. Simul ac natus est aliquis, ex horæ inspectione & constellatione genituræ ejus posita videt astrologus aut videre se putat, quos annos periculosos, id est climactericos, in vita sua sub tali horoscopo natus habiturus est. Hoc non potest videre Medicus, sed ubi dies advenit in quem *κρίσις* incidit morbi quem curandum suscepit, an signa omnia vel plura ad salutem sint perspicit, atq; ita de eventu

tu

tumorbi judicat, & prædictionem facit. Quomodo igitur Hippocrates aut alius antiquus Medicus climactericorum annorum posset meminisse ut ad medendi disciplinâ pertinentium. quæ vitæ pericula fortunarumque hominum continent, ut ex doctrina Chaldæorum refert Agellius? At vitæ periculum non solis morbis incurritur, sed aliis casibus, & accidentibus fortuitis quæ homines subita vi tollunt, ut naufragium, cædes, ruina, incendium, & alia. Ea non tractat Medicus, quibus nec mederi se posse novit. Astrologus nec remedium his ullum cognovit, sed prænoscere hæc se posse & prædicere venditat. Climacterici igitur anni solos Astrologos tangunt, ut dies, menses & anni critici Medicos, ad quos climacterici nihil attinent. Sed unde probant Hippocratem mentionem facere Climactericorum? In libro inquit, secundo Epidemiorum, Sectione vi. sententia adnotatione digna climactericos annos manifeste dari ac esse indicat cum ait: *Interceptio morbi fieri non potest nisi die legitima, neque principium fieri nisi in die illegitima & mense ac anno legitimo.* Hæc verba Latini sunt interpretis. Pro quibus alii impari & pari posuerunt, die, mense & anno. Si legitimus ibi annus Hippocrati vocatus pro climacterico est habendus, consequetur & diem legitimum debere sumi pro climacterico, & dies esse climactericos. ut annos: Non enim alia notione diem legitimū

vocasse censendus est eo loco Hippocrates, quam annum. Sed & menses etiam sunt Climacterici eodem illius testimonio. *Menses autem, ut definiunt, & anni legitimi morborum sunt illi in quibus & plurimum contingit homines mutari vel ad bonum vel ad malum, ita ut si sani sint, in illis firmiorem adipiscantur valetudinem, vel agrosent, sicut frequenter usu venit: vel si morbo aliquo diuturno ac contumaci laboraverunt, annorum horum efficacia prior restituantur valetudini.* Hæc eorum sententia est de annis & mensibus morborum legitimis Hippocratis, quos volunt eosdem esse cum annis Astrologcorū Climactericis. Sed ex hac observatione menses, & dies apud eosdem Astrologos reperiendi sunt climacterici, quandoquidem & tales habeant Medici, non annos solos. Hoc consequitur & verum est. Sed si quid calamitatis aut infortunii contingit in anno Climacterico, hoc in aliquo mense illius anni accadat necesse est, aut etiam in aliquo mensis die. Non igitur opus fuerit Climactericos annos norasse, nisi si quis velit tunc annum Climactericum dici cum aliquis toto anno illo quantus est, gravissimo morbo conflictatur mensē autem Climactericum appellandum quo quis toto laborat. Ergo & dies Climactericus erit quo Ephemera febris aliquis tentabitur. De quo nos infra. Sed qui toto mense ægrotaverit, & sequente sanitatem receperit, sic duo menses continui erunt illi climacterici, quo-

quoniam & is mensis quo in melius mutatio fit, æque habendus ac vocandus Climactericus, atque ille quo fit deterior status ex meliore. Non potest dici quantum hæc absurda sint ac falsa. Annos morborum legitimos Hippocratis Climactericos esse contendunt, & habere mutationem tam in melius quam in pejus. At climacterici anni, ut diximus, non sunt tantum morborum, sed infortuniorum, & aliorum accidentium quæ extrinsecus hominis vitam incurfant, ac tenorem ejus prosperum aliqua adverforum labe infuscant. Comprehenduntur & his adversæ valetudines quæ si periculum vitæ afferunt, annum eum intra cujus spatium incidunt, climactericus ut sit ac dicatur, efficiunt. Nam Climacterici appellantur ne morborum quidem ut illi anni legitimi Hippocratis, sed præcipue aliorum infortuniorum, *qua pericula vita fortunarumque hominum* vocat Agellius. Secundum Chaldæos & Ægyptios Decani hos Climacteres faciebant. Qui Decani teste Firmico lib. I V. cap. x v i. *magni erant numinis ac potestatis, perque ipsos prospera omnia atque infortunia dicerentur.* Singula signa ternos ejusmodi Decanos habuere, ita ut triginta sex Decani omnem Zodiaci possiderent circulum. Per eos, Necepso, auctore eodem Firmico, omnia vitia valetudinesque colligebat. Infortunia in ipsis Climacteribus vel Climactericis annis decer-

nere existimabantur Decani. Terni erant in singulis signis Zodiaci, in Zodiaci circulo toto triginta sex. Firmicus, ut ex libris verba ejus legenda sunt: *Triginta sex itaque Decani omnem Zodiaci possident circulum, ac per duodecim signa iste Deorum numerus, id est Decanorum, dividitur.* Unicuique Decano Climacteres tot adscribebantur, quos Climactericos annos habebant proprios qui sub illo Decano nascebantur, ut infra pluribus dicturi sumus. Non per periodos certas aut revolutiones septenarias illi climacterici colligebantur, sed proinde ut quis illum vel illum horoscopum in genitura habuisset. Nam Horoscopus Ægyptius Decanus est, ut in illo versu Persii: ——— geminos

Horoscope varo Productu genio.

Horoscopum de genethliaco ipso qui genituras inspicit perperam viri docti accipiunt. *Ωροσκόπος*, *ἥρως*, *δεκανός*, synonyma sunt. Exempli gratia cum tres sint in Ariete Decani, primus Decanus *Chontare* vocatur Ægyptiacè, Climacteres habet octo, quartum annum, nonum, duodecimum, vigesimum primum, trigesimum tertium, quadragesimum nonum, quinquagesimū secundum, sexagesimum quartum, & septuagesimum quartum. Duo in his tantum sunt septenarii, vigesimus primus, & quadragesimus nonus, nullus novenarius, reliqui omnes nec novenarii nec septenarii. Secundus Decanus Arietis cui nomen *Chontashre*,

tachre, duodecim habet Climacteres, secundum annum, septimum, decimum tertium, decimum nonum, vigesimum quartum, trigessimum secundum, trigessimum nonum, quadragessimum primum, quinquagesimum secundum, sexagesimum sextum, septuagesimum primum, & octogesimum sextum. Nullus in his septenarius præter septimum. Tertius Decanus nominatur *Sices*. Duodecim & illi climacteres adscribuntur, septimus annus, undecimus, decimus nonus, vigesimus octavus, trigesimus tertius, trigesimus quintus, quadragessimus, quinquagesimus secundus, sexagesimus septimus, septuagesimus quartus, octogesimus octavus, nonagesimus septimus. In hoc numero soli tres septenarii, vigesimus primus, vigesimus octavus & trigesimus quintus. Reliqui novem non sunt septenarii. Ita de reliquorum signorum Decanis, ut in progressu erit dicendum. Ipsa etiam experientia & usus hoc refutant, per septenarios quasi Climactericos annos subinde recurrentes gravia pericula homines incurrere vel vitæ vel fortunarum. Quamvis hoc daretur per omnem vitam septimum quemq; annum periculosum & velut *κρίσιμον* esse, & *κλιμακτηρικόν* vocari, ne sic quidem *κρίσιμων* dierum, mensium & annorum quos Medici in morbis observant, comparatio cum climactericis recte posset institui. Nam primum non morborum tantum

in Climacteribus vel Climactericis annis habetur, ratio, sed etiam fortunarum. Deinde tametsi Climactericis solæ valetudines & mortis pericula timenda viderentur, non propterea κρείσιμοι illi anni dici possent eo sensu quo κρείσιμος annos in morbis agnovit Hippocrates, cū diebus & mensibus κρείσιμοις. Magna quippe in utrisque differentia cernitur. In diebus κρείσιμοις & annis κρείσις ipsa ex statu morbi per certas notas, & magis ad salutem quam ad mortem, conficitur. Tunc enim salus ferme desperatur cum aut κρείσις omnino non sit die κρείσιμῳ, aut minus plena sit. Quod igitur κρείσις morbi sæpissime diebus imparibus & maxime septenariis procederet, inde observatio facta & ex observatione doctrina. Crisis denique morbi λύσιν significat, non tantum in die, sed & in mense & anno κρείσιμῳ. In anno vero Climacterico contraria fiunt. Non enim proprie affert liberationem periculi Climacter, sed periculum vel periculi formidinem. Non ex ipso quippe periculi genere colligitur cum annum esse Climactericum quo quis in id periculum incidit, sed ex genituræ themate Genethliaci computatione comprehenditur. Ut apud Plinium l. ii. Epist. ult., de matrona Romana quæ cū ægra decumberet, Regulus ad eam accessit, & rogavit qua hora esset nata, ut inde ei posset pronuntiare an Climactericus hic annus ejus esset. *Quo die, inquit; qua hora nata esset in-*
terro-

terrogat. *Vbi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat nihil, nisi ut diu miseram expectatione suspendat: Habes inquit, Climactericum annum, sed evades.* Ex diei igitur & horæ natalis observatione quis cuique foret annus Climactericus constabat, non ex ipsius morbi aut periculi ratione quod quisque in aliquo vitæ anno incurrebat. Si enim ex thematis collectione constaret esse Climactericum annum ægroti, in quo laborabat, tum periculum ex eo morbo majus denuntiabatur quam si non esset. Si autem certa ratio Climacterum in omnibus eadem censeretur per certas annorum periodos, non opus fuisset ex genesi cujusque colligere quem proprium sibi haberet Climactericū. Nec Regulus interrogasset Veraniā qua die & qua hora nata esset, si ad colligendum ejus climactericum satis fuisset nosse quem annum vitæ ageret. Verbi gratia; si septenarii omnes anni omnibus sunt Climacterici, scire tantum opus habeo quotum annū agat ille qui graviter jacet, & tum in promptu est mihi dicere an septenarius sit, & an tanquam in Climacterico constitutus extremum ex eo morbo periculum formidare debeat. Sed nec locus Agellij quem ad hoc citant ut probent unicuique septimum quemq; vitæ annum esse periculosissimum, & maxime metuendum, & κείσμον, id quod volunt evincit. Docet enim tantum eo Varro Cli-

maçteras gravissimos quosq; esse septenarios, *Pericula quoque vitæ*, inquit, *fortunarumque hominum*, *quæ Climacteres Chaldaei appellant*, *gravissima quæque fieri affirmat septenarius*. Hoc nimirum voluit Varro, cum varii sint Climacteres sive Climacterici anni, nec iidem omnibus, sed ex omnibus numeris, si qui sint qui cadunt in septenarios, eos esse longe gravissimos & periculosissimos. Ut ecce duo sint quorum alter sexagesimum tertium, habeat vitæ annum pro climactere, alter sexagesimum quartum aut sexagesimum secundum, ille qui habuerit sexagesimum tertium pro climacterico difficilius evadet, & cum majore periculo eo anno ægrotabit, quam cui fuerit sexagesimus quartus aut sexagesimus secundus climactericus Idem erit de eo cui septimus erit climactericus & cui octavus. Idemq; omnino de aliis omnibus septenariis aut etiam novenariis Climactericis. Sed si quis putaverit nullos omnino esse climacteras vel Climactericos præter novenarios aut septenarios, in gravissimo versatur errore. Periculosissimi sunt omnium climacterum novenarii & septenarii anni, sed non soli Climacterici. At in morbis septenarii dies, menses & anni non sunt maxime periculosi, sed si sint ut oportet *κρίσιμοι*, morbum solvunt non intendunt, cum septenarii climacterici contrarium faciant, pericula quippe intendunt. Nunc locum Hippocratis videamus ex quo

quo adstruunt Climactericos annos illi notos manifeste fuisse. Græca sic habent; Ἀποληψις τῆς νοσήματις & οὐκ αὐτὸ γένοιτο εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ, εἰ δὲ αὐτὴ ἀρχὴ γένοιτο ἢ μὴ ἐν ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μηνί, ἔτι τῆς γονίμῳ. Ex interpretibus alii γόνιμον ἡμέρην reddidere imparem diem, alii legitimum. In sequentibus meminit aliquot locis, γονίμῃ ἡμέρῃς, μηνὸς καὶ ἔτους. Item ἀγόνῳ ἔτους & ἀγόνῳ ἡμέρῃς. Dicit ibidem qui moriuntur necesse esse eos mori γονίμῳ ἡμέρῃ, καὶ γονίμῳ μηνί καὶ γονίμῳ ἔτι. Hic non licet vertere, *die legitimo, mense legitimo, & anno legitimo*. Melius illi qui reddidere, *die impari, & mense impari, & anno impari*. Hoc enim ille vult dicere. Nulla quidem in vocibus γόνιμῳ & ἀγόνῳ paris aut imparis numeri per se notio, sed ex doctrina Hippocratis cum idem dies qui γόνιμῳ ipse est, sit etiam impar, ex eo posuit γόνιμον pro impari, & contrarium quod est, ἀγόνον pro pari. Hæc dictio γόνιμῳ aliquando ponitur pro eo quod est γνήσιον, sed ἀγόνῳ eo sensu non dicitur de eo quod est contrarium τῷ γνήσιῳ. Non igitur γόνιμον posuit Hippocrates pro γνήσιῳ. Apud Aristophanem γόνιμῳ ποιητὴς dicitur pro optimo, egregio, & legitimo vel naturali poëta:

Γόνιμον τῆς ποιητικῇ αὐτὸς ἔχῃ ἄλλοις ἔλῃ.

Scholias tes vetus interpretatur, Φυσικὸν ἵνα καὶ μὴ βεβιασμένον ἢ γεννητικόν. Inventionibus nimium & fictionibus sæcundum, & non coa-

ctum, sed in cujus versibus naturalis pulcritudo assurgit. Vetus auctor de planeta Martis, αἰέ-
 ριον esse dicit καὶ γόνιμον πῦρ, *aerium & naturalem ignem*. Ita γόνιμος ὕδρς dicebatur ὁ γνήσιος, genuinus, qui ab adoptivo καὶ εἰσποιητῷ distinguitur, ut notat Hesychius. Sed γόνιμην ἡμέραν & μῆνα & ἔτος apud Hippocratem neque naturalem diem mensem aut annum, neque legitimū si forte licet exponere. Impar est dies mensis & annus. Cur impar? Quia imparibus diebus *κρίσις* morborum plurimum fieri censuit. Eos γόνιμος vocavit quia generarent atque ederent signa per quæ de eventu morbi posset judicari. Quia notis criticis fecundi essent. Contra qui nullum signum producerent ex quo de salute ægri *πρόγνωσις* fieri quiret, eos ἀγόνους & steriles appellavit, ut qui nihil genitarent, ac nullam salutarem notam proderent. Quia tales voluit esse omnes dies pares, ut è contrario omnes impares κρίσεων genitrices, idcirco γόνιμος de imparibus semper usurpavit, & ἀγόνους de paribus. Hesychius, γόνιμη ἡμέρα, ἡ *ωλειώη* καὶ *σάκ ἄρπιος*. Erotianus in Lexico Hippocratis, γόνιμη ἡμέρα, ἀπὸ τῆς *ωλειώης*, ἐπεὶ δὴ καὶ *ωλειώη* αἱ μέραι ὡς ὅτι πάντες κρίσιμοι τυγχάνουσι καὶ γεννητικαὶ εἰναι ὡς *φελίμος* ὅθεν καὶ γόνιμον μῆνα τὴν *ωλειώον* καλεῖσι. *Dies genitalis, pro impari, quia ut plurimum dies impares aliquid boni generant. Vnde & genitalem mensem imparem vocitant. Non potuit melius neque ad mentem Hippocratis*

cratis accommodatius. Quod & confirmat apertissime Celsus his verbis lib. III. cap. IV. *Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque tanquam tunc de aegris judicaretur κρείμους nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdecimus, ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni & vigesimo daretur. Et hæc de diebus imparibus qui Hippocrati γένιμοι dicuntur, quia κρείμους sunt, idest κρείσς generant. Annos impares similiter γένιμους appellavit & menses, quia & morbi judicantur mensibus etiam imparibus & annis. Morbi enim qui diebus non judicantur, mensibus solent judicari. Non de primo aut altero mense id accipiendum. Ecce enim intra primum & secundum mensem adhuc dies sumuntur ad judicandum. Nam Hippocrates Aphorismo xxxvi. lib. IV. in febre laborantibus sudores ait esse salutiferos qui die tertio proveniunt, quinto, septimo, nono, undecimo, quarto decimo, septimo decimo, primo & vigesimo, septimo ac trigésimo, primo ac trigésimo, & trigésimo quarto. Adhuc igitur in febribus dies trigésimus quartus, alterius nempe mensis quartus, inter dies κρείμους numerabatur. Etiam trigésimus septimus & quadragésimus inter dies κρείμους locum habent, quorum hic secundi mensis decimus, quem postremum esse volunt eorum quibus acuti*

morbi judicantur. Immo sexagesimum etiam nominat Hippocrates qui in morbis acutis solet sumi ad κρίσιν. Sic enim scribit in libello de diebus judicialibus: ἐκ τῶν τετάρων τῶν ὀξέων τετραημεροὶ, ἑpta πενταημεροὶ, ἑpta ἐξαημεροὶ. Trigessimus integrum unū mensem absolvit, sexagesimus, duos. Ergo adhuc per dies judicari morbos existimavit Hippocrates in fine mensis secundi, id est ultimo ejus die. Et sane si vera est interpretatio τῷ τρίτῳ μηνὶ apud eundem Hippocratem de mense impari, non ante tertium mensem per menses potest judicium fieri qui primus est impar, ut tertius dies inter κρίσιμους. Idque videtur ipse Hippocrates eodem loco confirmare cum scribit, post sexagesimum diem, id est alterum mensem, si morbus adhuc duret, nec illo ultimo secundi mensis die desinat, statum febris ad longos ac diuturnos morbos referri debere, ὅταν ᾖ inquit, τέτταρς τοῦ τρίτου μηνὸς ὑπερβαῖν χρονίη ἤδη γίνεται κατὰ κράτος & πυρετῇ. Diuturni ergo morbi qui non desinunt secundo mense, non amplius diebus sed mensibus judicandi. Proinde falsum quod notarunt doctissimi rei Medicæ, in definitionibus suis, vigesimum & centesimum constitui ab Hippocrate omnium dierum criticorum finem supremum, & deinceps non diebus sed mensibus crises numerari. Atqui vigesimus ac centesimus dies quatuor menses integros efficit. Hic quartus itaque.

que mensis sic in mensibus κλεισίμοις computari debet, ut dies quartus, inter dies κλεισίμους locum habet. Nec Galenus quem ex secundo *περὶ κλεισίμων ἡμερῶν* ad hoc citarunt id dixit, sed locum adduxit ex primo *Epidemiarum*, quo Hippocrates in genere omnes periodos quæ de ægrotis judicant, recensuit tam pares quam impares. In paribus numerandis à quarto die incipit & in vigesimum & centesimum desinit. Περίοδος simpliciter appellat, τὰς ἐν δρόμοις κλίνοντας. Prima periodus dierum est à quarto usq; die ad sexagesimum, altera mensium à sexagesimo usque ad vigesimum supra centesimum. Quinimmo Galenus in eodem libro dicit Hippocratem in catalogo dierum κλεισίμων usque ad sexagesimum merito processisse, καὶ μὴ δὴ καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν κλεισίμων ἡμερῶν τῇ καὶ τὸ προγνωστικὸν ἕως τῆς ἐξηχθῆς ἡμέρας *περὶ βῆ δρόντως*. Ultra sexagesimū igitur diem non amplius diebus, sed mensibus judicari morbos tradidit. Cæterum de diebus κλεισίμοις nihil nunc ad nos, neq; ad quæstionem quam hic ventilamus. Quæ Medicorum sunt tractent Medici. Quæritur an Climactericos annos noverit Hippocrates, immo & menses. Nam & menses Climactericos haud secus atque annos ex illo Hippocratis loco adstruant, voluntq; interpretationibus *legitimi* & *illegitimi*, sic enim τὸ γόνιμον & ἄγονον placet illis reddi, aptissime Climactericos menses & annos designa-

signari, & eas sententias recte explicari quibus Hippocrates menses atque annos Climactericos parefecit. Illegitimos ergo menses & annos esse intelligendos statuunt omnes alios præter Climactericos in quibus non ita frequenter ægrotare homines contingit. Nam in Climactericis, inquit, naturæ quadam necessitate ægrotare solent, in aliis vero nulla invenitur interna vis ac necessitas quæ ægrotare cogat. Hæc omnia summam imperitiam produnt non solum super annis Climactericis qui nulli apud Medicos fuere cum soli eos Mathematici noverunt, tum super mensibus Climactericis qui si ulli apud hos, nulli certe apud illos, tum etiam super Hippocratei loci-expositione cujus mentem ita viderunt, ut cæci solent solem. Si menses fuere Climacterici apud Hippocratem, certe eidem notos fuisse oportet & dies climactericos. Æque enim *μεῖοδος* mensium *κρίσιμος* constituit, ut dierum. Nec est ratio ut menses *κρίσιμοι* quibus morbi judicantur pro Climactericis habeantur, & pro talibus dies *κρίσιμοι* non deputentur. Præterea cum velint menses & annos esse Climactericos, velim ipse scire an aliquos menses statuunt Climactericos qui non sint annorum Climactericorum, an ejusmodi menses quos appellant Climactericos annis quoque includant Climactericis? Si alios statuunt menses Climactericos quam annorum

Clim.

Climactericorum menses, nugas agunt. Quis enim eorum unquam meminit? Si agnoscunt annorum Climactericorum menses quoque; esse ac dici Climactericos, etiam validius nugantur, & magis adversantur sententiæ Hippocratis qui ut dierum *κρείμνων* periodos distinguit à mensium periodis quibus ægri judicantur, ita etiam annorum *γνίμων* certas periodos constituit quibus morborum liberatio contingat, quia hoc modo anni sic videantur esse *κρείσιμοι*, ut menses sunt & dies ad *κρείσιν* morborum efficaces ac potentes. Si rem vero ex Mathematicorum hodiernorum sententia decidamus, ut vulgo putant, non est ullus climactericus mensis, sed anni duntaxat ita nominantur. Ratio in promptu est. Si quis in anno Climacterico graviter decumbat & periculose, non est necesse, ut hic illi proprius Climactericus videatur, per totum annum eum ægrotare. Si vel mense uno jaceat, immo vel aliquot diebus; si ve fatis concedat, si ve difficulter ex morbo anticipiti evadat, propter hunc morbum annus hic ejus climactericus dicetur. Non enim mensis. Certe si mensis, dies etiam vocandus erit Climactericus. Quid si intra diem unum raptus fuerit? Hoc enim vel ad annum Climactericum pertinet. Quid si gladio occisus, strangulatus, mersus, combustus? Hæc omnia intra unum diem fiunt, immo vel uno horæ momento. Ergo hora etiam aliqua erit Climacte-

maçterica. At momentum illud vel hora vel dies vel mensis & quodcunq; tempus quo aliquis in gravem morbum aut periculum incidit, ut annus intra quem hæc illi accidunt Climactericus sit efficit. Vel, quod verius, est in annis climactericis gravia illa vitæ fortunarumq; pericula hominibus solent evenire. Certum est quidem ex Vettio Valente Antiocheno, esse & Climacteres horarum & dierum & mensium ad trigessimam lunæ computandos, sed hoc non efficit ut horæ illæ, dies, & menses, quorum sunt climacteres, iidem sint cum horis, diebus & mensibus crisiis, ut infra pluribus explicabimus. Hæc longe sane absunt ab Hippocratis sententia quæ verbis jam citatis ex secundo Epidemiarum sectione sexta expressa est. Interceptio morbi fieri non potest nisi die *γόνιμη*, nec principium fieri nisi die & mense *ἀγώνω*, & anno *γόνιμω*. Si annus hic *γόνιμω* est climactericus, cur dies *γόνιμη* non erit climactericus? Quod autem principium morbi fieri vult Hippocrates anno *γόνιμω*, si Climactericus intelligatur, ineptum id erit & insulsum, falsumque, quasi solo anno climacterico morbi principium fiat. Quid erit de fine morbi? Solis ergo is continget annis illis qui climacterici non fuerint. Cum dicat Hippocrates principium morbi fieri anno *γόνιμω*, an ex eo sequitur solutionem incidere in annum *ἀγώνω*? Atqui multi morbi annis imparibus

bus

bus solvuntur, ut septenariis. Non igitur hoc voluit Hippocrates, incipere morbos annis imparibus, & desinere paribus. Sed morbi principium non fieri posse in anno impari. Solutionem etiam impari contingere vel ex eo planum est quod septimo ætatis anno plurimi morbi quibus infantia obnoxia fuerat, finiuntur. At rursus nonnulli quibus pueritia laboraverat, pubertate quam in secundo gradu collocat Hippocrates, id est quarto decimo ætatis anno, finem accipiunt, qui est annus impar. Nam quartum decimum diem in periodis *ὑπολειπόμενος* numeravit. In fœminis præcipue multæ ægritudines pubertate deponuntur. At illæ ut plurimum puberes fiunt anno duodecimo, qui annus est *ἄρτιος*. Non igitur omnes morbi qui annis judicantur, anno impari solent terminari, ut nec omnes mensibus imparibus, nec imparibus diebus. Ecce enim & quartus decimus dies qui inter *κεκοσμημένος* maxime potens, par est, non impar. Vigesimo quoque maximam virtutem idem Hippocrates tribuit ut quadragesimo & sexagesimo. Ex periodis menstruis quibus finiuntur morbi par est apud Hippocratem mensis quartus qui viginti & centum diebus constat. Idem ergo & de annis. Quid plura? Ipse Hippocrates periodos omnes tam pares quam impares ad morbos judicandos efficaces hoc modo recensuit in prima Epidemia. De paribus has

re-

refert, quartam, sextam, decimam, decimam quartam, decimam octavam, vigesimam, vigesimam quartam, vigesimam octavam, trigessimam, trigessimam quartam, quadragesimam, sexagesimam, octagesimam, vigesimam & centesimam. Habes hic quatuordecim *περίοδοις κλεισίταις*. Quæ vero ex imparibus judicant, istas enumerat: Tertiam, quintam, septimam, nonam, undecimam, decimam septimam, vigesimam primam, vigesimam septimam, trigessimam primam. Ubi longe pauciores habes quæ judicant, impares quam pares. Novem hæ quippe numero sunt, cum pares decem & quatuor posuerit. Præterea quartus quisque qui non solum par est sed ex duobus paribus compositus, efficacissimus habetur, utpote cujus adjectione omnes numeri dierum criticorum crescant usque ad centesimum ac vigesimum, qui ultimus est circuitus dierum mensiumque judicantium. Quartus autem adjectus usque ad illam summam modo pares numeros efficit, modo impares. Sic enim proceditur, à primo ad quartum, à quarto ad septimum, à septimo ad undecimum, ab undecimo ad decimum quartum, à decimo quarto ad septimum decimum, ab hoc ad vigesimum. Qui non solum potentissimus inter criticos, sed etiam ipso vigesimo primo haud paulo potentior. Nam & is duplicatus quadragesimum reddit, & triplicatus sexagesimum, qui est ultimus

timus dierum judicantium. Quadriplicatus octogesima, & sextuplex factus vigesima & centesima. In numero autem imparium *περίμωρον*, non omnes impares judicant, ut neque omnes pares in numero parium locum habent quibus judicandi potestas est. Nam à primo usque ad vigesimum, qui par est & judicat, neque secundus, neque octavus, neque decimus, neque duodecimus, neque decimus sextus, neque octavus decimus judicandi pollent facultate. A vigesimo ad centesimum & vigesimum solos pares qui *περίσμοι* sunt supra enumeravimus, reliqui omnes medii, sunt plane *λείπων* exsortes. Sic à primo ad vigesimum primum non omnes impares vim habent *κλήρον*. Nam neque nonus neque tertius decimus in eo censu numerantur. Sed neque omnes qui judicant tam pares quam impares eadem virtute præditi sunt. In febribus acutis duo potentissimi observantur, septimus & quartus decimus, hic par, ille impar. Quarum differentiarum nulla ratio probabilis reddi potest. Sed quod super his observatum est ab antiquis, id experientia docuit. Si solos impares hanc efficientiam habere compertum esset, ratio id aperuisset ex vi ipsa numerorum imparium, juxta Pythagoreorum sententiam. Cæterum cum & paribus sua vis sit ad morbos judicandos, harum observationum sola fuit magistra Experientia. Dicit quidem Ga-

C

lenus

lenus lib. II. περὶ ἡμερῶν κρείσμων, partim λόγῳ, partim ἐμπειρίᾳ, partim etiam ratione simul & experientia hæc fuisse prodita. Ego vero experientiæ totum tribuo. Et magna ratio movit Asclepiadem ut diceret non in ullo die quia par imparve esset, vel majus vel minus esse periculum. Neque sane ex doctrina Hippocratis aliud, si recte quæ docuit æstimentur, videtur adstrui posse, cum & pares & impares tam dies quam menses inter judicandi potentes agnoverit. Immo etiam annos. Et falsum quod notavit Valesius, cujus & sententiam alii sequuntur, menses & annos esse conjungendos, at dies separandos. Nam impares menses & annos in morbis esse legitimos non pares, ideo morbos fieri solere in diebus omnibus, finiri vero non nisi in criticis & imparibus. Diximus jam supra ex doctrina Cœsenis morbos qui mensibus judicantur, non solum imparibus mensibus sed etiam paribus finiri. Nam quorum dies criticus est octogesimus, tertio mense, id est impari finiuntur. Qui vero vigesimo & centesimo judicantur, certum est eos terminari mense pari, id est quarto. Annis quoque paribus multos morbos deponi in superioribus ostendimus, ut illos qui pubertate finiuntur tam in viris quam in fœminis. Hæc cum ita sint, cum dixit Hippocrates in secundo Epidemiarum, morborum ἀπόληψιν non fieri nisi ἡμέρας γονίμης,

μη, quod reddunt, *die legitimo*, planum est non debere intelligi de die tantum impari, sed etiam pari. Ex Hippocrate quippe liquet non solos dies impares esse ad κρείσιν legitimus, sed etiam pares. ΓόνιμⓄ autem non potest ex vi sua, & notione propria significare imparem. Quod videri verum posset, si nulli dies morbis judicandis idonei essent præter impares. Sed cum & pares eadem vi polleant, vox γόνιμος omnem diem, sive par sit sive impar, significat qui modo κρείσιμⓄ habeatur. Hoc enim proprie denotat hæc dictio, id quod alicujus boni & salutaris signi γεννητικὸν est. Ex æquo habent hanc γονιμότητα dies pares & impares quibus facultas morborum judicandorum data est. Hoc igitur vult Hippocrates, non nisi die κρείσιμῳ & κρείσεως γεννητικῷ, qui γόνιμⓄ ei dicitur, morbos deponi. Atqui par & impar κρείσιμⓄ & γόνιμⓄ ex æquo datur. Non omnes quidem dies pares, aut impares γόνιμοι sunt & κρείσιμοι, sed ex paribus certi, & ex imparibus quoque. Hi sunt ex utroque genere quibus morborum ἀπόληψιν fieri affirmavit Hippocrates. Eodem plane sensu & mensis γόνιμⓄ, & annus γόνιμⓄ eidem Hippocrati dicitur, non impar tantum sed etiam par, hoc est omnis mensis & annus ad morbos judicandos & finiendos efficax, & liberationis aut mortis γεννητικὸς. Sic exponenda ejus verba ex eadem sexta sectione libri secundi ὁπδημιῶν quæ

sic habent, *οὐδένα θνήσκει, ἀνάγκη καὶ ἡμέρας γονίμης, καὶ μηνὶ γονίμῳ καὶ ἔτη γονίμῳ. Quaecumque moriuntur, necesse est ut id patiantur die legitima, & mense legitimo & anno legitimo. Quod non solum de die, mense & anno imparibus intelligendum est, sed etiam de paribus, dummodo sint ex numero illorum quibus vim judicandi assignavit Hippocrates. Nihil falsius esset hoc aphorismo, si de solis imparibus diebus, mensibus & annis acciperetur, ut ipsa experientia monstrat. Nam quotidie mori videmus homines diebus imparibus, mensibus & annis. Sed ut dies & anni & menses critici sunt tam pares quam impares, ut κρείσις morbi & liberatio in his & illis contingit, ita & mors quæ & ipsa pro κρείσι. Nam & κεκρίσθαι dicuntur qui moriuntur. Galenus: λέγει μὲν ἔν τῃ τῷ δόπτερον, ὡς καὶ πρόθεν εἴρηται, σημασιολογῶν, ἔχῃ ὁ σωθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντων κεκρίσθαι. Non qui servatus est solum, sed qui obiit judicatus dicitur. Dies ille tum *decretorius* Latinis dicitur, ut ante docui. Iisdem ergo diebus, mensibus & annis quibus homines ex morbo evadunt, etiam pereunt, utroque κρείσεως genere. Quod fit diebus κρείσιμοις sive γονίμοις, ut ab Hippocrate hic vocantur, tam paribus quam imparibus, itidem mensibus & annis. Γόνιμος itaque non est impar dies vel mensis vel annus, sed quicumque κρείσιν in morbis potest parere. Dies impares *περίωται*
 idem*

idem Hippocrates solet vocare, ut pares ἀρῖς, ut in primo Epidemiarum ubi omnes enumerat *παιδῶν* dierum *κρίσεων*, qua parium, qua imparium. ἐστὶ δὲ πρώτη τῶν, *κρίσεων* τῶν *παιδῶν* τῇ ἐν ἀρτίοις *κρίσεων* πέταρτη. Item: τῇ ἐν τῇσι *παισῶν* *παιδοῖσι* *κρίσεων* πρώτη τρίτη. Cum igitur ἀρῖς nominarit de paribus, & *παισῶν* de imparibus, & ex utroque genere parium & imparium ibi enumerarit quicumque sunt *κρίσεις*, in aliis locis hos *γόνιμους* consuevit appellare, nimirum tam pares quam impares, qui ad *κρίσεις* legitimi habentur, ut *κρίσεων* generativi. Qui de diebus solis imparibus, mensibus atque annis ea verba Hippocratis interpretati sunt, quod quicumque obeunt necesse est eos in die legitimo, & mense legitimo, & legitimo anno obire, id ita intelligendum autumant, ut plurimum ita evenire, & non semper. Atqui hanc expositionem ipse refutat Hippocrates dicendo, *ἀνάγκη*. Quod necessario accidit, non est de ut plurimum contingentibus. Præterea falsum id etiam ut plurimum contingere, ut qui moriantur, diebus tantum, mensibus & annis imparibus mortem obeant, cum æque sit vulgatum & frequens ut ægri fatis concedant in die, mense & anno pari. Qui de annis & mensibus imparibus hoc urgent, ut separentur à diebus, idcirco id pettunt quo Climacterici anni iidem esse videantur cum illis annis

legitimis Hippocratis, qui & menses etiam Climactericos impares commenti sunt quos *γενίμους μῆνας* ab eodem Hippocrate dici hariolantur. Ego vero illos possum docere, frustra id eos esse ea gratia molitos, cum & veri anni Climacterici ut ab Astrologis antiquis Ægyptiis ex siderum observatione & variorum horoscoporum digestionem introducti sunt, non minus ex paribus circuitibus constent quam ex imparibus. Nam ex trecentorum quadraginta quatuor annorum Climactericorum numero, quem definierunt ad omnes genituras, vix plures reperiuntur impares quam pares. Ex ea enim tota summa reperio centum & sexaginta unum pares. Impares autem, centum octoginta tres. Ita numerus imparium duobus & viginti modo major est quam parium. Pares & impares sunt Climacterici, iidem pares & impares anni *κρείσιμοι*. An propterea sequitur eosdem esse? Causa, nomen, ratio nominis, potentia & effectus in totum diversa sunt. An possunt ostendere apud Medicos diebus, mensibus aut annis *κρείσιμοις* Climactericorum nomen datum? Aut apud Mathematicos qui Climacterici vocantur anni, eosdem etiam ab iisdem *κρείσιμους* appellatos? Nec afferri ratio sane potest cur annis & mensibus quibus morbi judicantur, Climactericorum appellatio conveniat, nec rursus cur anni Climacterici dici queant Critici, cum nul-

lam

lamedant crisin. Præterea pares & impares anni qui morborum sunt critici numerantur à primo die quo æger cœpit decumbere. At pares & impares Climacterici ab ipso natali die computantur. Morbus est quem judicant ac solvunt dies, menses & anni critici. Sanitas est & prosper vitæ cursus quem intercidunt Climacterici. Postremo annus in morbis *κρίσιμος* non solvit morbū nisi eum qui præcedente aliquo anno cœperit. Nam qui annis judicantur, primo anno incipiunt, tertio, quinto aut septimo desinunt, vel etiam duodecimo, & quarto decimo. Non certe idem est annus qui inchoat morbum & qui finit. Sic non idem dies est qui morbi crisin facit, & quo morbus incipit. Annus vero Climactericus idem morbum gignit, & ejus exitum præstat. Intra unius anni spatium initium ejus & finis concluditur. At periodis annorum opus est, mensium & dierum, ut morbus in die aut mense aut anno cœptus deponatur. Hinc *κρίσις ἡμερῶν ἀριθμὸν* vocat Galenus, & Hippocrates *περίόδους κερύσας*. Non enim proprie, ut jam diximus, dies unus aut mensis aut annus iudicium morbi facit, sed ipsa comprehensio plurium dierum, mensium & annorum. At unus annus solus Climactericus infortunium suum & calamitatem vel bono exitu vel malo terminat. Ad summā Climacterici Astrologorum sunt, Critici anni Medicorum. Solæ corporis morboſi

fensiones & naturalia vitia ad horum curā per-
 tinent & scientiam, ac diebus, mensibus, atque
 annis criticis judicantur. Adventitia vero mala
 quæ ab astris decerni putantur, ad Mathemati-
 corum prædictiones spectant, & in annis cli-
 mactericis accidunt. Nomen κρίσις apud Me-
 dicos tribus significatiōibus sumitur, una
 propria, duobus impropriis. Proprie si-
 gnificat felicem morbi exitum, qui certis die-
 rum periodis ex certis signis cognoscitur ac
 prædicatur. Tunc enim iudicium fit de mor-
 bo vel de ægro à Medico, qui bona illi signa
 esse & bonum eventum significare pronun-
 tiat. Inde & impares dies minus esse pericu-
 losos dixerunt, quia in his κρίσις ut plurimum
 fieri soleret. Et sic intelligenda sunt Celsi ver-
 ba ubi dixit Asclepiadem dicere cum doctri-
 nam illam κρίσιμων dierum repudiaret ut va-
 nam, nullo die *quia par imparve esset maius vel mi-
 nus periculum esse, & interdum peiores dies impares
 fieri. Nam, nonnunquam in ipso morbo dierum ratio-
 nem mutari, fierique graviores qui remissiores esse con-
 sueverat.* Nam & Hippocrâtes dixit in Aphorif-
 mis, Quibus imminet crisis, iis noctem esse
 graviores, quæ paroxysmum antecedit, diem
 vero sequentem esse remissiores, ἡ δὲ ὀππῆσαι
 ἀφορωτέρη ὥς ὅτι τὸ πολὺ. Quod perperam de
 nocte sequente intelligunt & accipiunt, eum δὲ
 ὀππῆσαν absolute Græci soleant ponere pro die
 sequente, τὴν δὲ ὀππῆσαν nempe ἡμέραν. Phryni-
 chus;

chus ; τῇ ὀπίσῃ ἑρῆς μὴ προσήθεις πλὴν ἡμέραν. Passim apud auctores Atticos sic positum reperitur. Unde & in Glossis ἡ ὀπίσῃ absolute de die postero. In proverbiiis, & οἶδας πὶ πέ-
 ξεται ἡ ὀπίσῃ. Præterea eo loco Hippocratis ἡ ὀπίσῃ de sequenti nocte non potest accipi, nec Græci unquam sic loqui solent. Dies qui de morbis judicant apud Medicos ab ortu solis incipiunt & in ortu solis desinunt. Crisis fit in illo die qui luce & nocte constat. Nox quæ præcedit diem κρίσιμον, hoc est nox dici qui præcedit diem κρίσιτον, solet esse gravior. At ἡ ὀπίσῃ remissior est, dies nempe paroxysmi critici cum sua pariter nocte. Non enim solam noctem quæ κρίσιν sequitur leviorē esse voluit Hippocrates dicere, sed totum diem, ex die & nocte compositum. Is est dies κρίσιμος, cum nox quæ eum antecedit, so-
 leat esse gravior: ipse vero dies quo fit κρίσις re-
 missior. Galenus tamen eo loco de nocte acci-
 pit quæ ἢ κρίσιν insequuta est. Sed male. Dicit ibidem τὰς πλείους τῶν κρίσεων εἰς τὸ ἀγαθὸν πελά-
 ζαν. Hinc ergo proprie κρίσις de bono valeru-
 dinis exitu. Improprie κρίσις etiam dicitur cū mors insequitur, quia nimirum tam mortem quam sanitatem prædicere solet Medicus, & ita utroque pariter de ægro fert sententiam. Si signa quippe bona sint & κρίσις plena fiat, felicem morbi finem futurum judicat. Si nulla sunt ad salutem signa, immo contraria, con-

trarium quoque iudicium fert. Eo sane sensu
 & *decretorium* diem Latini dixêre pro extremo
 & fatali. Et supra notavimus ex Galeno *κεκρί-
 θαι* de eo dici qui mortuus est. Tertia im-
 propria *κρίσεως* appellatione qualiscunq; mor-
 bi finis & solutio vocatur, quamvis nulla in eo
 signa critica edantur, nullum ex signis judi-
 cium, sive in bonum sive in malum, detur. Ga-
 lenus lib. 11. de diebus criticis, ἢ λύσιν αὐτῶν
 μόνην ὅπως αὖ γένηται κρίσιν ὀνομάζουσιν οἱ πλεί-
 οντοι ἰατρῶν. Vnde & Diocles, citante eo-
 dem Galeno, febrem Ephemeram, quæ no-
 cte una & die finitur, *κρίνεσθαι* dixit, id est fi-
 niri, cum nullam *κρίσιν* talis edat febris, nec
 ullum diem habeat criticum, quia eodem die
 incipit ac desinit, citra ulla signa salutis aut
 mortis. Ita sumpsit Hippocrates verbum *κρί-
 νεσθαι* cum dicit lib. 1 v. Aphorismorum τρι-
 ταῖον ἀκράβη, *exactam tertianam, κρίνεσθαι ἐν ἑπτὰ
 περιόδοις τὸν μακρότατον*, id est quæ longissima
 est febris tertiana, eam finiri si sit legitima,
 septem periodis, hoc est septem accessionibus.
 Aliis pluribus locis ita verbum *κρίνεσθαι* usur-
 pavit. Harum vero significationum nulla est
 quæ quadrare possit in annos Climactericos.
 Certe propria nullo modo convenit. Nam
 morbi qui in annis Climactericis homini con-
 tingunt, nulla signa præferunt, quibus *κρίνεσθαι*
 dici queant. Quod ad duas improprias attinet,
 etsi in Climactericis annis multi moriantur &

vitam

vitam finiant, nunquam tamen is eorum exitus nomine *κρίσεως* appellatus est. Nam hæ appellationes *κρίσεως* improprie in morbis quibus solvi hi & finiri qualicunque modo dicuntur, ex propria notione fluxerunt. *Κρίσις* est enim qua morbus finem prosperum accipit. Inde & improprie quæcunque morbi λύσις, κρίσις est appellata. At in climactericis annis, & periculis quibus obnoxii illi sunt, κρίσις proprie dicta locum non habuit. Ergo nec improprie sumpta locum debet habere, cum hæc ab illa deflecta sit. Deinde neq; soli morbi in climactericis notati sunt, sed etiam alia infortunia & calamitates ut dixi quæ extrinsecus accidunt. Hæc nulla ratione *κρίσεως* dicuntur, siue quis ea evadat, siue iis mergatur. Cæterum vita hominum talibus non terminatur, sed fortunæ perducuntur, aut dignitas amittitur, aut aliud discrimen incurritur. Mathematici stellas *decernere* dicunt actus humanos, exitum vitæ, felicitatem, & infortunium. Ea *decreta stellarum* appellant. Firmicus lib. iv. cap. xv. de noctibus. *Nunc scire debemus quid in singulis hominibus vel quos decernat actus.* De planetis loquitur actus hominum decernentibus. Vnde & in sequentibus, *Si Mars actus decreverit. Si Venus actus decreverit. Si Mercurius actus decreverit, & ita de cæteris.* Item lib. v. cap. i. *Malevola enim stella si sola fuerint, pessundabunt: si benevola, maxima decernunt felicitatis insignia.* Idem lib. iv. cap. xiv. *decreta* appellat.

pellat. Vt per hunc invento vita spatio & à chronocratore singulis stellis diviso omnia decreta possimus explicare. Sed in libro legitur, omnia possimus quæ decreta fuerint, explicare. Sed & alibi passim decreta luna vocat, planetarum, Decanorum Domini genituræ. Græci vocant ἀποτελεσμα-
τα. Unde apud Sextum Empiricum adver-
sus Genethialogos & Chaldaeos, ἀποτελεσμά-
των ἑκβάσις. Ipse quoque Firmicus vocat
Apotelesmata, lib. VIII. ut *apotelesmata sphaera
Barbarica*. Sed idem videtur *apotelesma* dicere
eventum vel effectum eorum quæ ab astris de-
creta sunt in singulis hominibus. Sic enim lo-
quitur, lib. VIII. cap. V. ut sic omnis *apotelesmatum
veritas colligatur*, quo stella tum decernant, si in ma-
tutino ortu collocata horoscopus habuerint vel oc-
casum. Sextus qui ἀποτελεσμάτων ἑκβάσιν nun-
cupat, pro ipsis decretis eam vocem usurpavit.
Hinc ἀποτελεσματιχὶ dicti qui Geneses con-
scribunt, & fata sive decreta stellarum prædi-
cunt hominibus. Hinc ἀποτελεσματογραφία
Vettio Valenti. Idem sæpe dicit ἀστέρας ἀποτελεῖν
φάσιν ἢ ἀγαθόν, quod Firmico est decernere. Ve-
rius tamen, aliud esse ἀποτελεσμα, aliud *Decre-
tum*, cum ἀποτελεσμα sit potius effectum decre-
ti, quamvis interdum pro ipso decreto accipia-
tur. Ipse Firmicus aliquot locis etiam distinguit.
Nam *apotelesmata* Sphaeræ Barbaricæ appel-
lat, non decreta. Planetarum autem & aliarum
stellarum vel signorum Zodiaci decreta. Sed

&

& ipsa sidera ubique dicit decernere homini bonas aut adversas fortunas. Quod Græci Mathematici & inter hos Valens *χημαπίζειν* vocant. Nam *χημαπίζειν* est proprie decernere, quod facit iudex dum jura reddit, & sententiam fert. Ita *χημαπίζουσιν* astra de vita hominum & fortunis, si verum est quod suæ scientiæ tribuunt homines aretalogi. Cæterum hæc decreta, *ἀποτέλεσματα* vel *χημαλισμοὶ* nihil simile aut commune habent cum crisi- bus morborum. Nec *ἀποτέλεσμα* idem quod *κρίσις*, sicut hæc vox apud Medicos accipitur. Neque τὸ *κρίσιμον* idem quod *decretorium*, ut supra ostendimus. Sed neque Latini *decretorium* ponunt in ea significatione qua Mathematici verbum istud usurpāt. Legebam nuper in Notis doctissimi viri, septimum & nonum numerum in *Climactericis decretorios maleficosque esse*. Ita quidem Romani vocem hanc *decretorium* sumpserunt, de eo quod in pejorem partem decernitur. Sed Mathematici stellas bonum & malum decernere dicunt. Nam maleficæ malum decernunt, benevolæ bonum. Unde apud Firmicū sæpe, *honores perpetuos, imagines, titulos & honorabilium statuarum insignia decerni, & felicitatem bonam, nuptias, & alia bona, item mala, incommoda, pericula, legimus*. Apud veteres quidē Ægyptios fuisse qui utramque artem jungerent Mathematicam & Medicam, quos ex eo Græci *ἁπλομαθηματικὸς* voca-

vocarunt. Sed non conjunctæ eæ duæ scientiæ & in uno homine concurrentes efficiunt, ut Climacterici anni sint iidem cum *κλεισιμους* vel *γυνίμους* Hippocratis. Qui simul ad Medicinam adjunxit Mathematicam, utraque utitur disciplina ad morborum eventus prædicendos, sed diverso modo. Rei medicæ scientia præbet morbi *περίωσις* ex signis quæ diebus certis post ægri decubitum ipsi accidere solent, per sudores, aut dejectiones alvi, aut vomitus, aut sanguinis è naribus eruptiones. Ex Mathematica sumit cum aliis Climacterici anni in ægrotis observationem. Ex arte propria ut dixi, morborum crisin diebus criticis contingere solitâ. Ex his duobus simul colligit qualem eventum habiturus sit morbus ægroti quem suscepit curandum. Non contentus enim signis ad salutem vel mortem quæ solent in diebus periodicis morbi declarari, computat etiam ut certior sit prædictio, ex genesis ratione an Climactericus ille sit annus ejus qui decumbit. Nam si sit, difficilius evasurum ex eo judicat, quamvis notæ criticæ satis bonæ prodantur. Si non sit, & respondeant simul salutifera argumenta, tum constantius de ægroti valetudine pronuntiat, quasi bonum exitum natura. Præterea Jatro-mathematicus non solum eventum morbi ex anni Climacterici observatione conjectabat, sed etiam ex hora qua decumbere cœpisset æger. Qua enim
hora

hora decubisset , considerabant gradus & numeros lunæ in auctibus ejus, & detrimentis, prout in quolibet signo constituta esset, & quibus planetis adplicita & configurata, prædicebant quid ægro esset eventurum. Hinc liber Galeni, *ὅτι κατὰ κλίσεις προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ὀψιγῆς*. Quo libro probare conatur antiquissimis Græciæ Medicis, etiam Hippocrati, cognitam fuisse eam methodum quæ Mathesin jungebat cum Medicina ad *προγνωστικὰ* morborum faciendâ. De Hippocrate hoc sic probat. Vult ille Physiognomonicæ imperitum Medicum nihil certi posse statuere de morborum eventu, & quasi in tenebris palantem aberrare, *ὅπισσι, ἢ ἰσχυρὰ κινῆν αἰκίοντες φυσιγνωμονίης αἰμοιρέναι, τὰ τέων ἢ γνώμη ἀνὰ σκότῳ καλινδὴ κλύη νωθεῖ μερίσκι*. At, inquit, Physiognomonix tractatio pars est maxima astrorum scientiæ. Qui autem partem commendavit, quanto magis totam artem laudibus extollit? Verum quidem est, Mathematicos etiam ex astrorum positione qualis in genesi est cujusque, conformationem corporis struere & omnem habitum vultus, notâsq; genitivas quibus Physiognomonica constat, inde deducere. Sed quæ ex his morum divinatio conjicitur, etiam sine astrorum cognitione eam Physiognomicum colligere certum est. Vulgus quoque in hac arte aliquid sibi arrogat, dum longos pro vanis ac stultis tra-

tra-

tradunt, breves pro superbis & iracundis habet, luscus & claudos & gibberos malignos atq; improbos esse sciscit. Ex colore capilli non minus audet de moribus pronuntiare. Experientia sine siderali scientia hæc populum docuit. Physiognomonicus autem, qui intima artis hujus penetravit, tamen si astricam ignoret, immo nec putet ab ea petendam suæ scientiæ peritiam, non minus ex vultu & habitu corporis, notisque aliis, conjecturam facit de moribus ejus quem ad hoc contemplatur. Mathematicus à genesi deducit hæc omnia quibus Physiognomica conficitur. Sed non propterea necesse est Physiognomonico didicisse Mathesin, ut artem suam recte exerceat. Mathematicus quippe similiter & morbos & morborum crisin, & dies criticos astra ipsa facere in genesi putat. Sed Medicus in iis pensandis non astra ipsa considerat, quia sine illis potest ad verum pervenire, quamvis causam morbi, & criseon ejus à sideribus non arcesat. Frustra igitur Galenus ex eo quod Hippocrates Physiognomonicos peritum vult esse Medicum, arguit ipsum matheseos peritiam in Medico requirere. Physiognomonicus cum videt in aliquo vultum $\pi\theta\eta\kappa\omega\delta\eta$, ad simiæ mores eum accedere pronuntiat, cum $\lambda\epsilon\omicron\nu\tau\omega\delta\eta$, leoni similem de moribus esse dicit. Quando cruribus & femoribus hirsutis aliquem videt, cum satyris & hircis de libidine certare eum judi-

judicat. Ita de aliis quæ pertractant Polemo & Adamantius in Physiognomonicis, & ipse etiam Aristoteles. Ut huic autem vultus figura simiam referat, aut leonis, aut alterius animalis, sidera genesis ejus irradiantia, & horoscopum facere putat Chaldæus. Hoc qui nescit vel qui non id credit Physiognomicus, nihilo secius hanc artem proficetur quæ ex lineamentis corporis & signis quæ in eo apparent, mores hominis perspicit. Zopyrus Physiognomon qui ex arte ejusmodi naturas hominum se pernoscere promittebat, Socratem bardum esse ac stupidum pronuntiaverat in conventu hominum doctorum, quod inter alia etiam jugula concava haberet. Mathematicus ex genesis ejus idem dixisset, atque ideo concava jugula eum habere ex themate suo pronuntiasset, quia astra quæ talem generant, signa quoque genito induunt ea quibus talis ejus natura deprehendatur. Sic enim scribit Mathematicus: Qui habet horoscopantem primum Decanum Arietis, in prima ætate malas fortietur nuptias, in ultima feliciter nanciscetur matrimonium, & bono exitu vitam claudet. Hæc ejus signa sunt: Pectora gracilia & minime carnosæ. Suræ graciles. Habebit nares in latere sinistro, vel sub maxilla dextra. Cum ex corpore, vultu, oculis, fronte, Physiognomon naturas ac mores perspiciat, tales corporis notas & formas astra

D

in

in genesi cuilibet nato ingenerare tradit Mathematicus, quia & talem ei naturam decernunt quæ notis illis & corporis vultusquefiguratione signatur. Nihilominus Physiognomon qui astrorum scientiæ rudis est, ex alia experientia quos mores illæ notæ & lineamenta significant, novit. Ita igitur Physiognomonicam à Medico exigit Hippocrates, ut *ὑποπελεσματικῶ* non requirat. Nusquam enim ejus meminit. Frustra sunt igitur qui somniant in Hippocrate dies, menses & annos Climactericos, de quibus ille nihil unquam cogitavit quia nec quicquam de his scripsit, nec eam scientiam Medico necessariam putavit, quæ Climacteres vel Climactericos annos instituit. Scribit ibidem Galenus Dioclem Carystium qui summus rhetor fuit & Medicus, tradere τὸν ἀρχαίως ἀπὸ φωτισμῶ καὶ τῶ δρομήματος τῆς σελήνης τὰς προγνώσεις τῶ νόσων ποιῆσαι. Ex cursu lunæ & illuminatione prædictiones morborum fecisse. Hoc de Hippocrate non licet affirmare, qui nusquam hujus προγνώσεως meminit. Dux partes Medicinæ præcipuæ sunt, τὸ προγνωστικὸν & τὸ θεραπευτικὸν. Qui adjunxit Mathesin ad Medicinæ artem, duplici modo in morbis τὸ προγνωστικὸν instituit, & duabûs viis incedit, ut finem optatum contingat. Nam aliter ut Medicus de exitu morbi pronuntiat, aliter ut Mathematicus. Utraque etiam methodus τὸ φυλακτικὸν habet.

Nam

CLIMACTERICIS. . 51

Nam qui à Mathematico cognoverit se Climactericū vitæ annum ingressum jam esse aut propediem ingressurum, cautius & accuratius vivere incipiet, minus se periculis exponet, non militabit, non navigabit. Qui ex Medico suo didicit instare sibi diem *κρίσιμον*, minus sibi indulget, & omnia vitat quibus *κρίσις* impedire aut turbare, pejoremq; facere posse videatur. Pars quæ in medendo posita est quamvis tota credatur ad Medicum pertinere, partem tamen in ea non exiguam sibi vindicabat olim Mathematica & *ἀστροπευματική*. Nā nihil parvæ aut magnæ rei putabat incipiendum nisi inspecto siderum situ & figura, in his quas *καταρχαί* appellabant. Non cibum dabant ægro nisi astris addicentibus, non catharticum. Magis quippe aut minus utrumq; ægro prodesse opinabantur, si hora bona & quam ad hoc felicem & bene auspicatam astra spondebant, daretur. Disputarunt antiqui Medici quis dies aptissimus esset ad dandum ægris cibum. Quidam dies impares observarunt, & sic ægros nutriebant, ut dierum imparium accessiones expectarent, deinde postea cibum quasi levioribus accessionibus instantibus darent, ut Celsus testatur. Alii hæc negligebant ut Asclepiades, quia interdum dies impares pejores essent, & opportunius post earum accessiones cibum dari putabat. At Iatro-mathematicus tunc opportune dari cen-

sebat cum astra admitterent. Inde illa Satyrici

— — *si prurit frictus ocelli*

Angulus, inspecta genesi collyria poscit.

Aegra licet jaceat, capiendo nulla videtur

Aprior hora cibo nisi quem dederit Petosiris.

Inde illæ *ιατρομαθηματικῇ σωταξίς* apud Hephæstionem Thebæum in præfatione libri primi. τῆτοις, ὡς εἶκε σπερνωκῆτες οἱ παλαιοὶ Ἀγύπτιοι ἔτως ἔχουσι σωῆσαν πανταχῶ τῷ δὲ αἰσρονομίας πρῶτον τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν καλῶν παρ' αὐτοῖς ἰατρομαθηματικῶν σωταξέων ἐξ ὧν πρῶτον ἐκαστὴν τὰ βοηθήματα πρῶτον φέρουσι. Quæ Iuvenalem planè explicant. Ex illis enim libris *ἰατρομαθηματικῶν σωταξέων*, quando cibus aut catharticum dandum esset ægrotis, colligebant, & quando quidque rerum in vita agendarum auspicandum. Idem Iuvenalis ibidem :

In cujus manibus ceu pingua succina tritas

Cernis Ephemeridas.

Item : — — *qua castra viro patriamque petente*

Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli.

Ad primum lapidem vectari cum places, hora

Sumitur ex libro.

Hæ sunt Ephemerides Mathematicorum. Vetus interpretes Iuvenalis, *membranas Mathematicorum* exponit. Ab istis Tabulis sive membranis Mathematicorum, ipsa Mathesis, sive Astrologia judiciaria, ut hodie vocatur, *πνακικὴ* appellata. Nec audiendus divinus Scaliger

ger qui *πνακικὸν μέγεθος* Astrologiæ propriè esse vult *εἰσαγωγικὸν ἀποτελεσματικὸν*. Perfecta enim & absoluta ἀποτελεσματογραφία ea est quæ vocatur *πνακικὴ*. Ut *πνακικὸν εἶδος* pertinet ad Astrologiam & Mathesin quæ divinationem eorum quæ homini in vita evenitura sunt, ex astris promittit, ita τὸ *κανονικὸν* ad Astronomiam, sic propriè dictam, quæ & ipsa prædictionem pollicetur ex φαινοµένοις ventorum ac tempestatum agriculturæ aut navigationi opportunarū aut incommodarum. Προρρητικὴν eam δυνάμιν quā Eudoxus & Hipparchus tractarunt, τήρσιν vocat Sextus Empiricus ὅτι φαινοµένοις, lib. v. contra Astrologos, ἀφ' ἧς, inquit, ἐστὶν αὐχμὺς τε καὶ ἐπομβρίας, λοιμὸς τε καὶ σεισμὸς καὶ ἄλλαι τοιαύταις ὁ περιέχοντες µεταβολαὶ θεωρεσπίζον. Hæc propriè spectat ad *Almanachorum*, quæ *Αλµαχίχα* Porphyrio, conditores. Sextus Empiricus *πῖνακας* appellat Ephemerides Chaldaeorum, cum scribit de finibus stellarum in unoquoque signo, quæ ὄρεα Græcis vocantur, non levem apud Mathematicos, καὶ οὗτον *πῖνακα* esse dissensionem. Hinc *πνακικὴ* de Astrologia, à qua diversa ἀστρονομία propriè dicta, quæ est *κανονικὴ*. Sextus: ὅτι παρὰ τοῖς Εὐδόξῳ καὶ Ἰππάρχῳ θεωρητικῆς δυνάμεως, ἣν δὴ ἀστρονομίαν ἴνες καλεῖσι. Ab ea distinguit ac separat eā quæ *μαθηματικὴ* & ἀστρολογία & *ἡνεθλιαλογία* dicitur, quā diximus propriè vocari *πνακικὴν*. Utramq; complexus est Val-

lens Antiochenus lib. iv. περὶ ἐνιαυτῶ χρημα-
 πικῶ, his verbis, ἐγγυμνασθέντας δὲ τῇ πινακι-
 κῇ ἢ φυσικῇ τῶ ἀστέρων ἢ ζωδίων θεωρίᾳ, ἢ τῶ
 περὶ τὰ φαινόμενα κανόνων πραγματεία ταύταις
 ταῖς ἀγωγαῖς προσέχον. Hæc plane est quam ὅππῃ
 φαινομένοις τήρησιν vocavit Sixtus. Sic enim
 apud eum legi debet: τήρησις γὰρ ἐστὶν ὅππῃ φαι-
 νομένοις, εἰς χειρὶν ἢ κυβερνητικὴν. Cum Plu-
 tarchus dicit Tarrutium Firmanum ἀψαδῶ τῆς
 περὶ πίνακα μεθόδου intellexit omnino ἢ χαλ-
 δαϊκὴν ἢ γενεθλιακὴν μέθοδον. Ptolomæus initio
 secundæ τῆς τετραβίβλου qui primus est Apote-
 lesmaticus, τὰ καιρότατα τῶν πινάκων περὶ
 θέντων de eadem ἀποτελεσματικῇ absoluta acce-
 pit, non de ejus rudimentis ἰσαγωγικῇ. Putavi
 aliquando, πινάκιον vocari quod in tabula per
 calculos computarent themata geniturarum.
 Aut manu ad digitos supputabant quod ἀπὸ
 χερὶν ψηφίζον dicebant, ut de Climactericis
 apud Plinium *digitos agitat*. Aut calculis in ta-
 bula, ut in veteri Epigrammate de astrologo:

Ὅς ᾗ λαβὼν ψηφίδας, ὅππῃ πίνακα τε πυ-
 κάζων

Δάκτυλά τε πόμπων φθέγγετο Καλλιγένης.

Inde & *Babylonii numeri* Horatio de hac scien-
 tia. *Nec Babylonios tentaris numeros*. Iuvenalis nu-
 meros *Thrasylli* vocat: *Numerus revocata Thra-*
sylli. Hora enim natali posita, in supputa-
 tione tota res consistebat, quæ per tabulam
 calculatorem, ideo πίνακα fiebat. At *Ephemerides*

merides illæ Saryrici continebant observationem tantum τὴν ἐμπροσθέντων ἑ ἀπὸ τῶν δεικνύμενων, & τὴν καταρχῶν. Quo die, qua hora aliquid esset incipiendum ut feliciter succederet. Scaliger tamen alio loco notavit Astrologos veteres qui quotidie à curiosis consulebantur, vix respondere potuisse si sine Tabulis & Ephemeridibus motus Planetarum eruendi, Thema construendum, & Chronocratores essent dirigendi. Si hoc ita fuit ut vult, certe *πινακικὸν εἶδος* Astrologiæ non de Isagogica ejus parte, sed de consummata eadem intelligendum. Sed ephemerides illæ Mathematicorum quorsum pertinerent & cui usui forent, ipse Juvenalis statim explicat ubi de hora loquitur opportuna dandis cibis & medicamentis quæ sumebatur ex illis *ιατρομαθηματικαῖς σωτάξεσι*. Nam *σωτάξις* liber est, ut testatur *μεγάλη* Ptolemæi *σωτάξις*. Tales hodieque extant in Bibliothecis multæ *σωτάξις* Mathematicæ vel Mathematicomedicæ Græcæ Arabicæque ex Græco conversæ de hoc argumento conscriptæ, quando nimirum ex observatione siderum nutriendi sint ægri, quando scarificandi, quando phlebotomandi quando purgandi, ut omnino id quod in illis curâdis agitur in bonum cedere possit. Quamvis autem has duas artes plerique olim junxerint Medicam & Mathematicam, cum tamē sint diversa utriusque principia & instituta licet ad eundem finem pro curatione ægrorum &

prognosi morborū properantia, non propterea Climacterici anni quos ex Genesi in unoquoque notant Mathematici, & anni vel menses Critici quos Medici observant in curandis morbis, iidem videri possunt. Sed tanto facilius in hoc errore possis recentioribus ignoscere quod multos veterum in eodem peccato versari deprehendimus. De Censorino minus mirum videri debet qui Grammaticus potius fuit quam Mathematicus, sed Firmico qui ex professo hoc negotium pertractavit, non video quomodo veniam is possit impetrare. Nam & ipso Climactericos septenarios & novenarios ita interpretatus est, *quod septeni anni ac noveni per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione variis homines periculorum discriminibus semper afficiunt, unde & sexagesimus tertius quia utriusque numeri summam pariter excipit Androctas appellatus est.* Quod ut fallissimum experientia omnium sæculorum & hodierna plane refutat. Neminem unquam extitisse puto, nec puto existere cui ordo vitæ ita cucurrerit, ut per septimum quemque vel novenum annum recurrentem in varia periculorum discrimina inciderit eodem semper circuitu recurrentia. De Antipatro Sidonio poëta memoratur quod omnibus vitæ suæ annis die natali febris correptus fuerit, quia & ipsa eodem die natali extinctus sit in longa senecta. An ille totidem Climactericos

quor

quot vitæ annos habuit? Non *ἑβδομαδικοί* certe hi anni ejus fuere, sed *μοναδικοί*. Atqui in sequentibus docebimus ex scitis Astrologorum qui ista tractarunt, vix plures quam unum Climactericum unicuique ex astris decerni. De me possum etiam testari me quid esset febris accessio ante annum vitæ trigésimum octavum nescisse. Ab eo tempore per singula quæque triennia semper ita variis febribus mihi laborare periculose contigit, ut jam septies à Medicis fuerim condemnatus. Semper ab eorū judicio provocavi, & adhuc Dei munere spiro scriboque. Qui sciam quo sensu Climactericos annos noverint antiqui Mathematici, non possum dicere me tot Climactericis à mea genesi donatum fuisse. Certe longe absunt ab Hebdomadicis & Enneadicis ut eos interpretatur Firmicus. *Τετραδικοί* potius fuerint. Sed de Firmico infra. De Censorino qui Grammaticæ potius operam dedit quam Mathematicæ, videamus quomodo Climactericos explicaverit. Is in libro quem scripsit de die Natali, postquam exposuit ea quæ ante diem natalem sunt, quid de gradibus ætatis humanæ sit, se dicturum ait, *ut anni Climacterici noscantur*. Ego vero dico nihil ad cognitionem annorum Climactericorum facere gradus humanæ ætatis. Ex variis opinionibus quæ gradus ætatis aliosque alios statuerunt proxime censet eos accessisse naturam qui hebdomadibus humanam

vitam emensi sunt. Fere enim post septimum quemque annum articulos quosdam, & in his aliquid novi naturam ostēdere. In prima quippe hebdomade dentes homini cadere, in secunda pubem apparere, in tertia barbam nasci, in quarta vires, in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam, in sexta cupiditatibus temperari, in septima prudentiam linguamque consummari, in octava eadem manere, in nona omnia fieri languidiora, in decima hominem fieri mortis maturum. His sic positæ hæc verba protinus subjicit: *Præterea multa sunt de his hebdomadibus quæ Medici ac Philosophi libris mandaverunt. Vnde apparet ut in morbo dies septimi suspecti sunt, ac κρίσιμοι dicuntur, ita per omnem vitam septimumquemque annum periculosum ac velut κρίσιμον esse & κλιμακτηρικὸν vocari.* Certe & Hippocrates per hebdomadas distinxit gradus ætatis, eamque in septem gradus distribuit eodem Censorino teste. Nam finem primæ putavit septimum annū, secundæ decimus quartum, atque ita deinceps usque ad sextam quam claudit quinquagesimus sextus, & septimam in qua posuit terminum vitæ humanæ ac novissimum ejus annum. Si hæc ita sunt, ut videtur velle Censorinus, singuli anni septimi ac novissimi cujusque gradus ætatis, erunt etiam Climacterici. Non enim aliter putari potest. Septimus quisque annus vitæ periculosus, & κρίσιμος, & Climactericus, Ergo singuli

guli gradus ætatis humanæ qui per hebdomadas distinguuntur, anno Climacterico clauduntur. Et cum in septem gradus divisa sit humana vita, auctore Hippocrate, septem quoque annos Climactericos totidem quor gradus ætatis, unicuique deputari necesse est. Nihil est quod minus conveniat cum Climactericorum annorum doctrina qualis ab antiquis Ægyptiis & Mathematicis tradita est, quia singulis hominum generibus varius in eorum vita Climactericus annus assignatur, isque non semper septenus nec novenus, nec ex septenis aut novenis multiplicatis in se compositus, sed cujuscunque alterius numeri, etiam parisi, ut supra notavimus. Præterea si ita se res haberet, ut scribit Censorinus, annus quo dentes homini cadunt, ipsi esset Climactericus, item quo pubes apparet, & quo barba ei nascitur. Quod nemo unquam Mathematicus vel in somniis cogitavit. Postremo; quod septenos tantum annos pro Climactericis posuit Censorinus, id etiam pugnat cum veterum Chaldæorum observatione de Climactericis qui etiam novenos ponunt. Unde apud Vettium Valentem in Anthologiæ Astrologicæ libro iv. caput habetur, *ὅτι κλιμακτῆρ ῥ' ἑβδομαδικῆς ἢ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς*. Et ipse Firmicus septenos illos annos & novenos Climactericos à Græcis notat vocari *Hebdomadicos & Enneadicos*. Sic enim apud eum legendum est, non *Hebdoma-*

domatici & Enneratici, ut vulgo editur. Quid igitur illis Enneadicis Climactericis faceret Censorinus qui non possunt coherere & convenire cum gradibus humanæ ætatis qui per hebdomadas, non per enneadas distincti currunt? Quod autem idem Censorinus eo loco comparat septimum quemque diem qui in morbis *κρίσιμος* est, cum septeno quoque anno & Climacterico quem similiter *κρίσιμον* esse vult, nugas agit. *Vi in morbis inquit, dies septimi suspecti sunt at κρίσιμοι dicuntur, ita per omnem vitam septimum quemque annum periculosum ac velut κρίσιμον esse & κλιμακίημερόν vocari.* Ex his sequeretur ut in omni morbo acuto dies septimus *κρίσιμος* est, ita in omni genesi annum septimum quemque, annum esse *κρίσιμον*. Sic enim comparatio recte procederet. Atqui id falsum esse jam docuimus. Præterea non dies septimi quique in morbis suspecti sunt, ut periculosi. Immo constat minus eos esse periculosos, quia *κρίσις* in his fit, ut plurimū in melius cedens, ut ipse etiam Galenus testatur, sicut jam ante notavimus. Inde & *κρίσιμοι* vocantur quia ex aliquot signis quæ ad salutem sunt omnia aut magna ex parte, de ægro judicatur. At Climactericus annus non potest dici *κρίσιμος* quia *κρίσις* non facit. Periculosi quidem sunt, sed in his aut evitatur, aut incurritur periculum. Neutro modo *κρίσις* est, nisi de quocunque exitu bono malove hanc vocem accipiamus,

ut

ut etiam sumitur apud Medicos aliquando. Sed Mathematici nunquam annos Climactericos vocarunt *κλεισίμους*. Hoc saltem melius Censorinus quam neoterici Philosophi & Medici, quod dies Criticos non docet vocatos Climactericos. Sic enim scribunt: *Et quemadmodum in morbis dies quidam sunt Climacterici, sic in vita hominis & menses & anni Climacterici existunt.* Ut gradus autem ætatis cum Climactericis annis aliquid affine habere crederet Censorinus, fecit appellatio gradus. Nam & Climacter à quo Climactericus annus, gradus est. Et præterea sunt quidam anni Climacterici septenarii, ut gradus ætatis per septenos annorum circuitus procedūt. Sed *βαθμοὶ ἡλικίας* dicuntur, non *κλιμακτῆρες*. Et *βαθμικὸί* non vocantur anni de quibus agimus, sed *κλιμακτικὸί*. Similiter *βαθμοὶ* Lunæ appellantur non *κλιμακτῆρες*. Caput est apud Vettium Valencē, *περὶ διόρθσεως βαθμῶν ἑ ἀνέμων τ' σελήνης*. Βάθμοι Lunæ sunt qui per latitudinem Zodiaci numerantur, dum ea à septentrione ad meridiem meat aut à meridie rursus ad septentrionē ascendendo & descendendo, modo ad Austrum, modo ad Aquilonem. Galenus *περὶ γνώσιν τ' κατὰ κλίσεως* ad lunæ cursus faciendum non ὑπὸ τ' φωτῶν lunæ, sed ὑπὸ τ' αἰεθμῶν peti debere scripsit, eosq; errare qui tantū πρὸ φωτὸς ejus perspicerēt. Πρὸ πάντων δ' εἰ σκοπεῖν τ' σελήνην κινεμένην καὶ πρὸς θεσιν ἢ ἀφ' αἰεθμοῖς τῶν

μοῖς, & τοῖς φασὶν ὡς ἵνες πεπλάνην). Ideo Dios-
 cles scripsit veteres Medicos *περὶ γνώσεως* mor-
 borū facere solitos ἀπὸ φωτισμῶ & δρομήμα-
 τος τῆς σελήνης. Non solum φωτισμὸν respiciebant,
 sed etiam cursum ejus sine lumine meantis, cū
 absoluto Zodiaci circulo ad Solem prope-
 rat assequendum. Per Hebdomadas porro gra-
 dus ætatum variantur. Non tamen recte sic
 componuntur cum Hebdomadicis Climacte-
 ribus. Nam præter hos Hebdomadicos Clima-
 cteres, alii etiā plurimi existunt qui nec septe-
 narii sunt, nec ex septenariis multiplicantur.
 Aliiter autem computabantur Hebdomadici
 quam reliqui pares vel impares. Speciale caput
 est in Anthologiis Vetrici Valentis Astrologicis
*περὶ κλιμακτῆρος ἑβδομαδικῆς & ἐννεαδικῆς ἀγω-
 γῆς*. De quo infra. Hoc simile ergo habent dies
 Critici cum annis Climactericis quod non so-
 lis septenis diebus atq; imparibus morbi acuti
 judicantur, sed etiam paribus. Idem est de Cli-
 mactericis. Pares & impares sunt multi præter
 septenarios & novenarios. Quod nec ignora-
 vit, Firmicus cum scripsit, *Sane extra ceteros Cli-
 macteres etiam septeni anni & noni per omne vita
 tempus multiplicata ratione currentes*. Sed de his in-
 fra plura. Nunc de Climacteris vel Climacte-
 rici anni nominis ratione videamus, & cur ita
 sit appellatus & unde. Nā in causa appellatio-
 nis assignanda errant omnes fere Neoterici.
Vocantur, inquit, ex aliquorum sententia à cli-
 mate

mate, hoc est termino, cum his terminis plerumque vita finiatur. Utrunque falsum est: Nec enim clima terminus est, ac Climacterici non deducuntur à Climate. *Climatici* quippe essent dicendi, non Climacterici. Præterea non semper Climacterici vitam finiunt. Multi quippe diem suum obeunt in anno non Climacterico suo. Et plurimi ultra suum Climactericum vitam proferunt, ut in sequentibus ostendam.

Κλίμα inclinatio est, non terminatio à verbo κλίνω, ut etiam pueri sciunt. Inde à varia cœli inclinatione septem illa *Climata* Geographicis & Mathematicis pariter nota, quæ eo invicem discernuntur quod alia aliis longiores habeant dies notabili differentia. Inde & pro qualibet regione usurpatur Poetis. Dorotheus Sidonius βαθυπλέτων κλίμα γάλλων pro Galia, κλίμα Κυρήνης, κλίμα Αχαϊκόν pro Achaia. Prout est diversa in variis regionibus cœli ad circulum finitorem inclinatio, hoc dicitur κλίμα. Alii viri docti sunt qui ἀπὸ τῆς κλίμακος autumant dictos κλιμακτηρικὸς. Sed hoc modo κλιμακικὸς dici ratio suaderet, non κλιμακτηρικὸς. Unde etiam errant qui *scalares* Latine appellant, qui essent κλιμακικοί. Atqui, ut res ipsa ostendit, vocantur κλιμακτηρικοί à voce κλιμακτῆρ quæ scalam non significat sed scalæ gradum, τῆς κλίμακος βαθμόν. Vocabulum autem κλίμαξ eandem habet originem cum κλίμα. Nam à nomine κλίμα quod est inclinatio,

natio, verbum κλιμάζω, *inclinō*, à quo κλίμαξ
 scala quia non recta ponitur ut ascendatur, sed
 inclinata, unde & κλιτὺς etiam dicebatur Græ-
 cis ab eadem inclinatione. Quo nomine &
clivos iidem, ac declivia montium, item diver-
 gia aquarum prono lapsu ex montibus fluen-
 tium, ut & scalas, nuncuparunt. Hesychius,
 Κλιτὺς καὶ κλιτύες, τὰ ἀποκλίματα τῶν ὁρῶν, ἢ τὰ
 κατωφερῆ τῶν ὑδάτων, ἢ κλίμακες. Pro illo κλι-
 τὺς *Æoles*, ut alibi docuimus, τιν π mutando,
 dicebant κλιτύς, Unde Latinum *clivus*. Κλιτοὶ
 τόποι etiam apud eundem Hesychium sunt κα-
 τωφερῆς, declives. Climacterici igitur anni
 nomen invenerunt à voce κλιμακτῆρ qui &
 gradus scalæ. Quinimmo etiam κλιμακτῆρες
 appellati. Non aliter vocant Vettius Valens,
 Hephæstion Thebæus, Censorinus, ipse Fir-
 micus. Ita enim hic scribit loco supra citato,
Extra ceteros Climacteres etiam Septeni & Noni.
 Censorinus cap. xv. *Cum istum annum qui maxi-*
me fuerat corpore formidolosus, sine ullo incommodo
transieru, ceteros qui leviores sunt κλιμαλτῆρας,
minus tibi extimesco. Valens caput habet, πρὸς
 κλιμακτῆρ & ἐβδομαδικῶς & ἐννεαδικῶς ἀγωγῆς.
 Hephæstion unicuique Decano suos ac pro-
 prios Climacteres attribuit, quos sortiuntur
 pro Climacteribus qui sub quoque Decano
 nascuntur. Ab illis igitur Climacteribus non
 solum Climactericus annus dicitur, & *Clima-*
cticum tempus, sed & mensis κλιμακτικὸς &

& dies κλιμακτηρικὴ & hora. Non satis quippe illis visum fuit notare quis annus vitæ cuiq; esset Climactericus, nisi etiam mensem, immo vel diem mensis & horam, in qua periculum quod eo anno impendebat ex genesi, observarent ac prædicerent. Non enim malum illud quod astra Climacteri decernebant, totum annum occupaturum erat, ne quidē mensem integrum in quo accidebat, cum plerumq; unius diei vel horæ res esset, ut est naufragium, incendium, præcipitium, ruina, apoplexia, vel alia quælibet mors violenta. Ita non solus annus κλιμακτηρικὸς dicebatur, sed etiam mensis illius anni intra quem infortunium Climacterico debitum contingebat. Dies quoque ipse in quem incurrebat sic dicebatur. Valens lib. III. Ἀστρολογικῶν Astrologiarum cap. II. καὶ ὅτως ἔστι κλιμακτηρικὴ ἡμέρα καθὼς καὶ ὅπῃ τῷ ἐβδομαδικῶν. τῷ ᾧ αὐτῷ λόγῳ καὶ ὅπῃ μηνὸς, ὃ ὅπῃ ἐνιαυτῷ δεήσει. Rationem anni & diei Climacterici investigandi à Mathematicis proditam infra explicabimus. Dicebantur & quædam signa κλιμακτηρικὰ, in quæ si Climacteres inciderent, graviores & periculosiores quoque habebantur. De quibus dicemus inferius. Varro apud Agellium *Climacteras* etiam appellat, non *Climactericos* annos. Item Augustus apud eundem Agellium: *Nam ut vides κλιμακτῆρα commune sensorum omnium, tertium & sexagesimum annum, evasimus.* Etiam

Plinius *Climacteras* ait à Chaldæis appellatos. Nunc de ratione appellationis hujus videntum unde ducta sit. Κλιμακτήρ, ut diximus, proprie gradus est scalæ, id est κλίμακ. Κλιμακτήρ apud Mathematicos annus est suspectus ob periculum aliquod gravius eo anno ab astris ei qui talem habet genesin, & ex genesi annum talem Climactericum, imminens. Cur ergo ejusmodi anni κλιμακτῆρες vel κλιμακτηρικὸι appellati, quasi gradiles? Aut finiebat vitam Climactericus, aut periculum finiendæ inferebat, etiam tum cum difficulter evadebatur. Si finiret, quasi in extremo scalæ gradu hoc modo vita consistebat, quia ulterius progredi non poterat. Inde κλιμακτήρ & κλιμακτηρικὸς hic annus merito dictus. Sin evaderetur periculum sed cum aliqua difficultate, non male etiam ex eo nomen κλιμακτῆρος invenit, quia ut in scala scandenda, in singulis gradibus hærendum. Non enim continenter & æquali passu scalæ ad summum per gradus ascenditur ut fit vel in plano vel in alio genere graduum. In plano quippe æqualibus & continuis passibus iter emetimur, clivum quoq; montis sic ascendimus, ut æqualiter ambulantes ad jugum evadamus, quod non vulgo fit in scandenda scala. In singulis enim gradibus quasi pausa facienda est. Si vitæ cursus pari tenore perageretur, sine ullo offendiculo, aut ullis adversorum interstitiis,

tum

tum certo nulli in eo intervenireint Climacteres, aut intervalla periculosa in quibus esset veluti subsistendum & hærendum, tanquam in gradibus scalæ. Verum ubi morbi, fortunæ adversæ, mors ipsa & alia pericula interveniunt quæ vitæ cursum quasi interrumpunt, ideo illi anni quibus ista accidunt, κλιμακτῆρες, & κλιμακτικῆς nuncupati sunt ab Astro-
nomis, quia hæremus in illis & quasi concidimus, atque iter cœptum perficere eodem tenore quo inchoatum fuerat, prohibemur. Quod & Plinius loco ante citato præclare explicat his verbis: *Negavere illi quemquam x c partium exortivam mensuram, quod anaphoras vocant, transgredi, & has ipsas incidi occursum maleficorum siderum, aut etiam radiis eorum solis.* Ab illa exortiva nonaginta partium mensura, quod est *tetartemorion*, sive trium signorum exortus, vitam aliquis habeat determinatam in annos, verbi gratia, unum & octoginta, aut nonaginta septem. Qui vitæ illius cursum absolveret pede inoffenso, atque æquabili perpetique tenore, sine ullo morbo aut infortunio, nullos in eo vitæ cursu climacteres habere hic homo esset dicendus, quia nulla ejus parte hæreere aut subsistere cogeretur. Cæterum si in illo annorum curriculo quibus vivendi spatium definitum habet, variis morbis & fortunarum adversitatibus conflictatus sit, annus ille quo ea passus fuerit, veluti Climacter ejus est in quo hæ-

sitat, ut in gradu scalæ, qui eam scandit. Alia
 potest adferri causa hujus denominationis, &
 paulo quidem subtilior, sed ex methodo com-
 putandorum Climacterum qualis instituta est
 ab auctoribus hujus μαθηματικῆς. Decanos
 tres unicuique signo Zodiaci attribuunt. Singulis
 Decanis certum numerum Climacterum assi-
 gnant, qui sunt etiam Climacteres, sive Clima-
 cterici anni, eorum hominum qui sub illis De-
 canis nascuntur. Hoc autem notandum in
 illa enumeratione Climacterum quæ cuique
 Decano & eo horoscopante genitis tribuun-
 tur, nusquam duos numeros continuos eo
 quo eunt ordine percenseri, sed ita disparatos
 ut ad minimum locus unius numeri vacet,
 quo prohibetur ne numerorum series conti-
 nua sit. Interdum duorum, interdum & plu-
 rium numerorū spatio vacuo disjungitur eo-
 rum continuatio. Exemplo planum id faciam
 ex uno Decano & ejus Climacteribus, quia
 idem in reliquis reperitur qui triginta sex in
 totum sunt, & trecentos quadraginta quatuor
 κλιμακτήρας, hoc est Climactericos annos, fa-
 ciunt. Decanus igitur primus Arietis habet
 Climacteres novem, quartum annum vitæ,
 duodecimum, vigesimum primum, trigesi-
 mum tertium, quadragessimum nonum, quin-
 quagesimum secundum, sexagesimum quar-
 tum, ac septuagesimum quintum. Ita in cæte-
 ris. Nusquam duo numeri juncti reperiuntur,
 ut

ut in ordine suo currunt, ut primus & secundus, secundus & tertius, tertius & quartus atque ita deinceps, quamvis in aliis Decanis Climacteres habeantur omnium numerorum, sed in numero Climacterum ejusdem Decani nunquam nisi extrito aliquo de medio numero ordinantur. Sæpe numerus unus tantum demptus ex ordine suo seriem interrumpit, ut in Decano tertio Arietis, trigésimus tertius & trigésimus quintus se subsequuntur inter Climacteres ei Decano adscriptos. In primo Decano Cancrī, Climacteres hi duo hoc ordine procedunt, nonus & undecimus. Unus deest ad seriem continuam interjiciendus decimus. Ita de reliquis, in quibus semper ad minimum unus desideratur in medio numerus qui impleat ordinem. Idem usu venit & in eo genere Sclarum quas Græci κλίμακας dicunt ab inclinatione, & Latini *Gradas* appellabant. Nam inter duos gradus semper intervallum reliquitur unum vacuum. Hoc simile est numeris ita ordinatis, ut unus semper in medio desit quasi spatium inter duos vacans. Ut verbi gratia, unus, tres, quinque, septem, novem & deinceps. Ubi plenus ordo est, tum nihil in medio spatii vacat. Hoc itidem fit & in illis scalis in quibus gradus inferior fert superiorem. Nulla quippe inter gradus intervalla relicta sunt patentia. Tales sunt scalæ quibus à plano pede ædium ad superio-

ra cœnacula adscendebatur, sive cochleatim irent, sive acclinatim recumberent. Has propriæ *Scalas* Romani vocaverunt. Inde illud poetæ:

Nam scalis habito tribus, sed altis:

Et apud alium:

Figuntur virides scalarum gloria Palma.

Alias *scalas* de quibus diximus, vocarunt Romani *Græcas scalas*. Hæ sunt quæ Græcis ipsis propriè κλίμακες. Sic enim apud Agellium lib. x. cap. xv. vetustissima legunt exemplaria de Flaminica, sive Flaminis Dialis uxore: *Et quod scalas quæ Græca appellantur, eas ascendere ei plus tribus gradibus religiosum est.* Hæc ratio fuit, quia si plus tribus gradibus ejusmodi *scalas* ascendisset, poterat se turpiter dare videntam alicui qui inferius esset, ascendentem suspicienti. Ranzovius putat Climactericos dictos sive scansiles, quia ex numeris veluti per gradus *scalarum* ascendunt, & colliguntur. Quæ falsa est nominis notatio, & quæ etiam falsa nititur interpretatione. Primum si ita dicerentur Climacterici anni quod ex numeris veluti per *scalarum* gradus ascendunt, numeri illi ipsi per quos ita colliguntur, appellati essent Climacterici. Non enim annorum Climactericorum appellatio aliunde manasset, quam ex talibus numeris qui sic ascenderent veluti per gradus *scalares*. Ergo illis ipsis numeris eo modo ascendentibus nomen Climacte-

maſtericorum harere debuit. Ita enim Climactericos computant, ut ſeptimus quiſque vitæ annus ſit climacter, hoc modo : ſeptimus, quartus decimus, vigefimus primus, vigefimus octavus, & ſic reliqui. Qui numeri etiam proprie dicerentur Climacterici, non ſolum anni qui ex numeris colliguntur. Atqui falſa eſt illa computatio & collectio Climactericorum annorum qui per ſeptenos orbes recurrunt. Noti enim non fuere veteribus Mathematicis, ut jam dicitur. Neq; etiam novenarios ullos ſic noverunt qui per circuitus nonorum annorum redirent ex multiplicata ratione numeri novenarii. Plinius *ſcanſilem* vel *ſcanſilium annorum legem* Latine appellat quos Chaldæi *κλιμακτῆρας*. *Scanſili*, inquit, *annorum lege occidua quam Climacteras appellant.* Ubi malim ſcribi, *quam Climacteros* appellant, id eſt *legem Climacteros*. In Græco unde hæc exſcripſit, invenerat, *κλιμακτῆρ & ἀγωγῶν*. Ita enim ſcribitur apud Vettium Valentem, *Ἐὶ κλιμακτῆρ & ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς*. De Climacteris Hebdomadica & Enneadica lege. Ita Plinio reddere libitum eſt, & melius ſane quam vir doctus qui vertit, *De Climacteribus ſeptenaria nonaque inductionis*. Quod abſurdum eſt. *Ἀγωγή* diſciplina eſt; iſtitutum, doctrina, aut diſciplina, vel etiam lex, ratio, & ſecta. Ad eundem modum idem dixit, *σωοδικῶ καὶ παρσεληνιακῶ ἀγωγῶν*. Nam caput eſt

in ejus libro tertio apud eum ὡς ἐκ συνοδικῆς & πανσεληνιακῆς αἰγῶν. Ita Diophantus Alexandrinus, lib. 1. Arithmeticon cap. xi. αἰγῶν γλῶσσαι ἀριθμῶν dixit, numerorum doctrinam & artem, sive legem. ἔτι δὲ διόδοτος γλῶσσαι τοῖς ἀρχομένοις καὶ ἡ αἰγὼν αὐτῶν μνημονεύσει. Ita αἰγὼν θεραπευτική, ratio medendi, & ars vel methodus. Sæpe hoc nomen apud eundem Valentem occurrit pro ratione vel methodo. Atque hæc hæcenus de nominis Climacteros & Climacterici anni ratione. Nunc id in quo præcipua versatur difficultas expediendum, quomodo eos computarint veteres Astrologi, unus an plures singulis generibus assignarint, & quid propriè intellexerint εβδομαδικῶν & ἐννεαδικῶν κλιμακτήρων appellatione. Tum etiam, an præter hos Hebdomadicos & Enneadicos Climacteras alii fuerint qui nec Hebdomadici essent, nec Enneadici. In his enim omnibus non solum hallucinati videntur plerique antiquorum qui Mathematici non fuere, & omnes ferme recentiores etiam qui Mathesi studium suum & operam dicarunt. Nihil autem facilius fuit investigatione Climacterici anni, si nulli alii fuere præter septenos & nonos qui multiplicata horum numerorum ratione per omne vitæ tempus currebant. Sumendus quippe in vitis quorumlibet hominum quorum Climactericus quaeritur, septimus quisque aut nonus vitæ annus. Nihil etiam

etiam falsius hac observatione, cū ab experientia passim refutetur quod naturali quadam & latepti ratione hujusmodi Climacterici anni Septenarii & Novenarii variis homines periculis objiciant. Hoc tamē ex veteribus tenuerunt Varro, Censorinus, & Firmicus. Hic ultimus etiam de Mathesi plures libros scriptos reliquit cujus plane imperitus fuisse videtur. Sed præter Enneadicos & Hebdomadicos, Climacteres alios agnoscit qui tales non essent. At omnes qui de arte ista aliquid sunt commentari, & illi præcipue qui de Climactericis annis nostra aut avorum ætate scripserunt Medici ac Philosophi, non putant alios fuisse cognitos Climactericos præter hos quos vocarunt *Septenarios* & *Novenarios*. Vir genere & doctrina inter suos illustris, Henricus Ranzovius, qui volumen de Climactericis annis edidit, eorum duo genera esse perhibet, *quasi articulos quosdam seu flexus ætatis in quibus ad sequentis temporis constitutionem sese vertat illa & inflectat, atque aliud temperamentum acquirat*. Ex his verbis planum est nullos eum alios agnovisse & scivisse Climactericos præter hos duos. Non enim aliorum in suo opere meminit. nec alios explicavit. Transit deinde ad utrorumq; facile mehercule, & minime morosam nec operosam computationem. Primos & præcipuos colligi ait, à septimo numero, & hos Hebdomadicos sive Climactericos nominari. Primum

E s

eorum

eorum ponit septimum, & percurrento septenarios ab hoc principio circuitus, usque ad millesimum & primum pervenit, in quo & sistit, ut omnium Climacterum Hebdomadicorum, quos perperam ex vitiosa Firmici lectione vocat *Hebdomaticos*, novissimo & ultimo. Reliquos à nono numero computari dicit, & hos *Enneaticos*, dicere debuit *Enneadicos*, sive decretorios nominari. A nono autem qui primus est horum Enneadicorum, usque ad millesimum & octavum pergit, quem ultimum facit Enneadicorum. Et hos annos propter Patriarchas & Imperiorum periodos eo usque extendi necesse fuisse docet. Raro enim hisce temporibus homines, etsi vivaces, septuagesimum annum Climactericum superare, paucos octogesimum aut nonagesimum primum assequi. Paucissimos & fere nullos ad centesimum & quintum spiritum ducere. Ego vero nullam crediderim ei necessitatem incubuisse Climactericos usque ad eum numerum extendendi, neque propter Patriarchas, neque propter Imperiorum periodos. Nullum quippe unquam legi ab antiquis Mathematicis assignatum Climactericum annum Imperiorum durationi. Sola hominis vita eos sibi vindicat ex arte Astrologorum qui Climacteras primi invenerunt. Dicunt, esse in Climactericis annis vim quandam quæ non hominibus tantum, ac vitæ eorum & fortunæ, sed rebus publicis

cis

cis etiam atque regnis & Imperiis interitum, aut certe mutationem quandam in pejus meliusve, vel grande periculum adfert. Primū hoc falsum est, respublicas & regna suos habere Climactericos annos haud secus atque homines. Deinde & illud, Mutationem Climactericos adferre in pejus & in melius. Si enim similis res est in rebus publicis ut in hominibus, jam docuimus vitam hominum Climactericos non habere ullos qui meliorem significant statum. Quippe tametsi à periculo detur liberatio in Climacterico, non tamen ea consideratur, sed periculum ipsum. Præterea evasio periculi non denotat mutationem in melius; sed redditionem pristini status, qui mutatus fuerat in pejus per periculi imminentis incursum. Exemplo id probemus Reipublicæ omnium florentissimæ potentissimæq; & quæ diutius quam ulla alia duravit. Ea Romana est. Si Climacterici anni Imperiorum æque sunt ad mutationem in meliora, ut in deteriora, quot annos illa in flore fuit ac vigore & incremento, totidem Climactericos habuisse censenda est bonos, ac malos. Ponamus annos ejus à Romulo ad Augustum circiter septingentos. Nullus ferme annus fuit ex eo numero quo non aut periculo aliquo jactata fuerit, aut accessio aliqua Imperio facta sit. Si anni victoriarum ejus & cladum per illud omne tempus Climactericis accensendi sunt, septingentos

Cli-

Climactericos oportet, haud sane minus. Nihil dicam de temporis spatio quod ab Augusto ad finem usque Imperii fluxit. Hoc solum hîc addam, Climacteres rerum publ. & regnorum nullos ab antiquis Astrologis fuisse proditos. Vir celeberrimus, & in hac Academia juris olim Professor quem quia aliquando ad plures abiisse dixi, Coprias infamis dicam mihi subscripsit violatorum ejus manium, is inquam vir laudatissimus, in Oratione quam habuit de annis Climactericis, nullam ait in toto hoc genere disceptationis certiorē esse normam quam quæ capi ex sacris litteris atque ex divinis oraculis potest. Pronuntiavit autem, inquit, Hieremias vates, populum Judæum liberatum iri anno septuagesimo captivitatis, ut certe liberatus est, ac civitas una cum templo restaurata. Quid igitur inde sibi dari postulat? Hunc annum Climactericum esse rerum publicarum? Atqui Climactericus non est proprie in hominibus nisi cum vitæ tenor prospere incedens aliquo interrumpitur infortunio. Hic vero septuaginta annorum captivitas felicem habet exitum & liberationem anno septuagesimo, qui proinde Climactericus non debet censerī, cum ita vocentur anni proprie qui *Climacterum*, id est periculorum, habent significationem. Subjungit continuo, & Esaiam testatum esse, Tyrum urbem clarissimam anno septuagesimo post oraculum desertam fore, deinde

deinde rursus ab ejusdem urbis everſione anno ſeptuageſimo reſtauratum iri. Ergo Climactericus eſt æque qui liberat & qui periculo objicit, qui deſtruit & qui inſtaurat. Quod eſſe falſiſſimum jam monſtravimus ex doctrina Climacterum Aſtologica. Quod addit, eundem numerum congruere Athenienſium rei-publicæ urbis. expugnationi, & victoriam Athenienſum ad Salaminem intra idem tempus contigiſſe, hæc nihil ad Climactericos faciunt, quæ ſi vera eſſent, omnes anni quibus clades aliqua accipitur, aut victoria inſignis reportatur, eorum populorum forent habendi Climacterici. Quod eſt nugatorium, & contra veterum omnium Aſtologorum qui de Climacteribus ſcripſere, ſententiam. Statim ſubjicit, *Vtique ſeptuageſimus annus neque inter eos annos eſt qui hominibus ſingulis & eorum vitæ Climacterici ſunt.* Nihil potuit quod à veritate magis eſſet alienum, effari. Nam ſi ſeptenarios omnes pro Climactericis annis ducimus, ſeptuageſimum perficiunt ſepteni decies multiplicati. Et præterea ultimus eſt annus decimæ hebdomadis in qua finem vitæ legitimum hominis ſtatuerunt plerique veteres Phyſici. Denique etiam pro Climactere reperitur in deſcriptione Climactericorum quos Hephæſtion Thebæus recensuit. Nam intet Decani ſecundi Leonis Climacteres ſeptuageſimus ultimus habetur. Qui Climactericos Imperiis & rebus publi-

publicis tribuunt, annum quingentesimum & & nonagesimum quartum, quasi maxime potentem & efficacem posuerunt, quia ex septuaginta septenariis annorum exsurgit. Sed hæc vana esse docuimus ex vaniore Climacterum scientia, idonea tamen satis ad hæc revincenda quatenus ex ea petitur id quod non habet. Nā septenarias periodos recurrentes neque in vita hominum agnoscit pro Climactericis quos aliter computat, & Climactericos omnino nullos dat imperiis ac regnis, sed solis hominibus. Sed neque in Patriarcharum gratiam opus fuit, ut placuit Ranzonio, si qui ex his ultra nongentesimum vitam produxerunt Climactericos usq; ad millesimum proferre, quia ex lege Climacterica quam *occiduam* appellat Plinius, Æsculapii sectatores dicebant, rara esse longiora tempora quæ vitam producerent ultra sexagesimum tertium. Idem etiam Plinius scribit ibidem, in hæc verba. *Durat ea ratio quam Petosiris & Necepsos prodiderunt, & tetartemorion appellant, à trium signorum portione qua posse in Italia tractu cxxiv, annos vita contingere apparet.* Atqui Petosirin illum & Necepsos inventores & auctores fuisse τῶς κλιμακτηρικῆς ἀγωγῆς certum est. In Climactericorum omnium enumeratione qui cuilibet nato contingere possunt prout eos triginta sex Zodiaci Decanis attribuit Hephestion, ultra nonagesimū septimum, nullum invenio Climacterem ab eo nominari. Postremus
ille

ille est omnium Climacterum qui trecenti quadraginta tres ibi numerantur. Sed ne septenaria quidem illa ratio quam pro Climacterica perperam obtrudunt, & quæ vi naturali & latenti quasi flexus & articulos ætatis gradusque per septenos circuitus constituit, quemquam patitur vivere ultra septimam hebdomadam. Nam Hippocrates in septima hebdomade novissimum annum vitæ humanæ collocat. Solon decem Hebdomadas posuit ut unaquæque ætas annos haberet septenos. Ad eas Solonis decem Hebdomadas Staseas Peripateticus, teste Censorino, addidit duas, & spatium plenæ vitæ quatuor & octoginta annorum esse scripsit, quem terminum si quis præteriret facere idem quod stadii cursores ac quadrigæ faciunt, cum extra finem procurrunt. In decima certe Hebdomade Solon scripsit hominem fieri mortimaturum. Si hos gradus ætatis in septenas periodos divisos pro Climactericis annis observant, ut palam est eos facere, inde vident nihil opus esse extendi Climactericos ad millesimum usque annum, neque Climacteres sive Physice intelligantur, sive Mathematicæ, quidquam pertinere ad ævum Patriarcharum, & primi hominis, quorum aliqui ultra nonagesimum, Mathusale etiam ad annos non-gentos sexaginta novem vitam pertulit. Qui annus tamen illi neque Hebdomadicus fuit Climacter, neque Enneadicus. Dederim quidem

dem illis libenter septimum quemque annum naturali vi quadam & incomperta in ætate hominum ac vita multa innovare ut in corporibus ipsis, ita in animis quoque, sive in melius sive in deterius ea mutatio procedat. Nam ut corporis robur & vigor, & habitus vertitur in illis flexibus ac gradibus ætatis, interim augendo, inter imminuendo, aut alia re mutando; notabiles & inde animis accidere quasi conversiones. Sed quod quis patitur mutationis ab externis accidentibus discriminum & periculorum, variis ex causis ac rebus contingentium, ut sunt accusationes, delationes; insidie, peregrinationes periculose, damna, vulnera, cædes, patrimonii amissiones, dignitatum privationes, mortes, luctus, incendia, naufragia, ruinae, condemnationes, ea omnia adversa ex naturali illa per septenos aut novenos annorum circuitus graduum ætatis distinctione neutiquam possunt provenire. Climacterica porro ἀγῶνι mala supradicta omnia in vitam invehit, & *Climacteres* vocantur unumquodque eorum quæ ante memoravimus homini solita accidere. Falsum est igitur homini cuiquam per septimum quemque vitæ annum aut novenum subinde redeuntem talia solere contingere, ut aliquid simile singulis septem annis formidare necesse habeat. Tunc, ut jam dixi, necesse etiam foret, totidem omnibus hominibus *Climacteres* inter vivendum expe-

experiri, ex quot septenis vel novenis annis ejus vita constaret. Atqui paulo post docebimus ex doctrina Climacterica raro plus quam unum cuilibet Climacterem ex astris esse assignatum & adscriptum. Consequeretur & illud ex ea ratione quam pro Climacterica habent, omnes homines eosdem habere Climactericos annos, cum nemo ferme sit quin in singulis hebdomadibus ætatis eam mutationem perpetiatur qua natura hominis novatur in illis quasi flexibus & articulis, aut aliquid novi adfert. Atqui docebimus ex varia Genesi cujusque variari etiam Climacterem, nec eundem habere vel geminos duos, quos plerumque Horoscopus, ut inquit ille, *vario producit genio*. Scaliger ille vir tantus, quamvis contrivisset legendo scripta Græcorum Astrologorum ex quibus veram de Climactericis veterum sententiam debuit haurire, non tamen vulgarem errorem à se poruit depellere. Is ad librum quintum Manilii unum quasi legitimum Climactericum videtur statuere, tertium & sexagesimum. Sic enim notat ad versum hunc:

Quod fuerit lavum prælatæque signa sequetur,

Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.

Lavum trigoni, inquit, ἐν τῷ αὐτοῦ τρίγωνοις. Quintus locus annos LXIII. qui est annus Climactericus.

Perperam *Lavum trigoni* dixit quod est *Lavum trigonum*, ut Græci ἀεὶ τὸν τρίγωνον, quod op-

ponitur *dextro* Trigono, ὡς δεξιῶ. Non autem de annis Climactericis tractat eo loco Manilius, sed ὡς ἐν χρόνῳ ζωῆς, quot annos nimirum quæque Loca tribuant. Aliud autem est χρόνος ζωῆς, aliud κλιμακτήρ, quamvis interdum Climacter incidat in ultimum annum vitæ. Multos alios numeros ad χρόνους ζωῆς ex Locorum diversitate constitutos recenset Manilius qui non minus Climacterici sunt quam sexagesimus tertius, ubi quæstio est de Climactericis. Sed eo loco non magis sexagesimus tertius pro Climacterico est habendus quam quilibet alius annorum numerus eo loco à Manilio positus. Nam pro anno qui vitæ terminus est, cum ibidem ponit poëta non pro Climacterico. Tractaverat prius, quot annos unumquodque Signum vitæ tribuat, ut hi versus declarant.

Altera nunc ratio, qua summam continet avi

Reddenda est, quot quaque annos dare signa feruntur.

Quo loco non magis intellexit de Climactericis annis, quam hic. De temporibus enim & annis vitæ quos quodque signum tribuit, loquitur. Vt in Ariete natis dat annos decem cum octo mensibus. In Tauro duodecim. Sub Geminis quatuordecim, atque ita de cæteris. Pisces decem lustra tribuunt, hoc est annos quinquaginta. Transit inde ad annos vitæ quos quæque Loca tribuunt. Mathematici sic
vocant

vocant & sunt duodecim , prima quatuor, secunda quatuor , & tertia quatuor , quæ pigra & *dejuncta* vocat Firmicus , id est ἀργὰ καὶ αἰσιωδέεσσι, ut Græci ea appellant. Quatuor priora sunt ea quæ Græci κέντρεσσι, Latini *Cardines* vocitant, quia ea sunt τὰ κυριότατα τῆς γενέσεως ζώοντος, ut est apud Sextum Empiricum. Horoscopus sive oriens signum , Medium cœlum , Occasus , & Imum Cœlum. At Græca horum vocabula sunt , ὠροσκόπου , μεσσηνίμα , δύνων vel δύσις , & ἀνήμεσσηνίμα sive ὑπόμηνον. Τόποις ὀπικέντρους eos etiam nominant. Latine liceat dixisse *Cardinales locos* vel *Incardinatos*. Cæteri octo qui non sunt ὀπικέντροι, dicuntur ἐκκεντροί, quod extra Cardines sunt. Horum Cardinum unusquisque suam habet ἐπαναφορὰν & ἀποκλίμα. Αναφορὰ signum est ascendens. Quod eam præcedit est προαναφορὰ , vel ἀποκλίμα. Quod sequitur à tergo, ἐπαναφορὰ. Præcedens signum προῶν ζώδιον etiam vocatur & προαναφερόμενον Sexto Empirico. Quod etiam dicitur ἀποκλίμα vel ἀποκλισις, & προήγησις, quia dum Cardinem antecedit , ab eo etiam recedit versus occasum tendens supra terram , & versus ortum infra terram. Το ἀποχωροῦν ἀπὸ τοῦ κέντρου, quod recedit à Cardine , & declinat. Unde & ἀποκλίμα vocatur. Hæc ἀποκλίματα vocantur etiam τόποι ἀποκεκλιγότες, ut ἐπαναφοραὶ τόποι ὀπιφερόμενοι & ἐπόμενοι & ἐπαναφερόμενοι. Sed

hæc non sunt hujus loci. Sic quattuor sunt Cardines, quattuor ἀποκλίματα sive ἀναφοραί, & quattuor ἐπαναφοραί. Ita duodena Loca exsurgunt, quorum nomina comprehendit Firmicus his tribus senariis eodem ordine quo ab Horoscopo numerantur qui primus est, secundus, tertius & sequentes usque ad Duodecimum, qui est malus dæmon, sive ἀποκλίμα Horoscopi, h. e. horoscopum præcedens signum.

Vita, Spes dea, fratres, parentes, filii,

Valetudo, conjux, mors, religio vel Deus,

Medium cælum, bonus daemon, daemon malus.

Cur his nominibus appellata sint, explicat capite superiore. Alias apud Græcos habent appellationes. Et longe plures recenset Valens lib. 111. capite ἐν τῷ δώδεκα τόπων ὀνομασιῶν, & τῆς δωδεκατέρας. Sed hoc non agimus. Stationes cæli alibi vocat Firmicus cum agit de planetarum decretis per duodenas cæli stationes. Vulgo domos vocant. Manilius templa & partes cæli nuncupat his versibus:

Templa quoque & partes cæli sua munera norunt,

Quam bene constiterit stellarum conditus ordo,

Et proprias tribuunt certo discrimine summas.

Sed & titulos alibi vocat, non solum templa & partes. Ita enim lib. 11. sub finem:

Nunc satis est cæli partes titulosque notare.

De quatuor proprie Cardinibus sive κέντροις nomina hæc partium & titulorum usurpata sunt:

De partibus quidem hoc confirmat Firmicus, qui

quæ cum aliqua stella in aliquo Cardinum constituta est, *partiliter* eam collocatam esse dicit, hoc est in parte Horoscopi vel Medii cœli vel Occasus, vel Imi cœli. Quod de aliis octo locis nunquam posuit. Idem igitur est apud eum, in parte esse constitutum & *partiliter*, idque de solis dicitur Cardinibus. Sic libro III. cap. III. de Saturni stella, *Saturnus per diem in Horoscopo partiliter constitutus, id est in ea parte in qua est horoscopus*. Sequitur apud eundem, in secundo loco ab Horoscopo constitutus, & in tertio similiter, quorum alter est ἐπαναφορὰ ὠροσκοπιῶν, alter ἀπὸ κλίμα ἀνήμεσε θνήμας, neuter vero est Cardo. At de quarto mox posuit, in quarto loco Saturnus ab Horoscopo partiliter constitutus, id est Imo cœlo. De quinto, & sexto hoc non dixit. At de septimo iterum sic habet, In septimo loco Saturnus ab Horoscopo constitutus, id est in Occasu partiliter. De octavo & & nono qui non sunt Cardines, nihil tale, sed de decimo iterum quia est Cardo Medii cœli ita scripsit: In decimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus, hoc est partiliter in Medio cœlo. De duobus sequentibus reliquis, undecimo & duodecimo quia nec sunt Cardines, vocem *partiliter* non usurpavit. Hoc constanter observat & in aliis planetis. Ergo *partes κατ' ἐξοχὴν* de Cardinibus solis quattuor, ut & Tituli, & Tempa. Hæc vocabula de cœlo in terras deducta ad officia Ecclesiastica significanda: inde

enim Cardinales presbyteri Diaconique appellati qui cardines, sive titulos, id est templa sive Ecclesias tenebant. Nam qui *ἀπλῶς* sine Ecclesia consecrabantur, id nomen non merebantur. Olim, ut dixi, omnes presbyteri ad aliquam regendam Ecclesiam ordinati, *Cardinales & Titulati* dicti sunt. Postea de solis Romanis per excellentiam id usurpatum, cum omnium civitatum presbyteros quibus Parœciæ erant commissæ, mos esset ita vocari. Sed hæc non sunt hujus loci. *Loca* Manilius passim appellat tam ipsos Cardines, id est *ἐπικέντρους τόπους*, quam *ἐκκέντρους*, id est qui non erant incardinati. Quod de stellarum ordine bene condito, & de mixtura earum dicit, sic intelligendum est, non solum cum duarum planetarum in illis Locis sive stationibus. cœli consistentium decreta explicantur, ut Mercurii cum Sole, cum Saturno, & aliis. Sed cum plurium stellarum in diversis locis & signis partibusq; signorum consistentium potestates ex concursu & mixtura *ἁσχυματισμῶ* notantur. Hæc enim aut simpliciore modo id est *πλᾶνως* tractantur, aut accuratiore, id est *μοιρακῶς*. Simplex modus & *πλᾶλῆς* unius stellæ vim ac potestatem ad decernendum, in aliquo loco aut signo constitutæ, designat, ut exempli gratia, Luna in tali signo aut loco constituta hoc vel hoc efficit ac decernit. Hoc loco id agit Manilius, quo in Loço ex duodenis luna

na posita quot annos vitæ decernat. Accur-
tior ratio est *partilis* sive μοιρικὴ, quæ σωδρο-
μικὴ ἢ ἀστέρων exigit, atque, ut vocabant pro-
prie, σύγκρησιν. Verbi gratia, si Luna sit in ho-
roscopo, h. e. primo Loco, alia stella in decimo
ab horoscopo loco posita, aliâ in quarto, alia
vero in septimo hos vel illos actus decernent.
Inde ὁ συγχρητισμὸς ἢ ἀστέρων, & τὸ Διάθεμα,
quod alii *Thema genitura* nuncupant. *Stella-*
rum ordo conditus Manilio, est ἡ σωδρομὴ, & ὁ
συγχρητισμὸς, & Διάθεμα ἢ ἀστέρων. *Constella-*
tio Latinis & *Thema*. Sed vocem Διάθεμα ex-
pressit poeta, per *conditum stellarum ordinem*.
Sextus Empiricus contra Chaldaeos, Επὶ τῇ
ἀναφορᾷ ὁ συγχρητισμὸς ἢ ἄλλων ἀστέρων ὁ περ
Διάθεμα καλεῖται, καὶ ὅτι τῷ Διάθεμα π αἰ ὡς
αγορεύσας. *Diatheuma* dispositus est stellarum,
Thema positus: Et idem utrunq; significat. Un-
de apud Agellium lib. xiv. cap. i. *Adversum*
istos qui sese Chaldaeos seu Genethliacos appellant, ac
de motu, deque positu stellarum dicere posse qua fu-
tura sunt, profitentur. Sed *Thema* proprie tra-
ductum est ad genituræ sive horoscopi cujus-
que constellationem significandam. Unde
apud Suetonium, *Thema suum vulgavit.* Et apud
Anubionem vetustissimum Græcum poetam
in Elegiis de horoscopo, θεμα pro genesi. Νυ-
κτερινὸν enim θεμα posuit pro nocturna ge-
nitura,

Ὡς πῶς νυκτερινὸν σκοπεῖσθαι θεματὶ.

Sed & ῥέσιν Διάθεναι dixerunt, unde Διά-
θεμα idem quod θέμα Epigramma vetus:

Καὶ γένεσιν Διάθεῖς, Αὐλῶ ὁ Ἀστρολόγῳ.

Et genesin disponens Aulus Astrologus.

Tertullianus in Libro de Anima cap. xxv. ge-
nituram digerere hoc dixit, quod est Διαπέναι.
Sic enim & optimæ Glossæ interpretantur.
Verba Tertulliani: *Cur autem veteres Astrologi ab
initio conceptus genituram digerebant?* Inde & Διά-
θεμα Sexto Empirico pro genituræ ipsius di-
gestionem, quod aliis Thema dicitur. Οὐκ ὀλί-
γοι γὰρ τὸ αὐτὸ Διάθεμα ἐξηκῶτων ὑπερώτατα
κατεγίγασαν. Non pauci eorum qui eandem geni-
turam, vel idem Thema habuerunt, miserrime con-
senuere. Et paulo post, Διάθεμα γενέσεως, quod
aliis passim θέμα, absolute appellatur, εἰ γὰρ
οἱ τὸ αὐτὸ Διάθεμα τὴν γενέσεως ἔχοντες τοῖς αὐ-
τοῖς ἀποτελέσμασιν ἐν τῷ βίῳ, πεπιπύλασι. Qui
eandem genituræ collectionem vel ordinatio-
nem habent, id est idem Thema. Idem Sextus
Διάθεμα ἀσέρων vocavit stellarum dispositum,
æque ut Manilius dixit, *conditum ordinem*,
φθάνει ἀπλοῦτον ῥέσθαι τὸ περὶ τοῦ ἀσέρας Διά-
θεμα. Et sane non in unius signi figura vel stel-
læ positu genitura consistit, sed in plurium
disposita ordinatione & configuratione, quæ
Constellatio etiam proprie Latinis auctoribus
dicta est. Unde Constellationem colligere apud Hi-
storix Augustæ scriptores, idem quod The-
ma colligere, quod Querolus Plauti subditi-
tius,

ctus, *genesin colligere* dixit. Hinc *Διάθεμα* pro
genesis, & pro illa mixtura stellarum vel *συμ-
 ποσις* quæ in *genesis* cujusque colligenda ob-
 servatur. At *θεμα* etiam dici potest de unius
 stellæ positu, vel constitutione in aliquo horo-
 scopi vel fortunæ sortis loco, quale hîc se tra-
 ctaturum esse promittit Manilius, quot nimi-
 rum vitæ annos tribuat Luna in singulis Car-
 dinibus & reliquis octo locis posita.

Si bene constiterit primo sub Cardine luna.

At alibi dicturum se pollicetur, quem nume-
 rum annorum genito tribuant, *Templa &
 Partes cœli, sive Loca,*

Cum bene constiterit stellarum conditus ordo,

Hoc est τὸ *Διάθεμα* τὸ ἐκ τῶν ἀστέρας. At
Thema cum pro ipso genituræ Diathemate
 dicitur, non à positu siderum hoc nomen fa-
 ctum est, sed à positione & collectione ipsius
 genituræ. Sic enim dixerunt *ponere genesin*, pro
 colligere & construere, ut *ponere ades*, *po-
 nere vires*: Sed & *poni calculus* dicitur in ratio-
 nibus putandis. Quod igitur *poni genitura*
 dicitur pro colligi & construi, inde & *Thema*
 pro ipsa genitura vel horoscopo. Sic cum
poni pecunia in fœnus tralaticium sit, ex eo
θεμα pro sorte pecuniæ quæ fœnori datur.
Poni præmium Latini Græcique dicunt. Inde
 & *θεμα* pro mercede & præmio. Ut apud
 Ignatium, *θεμα ζωῆς αἰώνι*. Hinc & *θεματικὴν
 αἰῶνες* quibus pecunia pro præmio ponitur.

Poni speciem legis & casum Iurisconsultis vulgatum est. Ex eo *θέμα* legis id vocatur. Ponuntur legiones in limitibus provinciarum ad eas tuendas. Inde & *θέματα* pro legionibus. Sed & provinciæ ipsæ sic vocatæ. Magis igitur probaverim *ἡ θέμα* appellari duodecim locorum Horoscopi vel sortis Fortunæ *τοποθεσίαν* quam *Thema*, ut vocavit Scaliger. Nam *Thema* magis proprie de collectione genituræ cuiusque usurpatum est, ut *Thema mundi*, *Thema Platonis*, *Thema Therpsitæ* & aliorum apud Firmicum. Tractatus igitur quem hic instituit Manilius *τὸ ζώδιον καὶ ἀπὸ τοῦ ἀστροῦ διώαμιν* vocatur, id est *πάλιν* & *ἀπὸ ἀστροῦ*. De Lunæ nimirum potestate & efficientiæ cum in Cardinibus & Locis reliquis constituta fuerit, quot nimirum vitæ annos genitis tribuat:

*Si bene constiterit primo sub cardine luna,
Quo redit in terras mundus, nascentisque tenebis
Exortum, octonos decies ducetur in annos,
Si duo decedant.*

Si Luna in primo cardine constituta fuerit, id est in Horoscopi parte, dat vitæ annos septuaginta octo. Hic est primus Locus. Si in decimo Loco constiterit, id est in decimo ab Horoscopo signo, qui locus Medium cælum à Latinis, à Græcis *μεσσηνίμα* dicitur, dat vitæ annos septuaginta quinque.

———— *At quum sub culmine summo*

Con.

Consistit, tribus hic numerus fraudabitur annis,
 Id est tribus annis minus dabit τὸ μεσεγγήμα
 quam horoscopus vel ἀνατολή, quæ septua-
 ginta octo dabit, ita de ceteris. Duodecim igitur
 illa Loca sive partes cœli, sive stationes, annos
 vitæ dant diversos, ut ibi exponit Manilius,
 nempe, LXXVIII. LXXV. LXXVI. LXI.
 LXVIII. LXIII. LVII. L. XLII. XXIII. XIII. XII.
 Nullus horum annorum Climactericus est,
 sed omnes pro vitæ termino. Ergo nec in hac
 annorum enumeratione LXIII pro Climac-
 terico habendus, sed pro vitæ spatio quod
 tribuit ἐπαναφορὰ μεσεγγινοῦτος, qui quintus
 est ab Horoscopo Locus, ac de trigono ab eo
 videtur, & ἀγαθὸς δαίμων dicitur. De hoc
 enim intellexit Manilius his versibus:

Quod fuerit lavum, pralataque signa sequetur

Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.

Hi sunt sexaginta tres anni quos ἐπανοφορὰ
 αὐτὸ μεσεγγήματ', sive ὑποχαίς, nascentibus
 dat cum Luna constituta est in quinto ab Ho-
 roscopo loco, qui ἐπαναφορὰ αὐτὸ μεσεγγήμα-
 τ' dicitur, & Græcis Ἀγαθὴ τύχη vocatur,
 maximaq; societate cum Horoscopo conjun-
 gitur, utpote quod de trigono ab eo radios
 suscipit. *Lavum trigonum* appellat Manilius quod
 est in quinto ab Horoscopo loco, & est ἐπανα-
 φορὰ & ὑποχαίς, Græcis ἀριστὸν τρίγωνον di-
 citur, quod in consequentia, sive successu si-
 gnorum efficitur. Scaliger male *Lavum Trigonum*
 in-

interpretatus est. At dextrum trigonum de
 Σποκλίματι dicitur μεσσερχνήματι, qui Θεός
 vocatur Græcis, & bonus est ab Horoscopo
 Locus, ac de trigono quoque ab eo videtur, in
 antecessu sive προηγήσθαι signorum:

*Quidque prius natum fuerit, dextrumque trigo-
 num,*

Hoc sexagenos tribuit, triplicatque quaternos.

Prius natum appellat, τὸ προάγον vel προανα-
 φερόμενον ζώδιον, quod etiam Σποκλίμα nun-
 cupatur, quia dum præcedit Cardinem Medii
 cœli ab eo quoque recedit versus occasum.
 Dat hic locus septuaginta duos annos vitæ.
 Duodeni igitur numeri quos supra recensui-
 mus, numeri sunt annorum vitæ quos singu-
 la Loca quæ memorata sunt, nascentibus tri-
 buunt, qui diversi sunt à Climactericis annis
 quatenus annus ultimus vitæ non idem est
 cum Climacterico. Idque inde ostenditur
 quod Climactericum suum annum multi eva-
 dunt, cū ultimus vitæ annus quem astra decer-
 nunt non sit evitabilis. Perperam igitur Sca-
 liger dum interpretatur versus illos Manilia-
 nos quibus dicit quintum ab Horoscopo lo-
 cum, hoc est signum quod sequitur Imum cœ-
 lum, tribuere sexaginta tres annos vitæ, id pro
 anno Climacterico accepit. Cur in aliis nu-
 meris non idem dixit, cum certum sit nullum
 ferme eorum non esse alicui Climactericum,
 cum de positu siderum agitur quæ Climacte-
 ricos

ricos annos decernunt. Septuaginta & octo annos vitæ dat Horoscopus. Hi sunt anni vitæ. At septuagesimus octavus annus nullus est inter Climactericos. Septuaginta quinque annos tribuit Medii cœli locus, qui ab horoscopo decimus locus est. Nec ullus septuagesimus quintus est annus inter Climactericos. Septuaginta sex annos assignat Occasus, hoc est septimus ab horoscopo Locus. At septuagesimus sextus Climactericus est annus ejus qui pro horoscopo habet primum Decanum Scorpii, & primum Aquarii. Imi cœli locus qui quartus est ab horoscopo dat annos vitæ unum & sexaginta. Sexagesimus primus annus Climactericus est genitorum sub secundo Decano Tauri, & sub tertio. Item sub secundo Decano Scorpii, & sub secundo Sagittarii, & sub secundo Piscium. Nonus ab horoscopo locus, id est ἀπὸ κλίμα Medii cœli, dat vitæ annos sexaginta octo. Sexagesimus octavus vitæ annus, Climactericus est habentium horoscopum tertium libræ Decanum. Parcā cæteros adscribere annorum números quos reliqua loca tribuunt. Ex his Scaliger unum solum Climactericum esse voluit sexagesimum tertium quem dat quintus ab horoscopo locus pro ultimo vitæ anno, cum idem annus quando Climactericus est non semper sit ultimus. Si Climactericum ideo putavit quia per septenarias periodos multiplicatur, certe etiam

septe-

septenarius est quadragesimus secundus quem vitæ terminū decernit secundus ab horoscopo locus, qui ἐπανάφορῃ ὠροσκοπῆντος ζῶδις dicitur, secundum eundem Manilium his versibus:

*Quemque locum superat nascens horoscopus, ille
Dena quater revocat vertentis tempora Solis*

Accumulatque duos cursus, juvenemque relinquit.

Car Scaliger dum hunc numerum quadraginta duorum annorum ad eum locum notaret non etiam adnotavit esse Climactericū? Certe etiam septenarius est eo sensu quo Climactericos hodie definiunt Mathematici, ex septies septenis compositus. Certe & Climactericus adscribitur illis qui nascuntur horoscopante secundo Decano Cancri, primo Scorpii & secundo tertio Sagittarii, tertio Aquarii, secundo, & tertio Piscium. Nimirum credidit Scaliger nullum alium esse Climactericum annum præter sexagesimum tertium quia ex novenis pariter & septenis periodis constat. Alioquin æque Climactericum esse observasset quadragesimum secundum qui etiam, ut diximus, septenarius est, non etiam novenarius. Idque videtur adstruxisse ex loco Firmici male lecto, & pessimè intellecto. Ita enim corruptum correxit, ut non multo minus quam erat depravatum reliquerit. Sic vulgo habetur in editis lib. IV. cap. XIV. *Inter ceteros præterea diametros hoc maxime observandum est, quod septeni anni ac noveni per omne vitæ tempus*

*pne multiplicata ratione currentes naturali quadam
 & latenti ratione, variis hominem periculorum dis-
 criminibus semper adficiunt. Vnde & sexagesi-
 mus tertius annus quia utriusque numeri summam
 pariter excipit, Androclas appellatus est. Novies
 enim septem anni sexaginta tres fiunt, & rursus se-
 pties novem simili modo anni fiunt sexaginta tres.
 Pro his verbis, Inter ceteros præterea diametros
 hoc maxime observandum est, emendavit Scali-
 ger, inter cetera primum Climacteras maxime ob-
 servandum est. Recte quidem fateor corre-
 ctum, Climacteras pro diametros, sed reliqua
 impure. Ex quibus collegit eos solos esse Cli-
 macteras, qui ex novem & septem multipli-
 cantur, ut est sexagesimus tertius. Aliud lon-
 ge voluit Firmicus, cujus hæc scriptura in an-
 tiquissimo libro Bibliothecæ Regiæ à me re-
 perta est: Extra ceteros Climacteras, etiam septimi
 anni & noni per omne vitæ tempus multiplicata ratio-
 ne currentes naturali quadam & latenti ratione variis
 hominem periculorum discriminibus semper afficiunt.
 Præter ceteros Climacteras eos notat maxi-
 me esse periculosos qui septimi & noni per
 omne vitæ tempus multiplicata ratione cur-
 runt. Ergo alios etiam Climacteres agnovit
 qui nec septenarii sunt, nec novenarii. Esse
 autem quosdam septenarios simpliciter statuit
 qui ex septenis circuitibus componuntur, alios
 qui ex novenis, unum vero esse sexagesimum
 tertium qui utriusque numeri summam excipit,
 quia*

quía septies novem sunt sexaginta tres , & novies septem eandem summam reddunt. Hæc est mens Firmici. Ergo quidem sunt Climacteres septenarii juxta Firmicum, omnes nempe qui per septenos numeros multiplicantur, ut est, septimus, quartus decimus, vigesimus primus & cæteri qui crescunt additione septenarii numeri. Novenarii vero qui similiter augentur adjectis subinde novenis , ut nonus , decimus octavus , vigesimus septimus, & ita reliqui. Sunt & ex novenis & septenis pariter compositi , ut sexagesimus tertius. Alii præterea Climacteres, & plurimi quidem ponuntur, qui nec septenarii sunt, nec novenarii, nec ex utroque numero compositi. Sexagesimus autem ille tertius quem pro solo Climacterico admittere videtur Scaliger eo loco quo talem existimat ne quidem est Climactericus, sed vitæ annus ultimus. Multum autem differunt anni Climacterici ab illis qui vitam finiunt, ea re maxime quod ultra Climactericos sæpe vita producit, quæ semper ultimo terminatur. Cum vero Climactericus finē vivendi facit, coincidit eo modo cum vitæ ultimo anno. Alio etiam modo coincidit si καὶ ἐκ τῶν ut computabant, annorū vitæ Climacter incurrat Tunc anticipat vitæ finē & hominem tollit. Exempli gratia, Substantiæ annorum vitæ sit ex annis quadraginta septem, Climactericus vero annus sit quadragesimus quin-

quintus, tollitur quodalem habet genesin, ἐπεὶ
 ὁ καὶ ἐκείνην τῇ τῆς ὑποστάσεως ἐτῶν ὁ κλιμακτῆρ
 ἐμπέπηκεν. Ita Valens. Hæc ratio facit potius
 quam vis numeri septenarii & novenarii quæ
 eum perficit, ut sexagesimus tertius annus sit
 omnium ferme Climacterum periculosissimus.
 Cadit enim in serē ætatis & in occasum vergen-
 tis quasi vespertinum tempus, & propinquan-
 tem vitæ finem sic sæpe anticipat, ut de qua-
 dragesimo quinto Climacterico dixit Valens,
 qui annum vitæ quadragesimum septimū solet
 anticipare. εἰ μὴ οὐ αὖ ὁ καὶ ἐκείνην ἔκινε τῶν
 κλιμακτῆρ ἐμπέση καὶ γένηται τὸ περὶ τριμήσιον, περ-
 λήψεῖ ὁ κλιμακτῆρ λόγῳ. Alius igitur λόγος
 κλιμακτῆρ, alius τῶν τῆς ζωῆς. Tanto vero
 periculosiores solent esse Climacteres, quanto
 propius ad determinatum à stellis vitæ finem
 accedunt. Talis est sexagesimus tertius qui in
 decimam & ultimam vitæ, ut à Physicis decer-
 nitur, hebdomadem incidit. Vnde & ἀνδροκλᾶς
 ab Ægyptiis vocabatur, teste eodem Firmico.
 Sic enim libri recte eo loco legunt: *Hac ex causa
 Androclaus ab Ægyptiis dictus est quod omnē vitæ sub-
 stantiam frangat ac debilitet.* In scriptis habetur
substantiam viri. Quod magis exprimit vim no-
 minis ἀνδροκλᾶς. Alioquin *Substantiā vitæ* auctor
 ille appellare consuevit, quam Græci Mathe-
 matici ὑπόστασις, nempe summam annorum
 quibus vita constat ac subsistit ex decreto stella-
 rum. Valens, ἡ ὑπόστασις εἰ μὴ τῶν μζ. Si vitæ

substantia sit annorū quadraginta septem. Κα-
 θολικῶς etiam ὑπάρσιν appellant. *Androclas* in
 veteri codice legitur. Quod non est Græce ἀν-
 δροκλας ut scripsit Scaliger, sed ἀνδροκλας, ἀνδρο-
 κλάδος. At celeberrimus quondam juris in hac
 Academia Professor in oratione de annis Cli-
 maſtericis peſſime dixit *Androdem* hunc annum
 à Græcis appellari & ab Ægyptiis *Androclēm*.
 Quod eſt abſurdum. Ægyptii illi quos intellexit
 Firmicus, ſunt Græci ſed Alexandrini. De iſſdē
 quippe ſenſit loquētibus Græcè Ægyptiis idem
 Firmicus cum ſcripſit lib. 11. cap. 11. de Planetis:
*Sed has ſtellas non eodem nomine quo nos aut quo Gra-
 ci, Ægyptii nominant. Nam qui à nobis Saturnus di-
 citur, ab Ægyptiis Φαίνων vocatur.* Ita legendus
 ille locus ex vetuſtiſſimo exemplari. Duplīciter
 igitur conſideratur ſexageſimus tertius annus,
 ut & cæteri vitæ anni, aut tanquā κλιμακτηριῶς
 aut tanquā ultimus annorum quibus vitæ tem-
 pus definitum eſt. Aliquando Climaſterici an-
 ticipant vitæ ultimum annum, ac pro ultimo
 cedunt, aliquando ita in vitam incurrunt, ut
 non eam finiant. Et hæc propria Climaſte-
 rum notio eſt. Inde & Firmicus eo capite quo
 generales genituræ Domini aphoriſmos pro-
 ſequutus eſt, de Climaſteribus etiam egit quos
 tamen ab ultimis vitæ temporis annis diſcrevit
 quia non ſemper hominem conficiunt, ſed va-
 riis eum periculorum diſcriminibus ſemper af-
 ficiunt. Per genituræ Dominum, quem & vita
 dātorem

datores vocabant, vitæ spatium invenire præcipue satagebant. Quamvis autem Zodiaci signa per se, & Cardines etiam quaterni cum adjunctis sibi locis sine ulla stellarum societate & mixtura spacia vitæ solerent statura decernere, maximam tamen hujus rei decernendæ potestatem in Domino genituræ ponebant. *Laborandum itaque est,* inquit Firmicus, *& omni sollicitudinis intentione querendus genitura Dominus, ut per hunc invento vita spatio, & à Chronocratore singulis stellis diviso, omnia possimus quæ decreta fuerint explicare.* Sequitur continuo apud eundem de Climacteribus, qui ad vitæ tempora etiam eo nomine pertinent quod interdum & eam terminent, semper autem variis periculis illam afficiant. Vitæ ille humanæ dator, quem & *vita dominum*, & *genitura dominum* vocabant, Græci οἰκοδεσπότης, vitæ tempora aut longiora aut breviora decernit prout collocatus fuerit. Inspiciebant enim quænam stella ex septem Planetis quo in Loco quo in signo, quibus finibus, & quibus partibus signi constituta esset. Si bona stella, bono loco, bono signo, bonis partibus posita sit longissimū vitæ spatium decernet. In quibus contemplandis tres gradus constituebant, boni, minus boni, & mali. Exempli gratia, si Sol cum genituræ est dominus bene decernat, centum & viginti annos vitæ decernit: si mediocriter, sexaginta novem: si male, annos decem & novem

vem, aut menses decem & novem. Mars
 omnium pessimus post Saturnum si bene de-
 creverit, sexaginta tres annos decernit: si
 medie, quadraginta: si male, annos quindecim,
 aut menses totidem, horas XII. Ita le-
 gunt libri apud Firmicum *sexaginta tres*, non
sexaginta sex. Ergo quando Mars est genituræ
 dominus, si bono loco constiterit, in bono si-
 gno & in bonis partibus, sexaginta tres annos
 vitæ decernit. Verior est tamen vulgata scri-
 ptura, ut infra dicturi sumus, ubi de periodis
 Planetarum agemus. Sunt & signa quæ lon-
 gissimam vitam decernunt, ut & Loca. Nam
 quot gradus ascendebat signum, tot annos vi-
 tæ tribuere credebatur. In sexagesimo ac tertio
 anno, finem vitæ statuit sæpe stella, signum
 vel locus. Diversus tamen in omnibus est an-
 nus qui finem ævi omnino dat à Climactere
 qui in annum hunc ipsum incidit. Non enim
 semper vitam præcidit. Non quippe semper
 sunt fatales Climacterici anni ac θανάτοφοροι,
 sed fere sæpe Πικρόδυνοι & Πισφαλείς ut Græ-
 ci loquuntur. Evadunt fatales ex occurso male-
 volarum stellarum quibus irradiatur Horosco-
 pus. Si autem, inquit Firmicus, *qua periculum fa-
 cit stella in bonis locis fuerit inventa, vel in iis in qui-
 bus gaudet signis ac finibus, & à benevolis respiciatur,
 atque in genitura bene sit collocata, discrimen immi-
 nentis periculi mitigatur. Sin vero aliter fuerit ac
 nocendi licentiâ sibi permissa potestate perceperit, fa-*
cis

cit hominem inexplicabilium miseriarum laqueis implicari, ut mors imminens, seu periculum nulla possit ratione, aut providentia vitari. Hæc res etiam præstat ne semper letiferi sint Climacteres, quod non semper mortem minantur, sed alia etiam periculorum varia genera quæ non occidunt, sed patrimoniiis aut dignitatibus homines spoliant, aut in debilitates corporis & animi curas conjiciant. Firmicus de periculis illis quibus Climacteres hominem afficiunt, ita loquitur: *Periculorum autem non una substantia est, aut enim ex accusationibus, aut delationibus, aut ex insidiis, & navigationibus, aut ex itineribus ac damnis patrimoniique amissione, aut ex agritudinibus, aut ex veneribus, corporisque debilitate, aut ex bestiis & ruinis, aut ex luto & præcipitiis omne periculorum discrimen affertur.* Plinius etiam, ut & Firmicus, eodem capite de varietate nascendi & statis vitæ temporibus quæ à stellis accipiuntur, ac de Climacteribus differuit. Sed videtur ille existimasse Climacterem omnem vitæ metas ponere. Nam *scansilem annorum legem occiduam* appellavit, & ex disciplina sectatorum Æsculapii qui stata vitæ tempora à stellis accipi tradebant, *secundum eam legem scansilium annorum occiduam quam Climacteros vocabant*, raro ita genitis sexagesimum tertium annum superari asserit. Sic eundem sexagesimum annum & vitæ finem & Climacterem videntur statuisse. Puto tamen Plinium hallucinatum esse nec

recte eorum mentem percepisse. Nemo enim ex veteribus Astrologis Climacteras eos esse statuit qui vitam omnino abscinderent. Aut enim plures quisque in omni vitæ suæ spatio Climacteres habet, & tum certum est non omnes omnino Climacteres vitæ stamen præcedere. Aut unus Climacter singulis datus est. Hoc si verum, & is capiatur pro ultimo die, nullus Climacter fuerit nisi letifer. Atqui constat ex doctrina antiquorum Mathematicorum, & ex ratione Climacterica, non tantum mortis periculum denuntiare Climacteres, sed etiam damna varia, & luctus ægrotudinesque, debilitationem corporis ac membrorum fractionem citra mortem. Præterea in Climacterum summa ab auctoribus tradita summum & ultimum invenio nonagesimum septimum annum adscriptum. Atqui multi ex siderum decreto, ut iidem auctores autumant, hunc terminum transcendunt. Nam qui Solē in bonis locis, signis & partibus constitutum habuerit, centesimum & vigesimum vitæ annum explebit. Qui Lunam similiter bene decernentem in genitura sua expertus fuerit, ad centum & octo annos dicunt perventurum. Omnis igitur Climacter quatenus Climacter intra vitæ finem statuitur, & superesse adhuc aliquot annos ad vivendum indicat, nisi hominem tollat quod & aliquando facit. Præterea κλιμακτηρ periculi tantum, non mortis significationem

• habet

habet, & Agellius ex Varrone *Climacteræ* pericula à Chaldæis vocari docet. Quo sensu & à Vettio Valente poni infra docebimus. Ad Firmicum redeamus. Is *Climacterum* quattuor genera facit in eo capite xiv. Hebdomadicos, Enneadicos, qui Hebdomadici simul sunt & Enneadici, & eos qui neque Hebdomadici sunt neque Enneadici. Si enim, inquit, *septeni ac noveni anni qui Hebdomadici à Græcis & Enneadici appellantur, gravia semper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet sexagesimus tertius qui utriusque numeri multiplicatam, & invicem sibi obligatā perficit summam?* Ergo sexagesimus tertius Hebdomadicus simul est & Enneadicus. Alii sunt simpliciter Hebdomadici secundū Firmicum. Hi nempe qui per omne vitæ tempus septenis periodis multiplicati procedunt. Alii Enneadici qui per novenos circuitus ambulant. Alii qui ex neutrius numeri summis perficiuntur recurrentibus. Quod intellexit his verbis, ut à nobis ex antiquissimo exemplari emendata sunt: *Extra ceteros Climacteres, septeni anni ac noni per omne vita tempus multiplicata ratione currentes.* Vettius quoq; Valens in Anthologiis Astrologis diversa duo habet capita, unum *ἐν κλιμακτῆρι ἐβδομαδικῷ & ἐννεαδικῷ ἀγωγῆς* quo tractat de Hebdomadico & Enneadico Climactere: alterum *ἐν κλιμακτῆρων*, quo in genere persequitur omnes Climacteres qui non sunt Hebdomadici neque Enneadici.

Hic primus error est recentiorum Doctorum quod non alios agnoscant Climacteres præter Hebdomadicos & Enneadicos, quos *septenarios* appellant & *novenarios*. Secundus & primo etiam major, quod Hebdomadicos hos Climacteres interpretantur de septenis annis multiplicata ratione per omne vitæ spatium currentibus. Similiter & Enneadicos de novenis ita multiplicatis per novem annorum recurrentes periodos. Sed in hunc errorem eos videntur antiqui ipsi Latini auctores conjecisse qui Græcorum Mathematicorum *ἑβδομαδικὸς* & *ἐννεαδικὸς* ita interpretati sunt, ut Varro ipse, post eum & ex eo Agellius, Censorinus, etiam ipse, quod miror, Firmicus: Nam de illis qui Grammaticam & litteraturam humaniorem professi sunt, minus fortasse mirandum sit. Hic igitur Hebdomadicos annos *septenos* appellat, & Enneadicos *novenos*, quos & sic exponit, qui per septem & novem annorum rationem in omni vitæ spatio multiplicantur. Longe alios esse *ἑβδομαδικὸς* Græci Mathematici, atq; *ἐννεαδικὸς*, intellexerunt, & longe aliter eos computarunt. Nam *ἑβδομαδικόν* eum ponunt qui non sit septenarius, & qui septenarius est eo sensu quo hodie accipiunt, non est illis Hebdomadicus. Vettio Valenti quadragesimus quintus annus Hebdomadicus est. At non esse septenariū res ipsa indicat. Quadragesimus quippe secundus, vere septe-

septenarius est, ex sexies septenis compositus. Quomodo autem quadragesimus quintus ἐβδομαδικὸς sit, & quare sic dicatur, idem explicat in eo capite quo tractat περὶ κλιμακτῆρος ἑβδομαδικῆ καὶ ἐννεαδικῆ ἀγωγῆς. Quam explicationem se proficitur hausisse ex libris Regis Petosiris. Ab ortu caniculæ in quo initium anni sui collocabant Ægyptii, tempus numerabant usque ad diem nativitatis ejus cujus Climacter erat inveniendus Hebdomadicus. Ex numero dierum collecto ab ortu caniculæ usque ad genituræ diem, dierum quinquaginta & duorum cum septima parte diei summam toties eximebant quoad res id permetteret. Qui residui essent, toties multiplicabant, quoties exemissent quinquaginta & duum dierum summam cum septima. Ex quibus sic multiplicatis numerus Climacteris Hebdomadici colligebatur. Exempli gratia ponam numerum dierum collectum ab exortu caniculæ usque ad diem ἡμεθλιακόν. Sit is numerus ducentorum & viginti. Quater eximantur quinquaginta duo dies, & septima diei. Numerus inde exit ducentorum & octo cum quattuor septimis. Reliqui sunt undecim dies & tres septimæ. Quater hæc in se ducta efficiunt Hebdomadicum Climacterem, annum nimirum quadragesimum quintum, qui non est septenarius ea notione qua vulgo accipitur, non enim ex septenis perio-

componitur. Tot autem dies in illa supputatione tolluntur ex summa dierum quæ intercedit inter caniculæ exortum & diem genescos quot in annum septimanæ incurrunt. Nam in anno sunt septimanæ quinquaginta duæ. Septies quippe quinquaginta duo dies cum unius diei parte septima perficiunt CCCXLV. idest unum integrum annum vertentem. Totidem dies quam multis potest fieri vicibus ex summa dierum à caniculæ ortu usque ad genituram interpositorum eximuntur, nempe quinquaginta duo cum septima unius. In quo numero nulla est septenarii numeri revolutio multiplicata. Si major aut minor numerus dierum sumatur quo exortus caniculæ distet à die natalitio, eadem methodo invenietur Climacter hebdomadicus. Non ergo ab annis septenariis, vel per septenos circuitus gradatim consurgentibus hebdomadicus Climacter nomen invenit. Nam numerus ille dierum non est Hebdomadicus. Ne quidem quater in se ductus talis est. Ergo ab anni septimanis quæ *Hebdomades* dicuntur, appellatum constat. Tot enim dies eximuntur quot in anno sunt Hebdomades. Inde ἐβδομαδις, non ab annorum Hebdomade, sed à dierum, quæ sic proprie & absolute dicitur. *Septimanarius* igitur annus potius vocandus quam *septenarius*. Si Climacter ejusmodi ἐβδομαδις in ἐννεαδις incidat, tum deteriora omnia fieri, & majora pericula por-

portendi asserunt, εἶρηκεν ᾧ ὅτι ἐὰν ἐβδομαδικὸς ἐμπέσῃ εἰς τὸ ἐννεαδικόν, ἀσύμφωνα τὰ πράγματα ἔσται. Dixit autem, nempe Petosiris, quod si *Hebdomadicus* incidat in *Enneadicum*, incongruae res erunt. *Hebdomadicum* proposuit quadragesimum quintum. Quomodo incidat in *Enneadicum* ita explicat, οἷον ἐβδομαδικὸς ἤνεγκεν μοίρας ἑ. ταῦτα ἀναλύεται εἰς τὸν ἐννατον, πρῶτόν τε ἔσθ' ἐννάκις ἑ. συνάγεται μέ. Verbi gratia, *Hebdomadicus* infert paries quinque. *Hæc resolvuntur in numerum nonum*. Nam novies quinque inde exeunt, colligitur quadragesimus quintus. Hæc non intelligo. Quanto simplicius erat dicere, quadragesimum quintum annum ex quinquies novem esse compositum, & sic esse *Enneadicum*? Sed nugatoriae artis auctor summus non ita *Enneadicos* & *Hebdomadicos Climacteres* computabat. Vidimus quomodo *Hebdomadicos* colligeret. In *Enneadici* numerandis eandem viam institit, Ut quinquaginta duæ sunt in anno septimanæ, totidem dies à numero spatii quod erat à caniculæ exortu ad diem genituræ expellebat quam pluribus id fieri vicibus poterat. Inde *Hebdomadicus*. *Enneadicum* eadem colligebat ratio. Ut annus in quinquaginta duas hebdomadas dividitur, ita in quadraginta enneas. Superant dies quinque cum quadrante. Per quadraginta igitur dies è summa temporis deductos quod inter caniculæ exortum

tum & genituram intercedebat, Enneadicum colligendum præcipit, ut Hebdomadicus per quinquaginta duos colligebatur. Quadraginta igitur dierum numerus sollemnis est computando Enneadico, quia tot sunt in anno Enneades, ut quinquaginta ac duorum dierum summa tritralicia erat ad computandum hebdomadicum, quia totidem erant in anno Hebdomades. Ex hac supputatione quadragesimus quintus est Hebdomadicus. Supra quadragesimum qui numerus est legitimus colligendo Enneadico, excurrunt quinque dies. In novem si resolvantur & per novem multiplicentur, reddunt quadraginta quinque dies, qui est Hebdomadicus simul & Enneadicus. Quam diversa hæc ratio ab illa qua vulgo solent computare septenarios & novenarios Climacteres, & ex utrisque simul contextos? Secundum illam quippe vulgarem rationem in vita centum & viginti annorum unus modo Climacter invenitur septenarius simul & novenarius, nempe sexagesimus tertius. At juxta computandi modum quem Petrosiris instituit, plures sunt Hebdomadici in illo spatio vivendi qui in Enneadicos incidunt, & è contra multi Enneadici cum Hebdomadicis incidentes possunt inveniri. Talis est quadragesimus quintus, Hebdomadicus simul & Enneadicus, hoc est Hebdomadicus in Enneadicum incidens, cum ex neoterico-
rum ratione ac disciplina Enneadicus tantum
dici

dici queat. Sic non quattuor tantum genera fuerint Climacterum ut supra docuimus, sed quinque. Nam præter communem Climacterem qui nec septenarius est nec novenarius: Item præter novenarium simplicem, & septenarium qui per septem & novem annos surgunt, duo alia genera sunt, unum Hebdomadici in Enneadicum incurrentis quæ liceat dicere ἐβδομαδοεννεαδικὸν : alterum Enneadicum qui incidit in Hebdomadicum, & quem possis nominare ἐννεαδοεβδομαδικὸν. Enneadicum igitur eodem modo inveniebant quo Hebdomadicum & pari ratione, pro Hebdomadibus anni Enneadas sumendo, & quinarium numerum quater in se ducendo. Ex quo quadraginta surgunt, quot in anno quoque sunt Enneades præter quinque dies & quadrantem. Ἡμεῖς ὅ, inquit Valens, συντομώτερον ἔφαρμεν ὅτι τὸ πέμπτον τετρακίς πολλαπλασιάζει καὶ κεκεῖσθαι τῷ αὐτῷ τρίπῳ, ὡς ὅτι τὸ νβ. ἢ διόντα πέντων ἐννεαδικὸν ζητεῖν μὴ συμπίπτει αὐτῷ ἐβδομαδικῷ. Repertum eo modo Enneadicum dispiciebant an concurreret cum Hebdomadico, eodem modo quo inventum Hebdomadicum videbant num incidere in Enneadicum. Exempli gratia: Ponamus à Canciculæ exortu ad diem natalicium interjici dies nonaginta & unum. Video quoties ex ea summa quadraginta possim extrahere. Extraho bis. Restant decem dies, & decem cū duobus

bus quadrantibus qui superabant ex numero Enneadum ad integrum annum vertentem conficiendum. Si bis hæc in se duçantur, dabunt numerum quadraginta duorum annorū qui erit Enneadicus Climacter. Concurreret autem cum Hebdomadico, quia sexies septem sunt quadraginta. Si sumantur dies centum & sexaginta qui concurrerint ab exortu sideris canicularis usque ad diem nativitatis, quater inde quadraginta extrahendo, remanentes quinque dies cum quadrante ad anni integri complementum ubi quater multiplicaveris, exurget vigesimus primus annus, qui annus erit Enneadicus ita genito, cum tamen sit septenarius quia ex ter septenis conficitur. Quærat hicaliquis an non numerum à Petosiri propositum ad inveniendum Hebdomadicum, liceat per enneadas numerare, & ex eo etiam investigare annum Enneadicū. De ducentis & vicens diebus si eximantur quoties id fieri potest, dies quadraginta, quinquies id fiet, & remanebunt dies viceni cum quinque *επαγομένην* diebus & quadrante. Hæc si quinquies multiplicentur, dabunt diem unum & centesimum cum quadrante. Qui erit Enneadicus Climacter, hanc genituram habentis. Quid inde sequetur? Ex dissimili numerorum computatione duos Climactericos annos diversos eidē genituræ competere, Hebdomadicum quidem qui in annum qua-
dra-

dragesimum quintum incurrat, & Enneadicū qui in centesimum primum. Hanc difficultatem paulo post examinabimus & decidemus. Ex numero autem proposito à Petosiri ad inveniendum hebdomadicum annum, ideo non potest Enneadicus colligi quia Climacteres ad centesimum annum usque non procedunt, ut jam diximus. Sed potest tamen dari talis numerus dierum ex quo per Enneadas simul & Hebdomadas ratione inita, Hebdomadicus & Enneadicus in eadem genesi possint inveniri diversi. De quo nos infra suo loco. Non solum autem, ut ante dixi, investigabant his modis Climacteres sive Climactericos annos hebdomadicos & Enneadicos, sed etiam menses & dies anni Climacterici, & ipsos Climactericos Hebdomadicos & Enneadicos. Exemplū proposuit Valens tale in genesi quæ incidit in mensis Athyr vigesimum septimum, secundum Alexandrinos. Sic enim ibi scribendum pro vigesimo sexto, anno Hadriani tertio. Hæc genesis habuit Climacterē annū trigesimum quintum, qui incidebat in annum decimum septimum Antonini Pii. Non dicit auctor Climacterem illum fuisse Hebdomadicum, sed diem illius Climacteris Climactericum qualiter esset investigandus proposuit. Eum esse affirmavit undecimum mensis Phamenoth. Quod ita colligit. Triginta quinque sunt anni pleni, & anni triens usque ad diem genethliacum qui incidit in

in diem vigesimum septimū mensis Athyr Ab hoc mense usque ad mensem Phamenoth tres menses intercedunt, Choiac, Tybi & Mechir. Superfunt dies tres de mense Athyr. In unoquoque mense quattuor sunt hebdomades cum excurrentibus diebus binis. In tribus illis mensibus sex dies superant, qui juncti cum tribus ex mense Athyr novem efficiunt. Hi cum undecim diebus mensis Phamenoth juncti viginti fiunt. In illo annorum numero octo sunt intercalares. Dies sunt viginti octo, qui septimanas quattuor efficiunt. Ita undecimus dies mensis Phamenoth, ultimus erit quartæ illius septimanæ, ac proinde ἔσται ἡ ἰα ἡ φαιδρωθ κλιμακτηρικὴ ἑβδομαδικὴ ἡμέρα. Diei Enneadici Climacterici inveniendi similiter & methodum ibidem tradit. Sed harum nugarum satis est, imo plus quam satis. Illud sciendum est anni Climacterici qui non est Hebdomadicus neque Enneadicus diem in quo periculum Climacteris accidit, plerumque esse Enneadicum & Hebdomadicum, aut contra anni Hebdomadici & Enneadici diem in quem incurrit periculum quod minatur Climacter, non esse Enneadicum neque Hebdomadicum. Sin vero ita eveniat ut potest fieri, quod anni Hebdomadici vel Enneadici dies etiam sit hebdomadicus vel enneadicus, tunc ægre periculum esse evitabile. Nunc explicandum utrum singulæ geneses plures habeant Climacteres

cteres an unum tantum. De Hebdomadico quidem aut Enneadico Climactere, vel etiam Hebdomadoenneadico vel Enneadohebdomadico certum est non amplius quemquam posse habere quam unum Climacterem. Ut enim ea computandi Enneadici aut Hebdomadici ratio quam supra exposuimus procedebat, non potuere in cuiusque vita plures inveniri Climacteres, sed unum duntaxat eo modo licuit deprehendere, siue is esset Enneadicus aut Hebdomadicus, siue Enneadicus qui in Hebdomadicum incideret, aut contra. Nam cum ab ortu caniculæ, id est ab initio anni dies sumerentur qui ad diem genituræ patebant, ut ea quam dixi ratione colligeretur Climacter Hebdomadicus aut Enneadicus, non plus quam semel id contingere poterat, nec nisi unicus eo pacto Climacter computari. Alii qui non ab ortu Caniculæ annum auspicabantur ut Ægyptii, poterant eadem methodo uti secundum regionis suæ morem. Nam ut scribit idem Valens, *ὅτι δὲ ἐσκήδ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ τῆς ἑσθ' ἀναβολῆς πεποιθῶται τῶν ἀρχῶν, δυνατὸν ἐν ἰδίῳς τὰς ἐποδείγματας χάριν πεποιημέναι, ἐπεὶ καὶ κτ' κλίμα διήρησμεν ἄλλας καὶ ἄλλας τὴν ἀρχὴν ἔτεος ποιημένους.* Tradit ibidem naturalem magis esse rationem, ut incipiant dies numerari qui à coitu Lunæ quæ ortum Caniculæ antecessit, intercedunt usque ad diem genituræ. Plures enim,

H

in

in ea synodo Lunæ quæ præcedit ortum caniculæ, anni sui principium constituere, φυσικώπερ ὅτι ἐν ἐστὶ λόγῳ τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ τῆς πρὸ Ἑκυνὸς σωώδης ὡς τῆς γενεθλιακῆς ἡμέρας. πάντην γὰρ ἀρχὴν ἔχουσιν οἱ πλείους ἀπεφύνασιν. Non simpliciter dixit Valens, melius esse à Lunæ coitu quam ab ipsius sideris ortu eam numerationem incipere, sed quoniam plures per Ægyptum urbes annum suum auspicarentur à coitu Lunæ quæ caniculæ ortum præcedit, id esse sequendum. Nonnulli enim in ipso sideris exortu initium sui anni ponebant. Generatim vero vult omnino ab anni principio tempus computari debere usque ad diem natalitium. Cæterum, ut dictum est, hæc ratio colligendi Climacteris Hebdomadici vel Enneadici non poterat dare in toto cuiusque vitæ spatio nisi unum. Si erat Hebdomadicus, non poterat alio tempore alius dari Enneadicus & contra. Hoc quidem sæpe contingebat ut Enneadicus in Hebdomadicum incideret, hoc est, ut Enneadicus simul esset & Hebdomadicus, & similiter ut hebdomadicus in Enneadicum incurreret, & utriusque numeri summam idem annus contineret, sed ut duplicem quis haberet in vita Climacterem, & diverso quidem tempore, Hebdomadicum nimirum anno quinquagesimo quinto, & Enneadicum trigésimo, id non potest dari. Huic tamen sententiæ repugnat quod supra animadvertimus

mus

mus ex ejusdem numeri dierum computatione qui ab exortu caniculæ ad diem geneseos numerabantur, posse fieri si per hebdomadas ratio ineatur & per enneadas, ut duplicem Climacterem diversis temporibus habeat, Hebdomadicum nempe & Enneadicum. Exempli gratia, ponamus aliquem genitum esse CLXVI. diebus post caniculæ ortum, si per hebdomadas computatio ineatur, ter quinquagenis duobus ex ea summa detractis supererunt dies quattuor. Hi ter in se ducti dabunt dies duodecim, qui erit Climactericus Hebdomadicus, nempe duodecimus. Summulas septimarum excurrentium insuper habui. Si vero eadem summa per enneadas numeretur, alius exurget Climactericus Enneadicus hoc modo. Quater quadraginta detractis ex eo numero quem posui, restabunt sex dies cum quinque qui supersunt ad annum integrum absolvendum, & insuper quadrante. Dies sunt undecim cum quattuor quadrantibus, qui unum diem efficiunt, isque adjectus ad undecim duodecimum reddit. Hic numerus quater in se ductus, efficit quadraginta & octo. Sic quadragesimus octavus annus ejusdem hominis erit Enneadicus qui & Hebdomadicum habuerit duodecimum ex pari numero dierum, sed diversa ratione collectum. Quod ratione prorsus caret, ut nimirum par summa dierum qui fluxerint inter principium anni & diem ge-

nituræ duos diversos assignat Climacteres ita nato. Sed nec putem esse verisimile ut Climacterum αἰών ex sola computatione pendeat quæ ab Horoscopo potius deducenda videtur, & quam certum est inde totam pendere. Horoscopus est ex artis hujus scitis qui felicem & infelicem vitam cujusque facit: qui annos prosperos & rectum cursum tenentes dat, item infaustos & veluti in medio curriculo subsistentes & intercisos. Hi sunt Climacteres. Stellæ quæ faciunt pericula, etiam periculosos annos decernunt, nec tantum Hebdomadicos & Enneadicos, sed etiam eos qui non cadunt in hanc appellationem. Horoscopus igitur Climacterem facit, sed tempus quod intercedit inter initium anni & diem genitalem Hebdomadicus & Enneadicus ut sit Climacter, efficit. Sumamus Climacterem à Petrosiri positum, quadragesimum quintum. Horoscopus & Thema genituræ talem dedit. Ut sit autem Hebdomadicus, temporis summa præstat quæ fluxit ab ortu caniculæ ad diem geneseos. Centum & viginti dierum fuit. Certo & qualē diximus modo computata ea summa ut ille Climacter esset Hebdomadicus, effecit. Ex astrorum igitur diathemate Mathematicus hujus genituræ Climacterē invenit. Ex numero dierum qui ab ortu caniculæ ad diem genethliacum præterit, hebdomadicum esse collegit. Hoc primum itaque fuit Climacterem investigare, deinde quærere
an

an esset Hebdomadicus vel Enneadicus. Plures genituræ possunt habere eundem annum Climactericum, sed non omnes eundem Hebdomadicum nisi si quæ pari numero dierum ab ortu caniculæ tempus diffitum habuerint. Mirū est in numero Climacterum quos recensuit Hephæstion non reperiri XLV. sed solum XLVI. Fortasse an qui quadragesimus & quintus apud Valentem est, is Hephæstioni quadragesimus sextus numeratus. Nam summa ab eo collecta ex Petrosiri anni quadragesimi quinti terminum quinq; septimis diei unius egreditur. Numerum dierum undecim cum tribus septimis quater vult multiplicari. Quadraginta quinque dies efficit cum duodecim septimis. Quinque septimis plus est quam numerus rotundus postulat. Ergo in annum quadragesimum sextum ea summa incidit. Qui Climacter sexies recurrit in Climacterum ab Hephæstione recensitorum summa. Sed si tantulum discrimen non nihili faciendum est, sumamus eum Climacterem ex Hephæstione qui pluribus genituris communis sit. Detrahamus unicum tantum diem ex summa à Petrosiri proposita. Numeremus ducentos & novendecim dies pro ducentis ac viginti. Decem dies cum tribus septimis quater in se ducti dabunt quadraginta & unum paulo plus. Hic numerus dabit Climactericum quadragesimum primum & quidem Hebdomadicum. Communis hic Cli-

maſtericus genitorum ſub Horoſcopo Decani ſecundi Arietis qui ſecundas denas partes illius ſigni poſſidet , & ſub Decano ſecundo Libræ & ſub Decano ſecundo Capricorni. Tam diverſis Horoſcopis nati non poſſunt habere eundem numerum dierum ab ortu Caniculæ uſque ad diem genituræ ſuæ. Claudicabit præterea hæc ratio cõputandi in illis gentibus qui aliud anni principium habebunt quam Caniculæ exortum. Non conſtabit etiam in illis qui non ab ortu caniculæ tempus numerabunt , ſed à coitu Lunæ qui hujus ſideris exortum præcedit. Nam fieri poteſt ut unius menſis ſpatium differentiam conſtituat. Idem obſervabant & in die Climacterico anni Climacterici inveniendõ. Ex Themate quo annum notaverant etiam diem ipſum prædicebant in quo malum illud eſſet eventurum quod Climacterico anno ſignificabatur. Cum diem igitur prædixiſſent ipſum ut in geneſi quam ſupra ex Valente propoſuimus quæ annum trigefimum pro Climacterico habuit, & diem undecimum menſis Phamenothe pro Climacterico die , an eſſet Hebdomadicus ille dies ex ratione computandi temporis quod ex genituræ die fluxerat, explorarunt. Idco autem quærendum ſibi proponebant utrum eſſet Hebdomadicus Climacter quem genituræ Thema dediſſet , item an dies eſſet Hebdomadicus illius anni Climacterici in quem peri-

periculi metus incidebat, quia graviora omnia viderentur, & minus evitabilia mala quæ annis Climactericis Hebdomadicis & eorum annorum diebus Climactericis acciderent, quam illis qui non essent Hebdomadici. Idem de Enneadicis. Et sic intelligenda sunt quæ scripsit ex Varrone Agellius lib. iv. cap. x. *Pericula quoque vitæ fortunarumque hominum quos Climacteras Chaldei appellant, gravissimos quosque fieri affirmat septenarios.* Hi sunt Hebdomadici, sed alio modo exponendi quam vulgo accipiuntur ab iis qui de omnibus revolutionibus intelligunt quæ per septenos annos identidem adjectos septenis consurgunt. Idem igitur Climacter in aliis erit Hebdomadicus, in aliis non erit. Idem de mense, idem de die Climacterico dicendum. Nunc restat ut videamus, pluresne singuli Climacteres habeant, an quisque unum tantum. Cum varia sint periculorum genera quibus hominum genus vulgo subjectum habetur, & cum pericula cujuscunque generis pro subjecto sint Climactericorum annorum, ut unus idemque homo diversis toto vitæ suæ tempore periculis & infortuniis obnoxius vivit, ita etiam multos habere Climacteres eundem necesse est quem multæ & variz discriminum causæ possunt exercere. Ut ecce altero anno potest quis graviter laborare, altero naufragium facere, altero uxorem amittere, altero liberos, altero patrimonium.

& in aliis annis infamia notari, aut capitis condemnari, aut aliud mortis periculum evadere. Hæc omnia Climacterum sunt. Immo pericula ipsa Græcis Mathematicis κλιμακτῆρες appellantur, ut ex Agellio supra notavimus: *Pericula quoque vite fortunatumque hominum quos Climacteras Chaldaei appellant, gravissimos quosque fieri septenariis.* Ita enim scribendum. Nec aliter eam vocem multis locis usurparunt Mathematici qui Græcè scripserunt, ut Valens lib. IV. Ἀνθολογιῶν capite, περὶ χρόνων Ἀγριέστως. Thema cujusdam geneseos quæ vitæ finem sortita est anno septuagesimo, & intra annum sexagesimum secundum multos habuit κλιμακτῆρας & ex alto casus & membrorum rupturas. Ἐν τέτοις ἔτεσι ξβ', πολλὰς μὲν κλιμακτῆρας ἔαχε, & ἀπὸ ὕψους πτώσεως & μελῶν θραύσεως. Posset hic aliquis contendere κλιμακτῆρας ibi accipi debere pro ipsis annis Climactericis ut sæpe alias, sed omnino apparet de solis periculis intelligendam ibi esse hanc vocem, cum addat, καὶ ἐξ ὕψους πτώσεως καὶ μελῶν θραύσεως. In annorum sexaginta duorum spatium dicit eum qui illud geniturae Thema habuit quod ibidem exposuit, plures expertum esset κλιμακτῆρας, & ex alto πτώσεως, & membrorum θραύσεως. Sic aliis locis hoc vocabulum sic usurpavit ut eodem libro, περὶ τρίτης καὶ ἐνάτης τοῦ πνεύματος ὠροσκοπίας, De tertio & nono ab horoscopo loco, his verbis, καὶ νόσους ὀπισθοφαλεῖς ἰδίῳ τε κλιμακτῆρας,

*ρᾶς, ἢ κινδύνους. Et morbos ancipites & pericula propin-
 quorum, aut mortes. Manifestè hic κλιμα-
 κτῆρας posuit pro periculis. Nam capite se-
 quenti κινδύνους pro eodem dixit, καὶ ἰδίων κιν-
 δύνους, καὶ θανάτους, καὶ φθίνους ἐρῶσι. Nomine au-
 tem ἰδίων intellexit propinquos & parentes
 vel cognatos. Sic enim paulo infra scripsit,
 θανάτους τε ἰδίων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων θεωρεῖσι :*
*Præter fratres igitur & liberos, cæteri propin-
 qui sunt ἰδιοι. Idem libro eodem, capite, πρὸς
 ἐνιαυτῷ χρηματικῷ, hoc nomen κλιμακτῆ-
 ρος, pro periculis quæ extrinsecus accidunt
 usurpavit, his verbis, ὅταν γὰρ πρὸς σωματικῶν
 κινδυνῶν καὶ παθῶν καὶ αἱμαγμῶν ἢ κλιμακτῆ-
 ρων, ἀπὸ σελήνης. Cum igitur queritur de cor-
 poris discriminibus, & passionibus, aut cædi-
 bus, aut Climacteribus, à Luna, annorum
 nempe ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, idest initium faciendum. Cla-
 rissime etiam hoc verbum sic accipit πρὸς χρό-
 νων ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ubi hæc habentur, Ἐπὶ αὐτῷ
 σωματικῷ χρόνῳ ζητῶμεν, οἷον κλιμακτῆρας,
 ἀσθενείας ἢ αἱμαγμὰς, πτώσεις, σίγη, πένθη καὶ
 ὅσα ἀνήκον τῷ σώματι, πειρᾶς, θρόνου, ἡδο-
 νῆς, καλλονῆς, ἐπαφροδισίας ἀπὸ δὲ κλήρος τῆς τύ-
 χης δεῖ ἐκβαλεῖν ζωδιακῶς. Ubi κλιμακτῆρες de
 periculis intelligendi sunt quæ extrinsecus ad-
 veniunt, quos proinde distinguunt ab ægritu-
 dinibus & infirmitatibus corporis, passio-
 nibus, & noxis ac vulneribus. Inde ergο κλι-
 μακτῆρος anni in quibus hi κλιμακτῆρες ac-
 cidunt*

cidunt, nempe naufragii, incendii, & alia ejusmodi. Hos Climacteras duorum generum facit Varro apud Agellium, cum *pericula* interpretatur *vita fortunarumque*. Climacteras, sive pericula, vitæ, ut omnia quæ vitam spectant ab Horoscopo ducebant, quem & propterea nominabant, *ζωήν, οἶακα, σῶμα, πνέσμα, vitam, gubernaculum, corpus, spiritum*. Quæ ad fortunas hominum pertinent ea à sorte fortunæ petebant. Hæc enim duo præcipue in hominis genitura colligenda constituebant, τὰ σωματικά & τὰ περικτικά. Hinc totam vitæ substantiam quam *ὑπόπαισις ἐτῶν* appellabant, hoc est universum vivendi spatium, in σωματικῆς & περικτικῆς *χρόνους* distinguebant & *πρακτικῆς* *χρόνους*. Temporum σωματικῶν nomine comprehendebant omnia quæ ad corpus attinent, bona malave, sanitatem, ægritudines, venustates deformitates, passiones, noxas, vulnera & alia ad hunc modum. Per *πρακτικῆς* *χρόνους* actiones vitæ omnes intelligebant. Quia autem per actiones homo facultates ac divitias acquirit, & fortunæ suæ ipse faber est, sorti Fortunæ summam earum attribuebant. Manilius ideo opera & labores Diathemati fortunæ assignat, id est *πράξις*. Ad eum locum Scaliger notavit, in hominis genitura duo præcipue considerari, τὰ σωματικά, & τὰ πνικτικά. Atque ut melius mens Manilii aperiatur, duo Thematata hominis ait ab illo præcipue institui, alterum

terum

terum genituræ, alterum actionum. In genitura τὰ σύμφυτα, hoc est τὰ ψυχὰ καὶ καὶ τὰ σωματικὰ contineri, in actionibus τὰ ὁπικτήτα. Sed miror quomodo velit τὰ ὁπικτήτα actionibus adscribi, & ἀπὸ τῶν σωματικῶν & ψυχικῶν distingui, cum earum partim sint ψυχικαί, partim σωματικαί. Nam σωματικαὶ πρᾶξις ipsi etiā Mathematici appellant quæ corpore exercentur, τὰς ψυχικὰς quæ animo. Neutræ actiones inter ὁπικτήτα numerari debent, cum ὁπικτήτα sint omnia extrā corpus & animum nostrum posita, res nimirum extraneæ, ut bona, dignitates & quæcunque alia munere fortunæ nobis obveniunt. Duplex enim fortuna sorti Fortunæ assignatur ab iisdem Mathematicis, ἡ τύχη κτηλική, & τύχη ἀξιομαλική. In primo Loco fortunæ posita ἡ κτηλική τύχη, ut ex his Manilii versibus constat:

*Fortuna sors prima data est. Hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuique hærentia cuncta.
Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis.*

Hæc omnia κτηλικῶς τύχῃ comprehendunt. At ἀξιομαλικήν τύχην in octavo ab ea Loco cernitur, ut ex his Manilianis itidem liquet.

*Nobilitas tenet octavam, qua constat honoris
Conditio, & fama modus, & genus, & specioso
Gratia prætectu.*

Hæc plane ἀξιομαλικήν τύχην, ut Hephæstion appellat. Utraque inter hominis ὁπικτήτα, non ipsæ

ipsæ actiones sive *σωματικαὶ* sint sive *ψυχικαί*. Neque etiam à sorte Fortunæ peti debere actiones, sed ab Horoscopo. Nam eæ partem vitæ præcipuam constituunt. Valens, ἐπὶ αὐτῶν μὲν οὐκ ἐστὶ ζωῆς, σωματικῶν πράξεων ἢ ψυχικῶν, ἀπὸ δ' ὁροσκόπου διεκβαλεῖται. Cum vero de fortunis, & bonorum acquisitione, à sorte Fortunæ. Idem: ὅταν γ' οὐκ ἐν τύχῃς ἢ ἐν περιποιήσεως δ' βίῃ ἀπὸ δ' κλήρης τ' τύχης. Hoc est quod etiam dixit Ptolemæus, τὰ τῆς κτήσεως ὁποῖα πᾶσι ἐστὶ ληπτέον ἀπὸ δ' καλεσµένῃς κλήρης τύχης. Quam igitur differentiam supra posuimus, τῇ σωματικῶν χροῖων καὶ τῇ πνευματικῶν, non ita intelligi debet ut per σωματικὰς χροῖους accipiamus σωματικὰς πράξεις & ψυχικὰς, aut ut τὰ σωματικὰ simpliciter dicta distinguamus ἀπὸ τῇ ὁπικτήτων, atque ut per ὁπικτήτων interpretemur actiones, ut placuit Scaligero. Πνευματικῶν χροῖοι continent actiones tam σωματικὰς quam ψυχικὰς. Eæque non à Fortunæ sorte petendæ sunt, sed à Dæmonis loco, quem δαίμονος κληρον appellant, ut alter dicitur κληρὸς τύχης. *Dæmonis locum* nuncupat Firmicus lib. I v. cap. x i. Sic τύχης κληρὸς etiam vocatur *Fortuna locus*, eidem Firmico, & Manilio. Nam in Gemblacensi Titulus appositus est, FORTUNÆ LOCUS, ei tractationi quam poeta exhibuit de sorte Fortunæ. Dæmonis Locus idem & Solis est Locus, ut Firmicus scripsit his verbis: *Locus Dæmonis ista ratione colligimus quam ideo*
huius

huic libro adjecimus, quia Solis eum esse Locum Abraham simili ratione monstravit & iniquum erat, ut à Luna loco, Solis separaretur locus. Nam κλήρ[⊙] τύχης Lunæ est Locus, ut κλήρ[⊙] δαίμα[⊙] est Locus Solis. Unde & Locum Fortunæ Ptolemæus σεληνιακὸν ὠρόσκοπον appellat. Sol igitur est Dæmon, ut Luna Fortuna. Hanc esse corporis & spiritus dominam, ut illum mentis & animi statuerunt. Ideo Solis Loco tribuerunt omnes actiones & motus; quia τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς διεγείρων καὶ τὰς εἰς τὴν ῥῆσιν αἴτι[⊙]α περὶ ζεύξης καὶ κινήσεως καθίσταται. Ita Valens quod & confirmat Firmicus, de Dæmonis Loco qui & Solis est: Hic Locus vocatur actus, & anima substantia. Nam ex eo omnis actus omnisque substantia argumenta querentes invenimus. Fortunæ autem Loco qui Lunæ est, τὰ σωματικὰ adscribuntur. Quo nomine non σωματικὰ περὶ ζεύξης intelliguntur, quia Dæmonis Loco tribuuntur, sed quæcunque corpori accidunt extrinsecus, aut ex corpore ipso veniunt, bona malave, ut testatur Valens qui omnia ea complexus est τῶν σωματικῶν χρόνων appellatione, ut actiones omnes tam σωματικὰς quam ψυχικὰς sub περὶ κινήσεων χρόνων titulo comprehendit. Εἴπαὶ ἔν, inquit, σὺ σωματικὸς χρόνος ζητῶμεν οἷον κλιμακτῆρας, ἀφενείας ἢ αἱμαγμῆς, πλώσεως, σίνης, πάθης & ὅσα ἀνῆκεν τῷ σώματι, περιρρώσεως, θρέψεως, ἡδονῆς, ἐπαφροδισίας, ἀπὸ δὲ κλήρου τῆς τύχης διεκβαλεῖν

βάσις ζωδιακῶς. Ἡς σωματικὰ appellat Her-
mes in Carpo, sed Horoscopo attribuit, non
sorti Fortunæ cui τὰ Ὀπίκτητα dat. Inde Sca-
liger errorem hausit quo σωματικὰ distinxit
ἀπὸ τῶν Ὀπίκτητων & per Ὀπίκτητα intellexit
actiones, per σωματικὰ omnia quæ ad corpus
& animam pertinent. Ideo autem Ὀπίκτητα de
actionibus interpretatus est, ut accommoda-
ret Hermæ sententiam Manilianæ quæ actus
vitæ accenset Fortunæ Loco. Quali necesse
sit Manilium idem sensisse quod Hermen, vel
ejus mentem versibus suis expressisse, cum ipse
Hermes contraria eo loco aliis Mathemati-
cis scripserit. Nam τὰ ψυχικὰ Lunæ tribuit,
& τὰς περιξίς Medii cæli cardini. Quod &
facit Valens alio loco, his verbis, ἐπὶ τῇ
περιξίῳς ἢ βίῳ καὶ τέχνῃς ἀπὸ τῶν μετεωρολήμα-
των. Sed ille ideo ἀστρολογικῶν libros suos in-
scripsit, quia ex pluribus ea deflorata compila-
vit. Certe eodem loco σωματικὰς περιξίς &
ψυχικὰς Horoscopo assignavit, quæ Hermes
videtur appellasse absolute σωματικὰ. At τὰ
Ὀπίκτητα eidem sunt omnia extranea, & quæ
corpori accidunt, quæque extra nos sita sunt,
qua læta qua tristia. Manilius autem qui la-
bores, opera & actus negotiaque omnia ho-
minum sorti Fortunæ attribuit, contra senten-
tiam omnium veterum Mathematicorum iuit
qui sola κτητικὰ & Ὀπίκτητα eidem dederunt.
Falsus est ille ignorance Græci nominis, τὰ
ἄθλα

ἄθλα vocarunt Loca duodecim ἔκκλητον τῆς τύχης. Quæ vox & ἀγῶνας significat sive labores, unde δώδεκα ἄθλα Herculis. Ex cuius nominis notione putavit ille duodecim Loca Fortunæ sortis appellata esse ἄθλα, quod actus & labores & opera Loco Fortunæ adscriberentur, & inde peterentur. Ita enim scribit:

*Et quoniam toto digestos orbe labores
Nominaq; in numerum viresque exegimus omnes,
Athla vocant Grai, quæ cuncta negotia rerum
In genera ac partes bis sex divisa cohærent.*

Nam paulo post ubi ostendit qua ratione colligi possit Fortunæ locus, ita scribit:

*A sole ad Lunam numerabis in ordine partem
Signorum, ortivo totidem de cardine duces,
Quem bene partitiis numerant Horoscopon astris.
In quodcunque igitur numerus perveneris astrum,
Hoc da Fortuna. Iunges tum cætera signis
Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.*

Ubi manifestum est Athla, ἄθλα, Græcis illis unde hæc sumptum vocari duodecim Loca sortis Fortunæ, quorum primus est ipse Locus Fortunæ, à quo cætera nominantur ordine, ut & in Horoscopo. Ille ergo putavit ἄθλα nuncupata quia labores & opera actusque omnes ex sorte Fortunæ & undecim ejus Locis quæterentur atque invenirentur. Quod est falsum. Ἀθλα Græcæ non solum ἀγῶνες sunt, sed etiam ἐπαθλα præmia nem-

nempe, emolumenta, lucra. Unde & quia præmia militiæ armatæ, togatæ, dignitarum & honorum, bona & commoda omnia, possessiones, fortunæ, ex Locis Fortunæ sortis dependent, idcirco ἄθλα dixerunt. Nam ἄθλοι in genere Masculino communius dicuntur de laboribus & agonibus sive certaminibus, quam ἄθλα. Erravit igitur Manilius, nec errorem ejus deprehendit Scaliger qui etiam ipse in eo deceptus est, quod constituto Diathemate sortis Fortunæ perinde septem stellarum sortes duci solitas notavit, ut sortem Fortunæ in genitura. Sors enim inquit, Saturni dicebatur Νέμεσις, Iovis Νίκη, Martis Τόλμα, Solis Ἀΐθροδαίμων, Veneris Ἐρως, Mercurii Ἀνάγκη, Lunæ Ἀΐθρὴ τύχη. In quibus perperam Fortunæ sortem à Lunæ sorte separavit, cum idem sit τύχης κλῆρς ☿ cum Luna, ut Δαίμον ☿ κλῆρος cum Sole, ut supra docuimus. Ἀΐθρὴ τύχη Locus est quintus ab Horoscopo & est ὤπαγίς sive Imi cæli ἀπόκλιμα. At Τύχη simpliciter Luna est, & κλῆρς ☿ τύχης Lunæ sive Fortunæ Locus. Sic Ἀΐθροδαίμων locus est ab Horoscopo undecimus, & ἐπαναφοράς Medii cæli sive. μεσοστεφανήματ ☿. At δαίμων absolute Solis est locus sive κλῆρς ☿. Hic tamen δαίμον ☿ nomine bonus intelligendus. Ut τύχης appellatio bonam fortunam designat. Quod tabella subiecta docebit.

ἡ Νέμε-

♄	Νέμεσις
♅	Νίκη
♆	Τόλμα
♇	Δαίμων
♈	Ἔρως
♉	Ἀνάγκη
♊	Τύχη.

Inter has septem planetarum sortes duæ post Horoscopum præcipuæ sunt & maximi momenti, ut maximæ potestatis, Fortunæ nimirum & Dæmonis Locus, quorum hic ad Solem, ille ad Lunam refertur. Cæteræ dilutionem vim habent, & minorem potentiam. Unde & Ægyptii Regi & oculo dextro Solem adsimilabant, Lunam vero Reginae & oculo sinistro, in genituris colligendis, reliquos quinque planetas Licetorum & apparitorum vicem esse ducebant. Vis tamen horum omnis & potestas ab Horoscopo pender. Eo quippe invento reliquorum locorum inventio procedit. Ita Chaldaicæ & genethliacæ artis principium & fundamentum est Horoscopi collectio & positio. Ἀρχὴ τοίνυν καὶ ὡς περ θεομέλει τῆς χαλδαϊκῆς ἐστὶ τὸ εἶναι τὸ ὠροσκοπον.

I

Quod.

Quod & Manilius his versibus eleganter expressit:

*Sed quum pars operum qua prima condita parte est
Accepit propriam nascentis tempore sedem,
Cetera succedunt, signisque sequentibus barent.*

Ordo ducem sequitur donec venit orbis in orbem.

Sic ducatum habet omnis Astrologicæ divinationis quæ ex Themate genituræ fit, Horoscopus. Hoc ideo præstruximus ut de Climacterum sive Climactericorum annorum ratione magis liquido perspiceretur, quam totam ab Horoscopo dependere constat. Ab eo enim ut omnes actus vitæ descendunt, & vivendi stata tempora, ac mortis exitus, prospera & adversa cuncta, ita etiam Climacterici anni, in quibus quidquid periculorum & miserrarum calamitatumque intervenit, inde decernitur. Et generatim quidem Horoscopus utramque paginam facit in fatis hominum dispensandis. Huic potestate pæne parem adjunxerunt Fortunæ Locum, sive κλῆρον, quæ Lunæ fors est. Solis etiam sive Δαίμονος locum non neglexerunt. Reliquarum planetarum κλήρας minus celebratos constat in Thematibus colligendis. Sed illis tribus quartum etiam Locum addiderunt non minoris auctoritatis, nempe τὸ μεσεγγένημα sive Medii cæli Cardinem. Hunc quidam etiam prætulērunt Horoscopo quatenus vicem capitis tenet, utpote in vertice & arce cæli locatus. Hi sunt quat-

quattuor κλήροι de quibus intellexit Valens capite quod inscripsit, ἑτετάρων κλήρων μερισμοί. Sunt sane etiam illi κλήροι. Ex omnibus quippe κεφαλαίαις, causis & rebus κλήρης olim fecere Aegyptii, ut infra dicemus, sed alios tamen esse illos quattuor de quibus in eo capite tractat Valens, nos in sequentibus ostendemus. Sed quicumque & quotcunque ponantur κλήροι, duo sunt præcipui, ὠροσκόπος & κλήρος τύχης, & uterque δωδεκάτερος ut infra docebo. Nam male Scaliger legit δωδεκάτηρον. Quemadmodum autem supra ostendimus in annis vitæ determinandis singula per se signa ac loca tam Horoscopi quam sortis Fortunæ suas vires habere & significationes, idem quoque statuendum de annis Climactericis. Signa & loca utriusque κλήρης aut per se singula considerantur & ex propriis viribus censentur, aut ex conjunctione quam habent invicem ex diversis respectibus, aut ex stellarum quæ in his locatæ fuerint potestatibus & radiationibus. Aut καθ' ὅσα igitur, aut πρὸς ἀλλήλας, aut τῇ πρὸς πλανημάτων σχέτι valent. Si ad Climactericos annos hæc referamus, signa per se singularia considerata propriis nituntur viribus & quædam ex iis sunt κλιμακτηρικά, quia periculosos annos faciunt qui in eorum ἀναφορῇs incidunt. Valens quinque signa Climacterica numerat lib. 1v. cap. 1. πρὸς κλιμακτηρικῶν ζώδιων, & nominat, Arietem, Tau-

nulla vel duplicatione vel triplicatione vel quadruplicatione integrū cccclx. partium numerum perficiant, nulla cum Horoscopo, nec cum alio signo societatis radiatione junguntur, ac per hoc quodcunque signum extra hunc numerum fuerit inventum, pigrum & ableptum dicitur. Male vulgo legitur, *abjectum*, Græci *ἀγρὸς τὸ πρὸς* vocant qui de juncti sunt, & *ἀβλέπτους*, quia nulla cum Horoscopo conjunctione tenentur vel conspectu. In vulgaris codicibus sic habetur illius capitis Titulus, *Adspectus stellarum omnes*. Qui à recentioribus Mathematicis concinnatus est. Nam veteres nunquam sic nominant, qui sunt *ἀχρηματισμοὶ* Græcis. Cenforino *conspectus* dicuntur. Sed & *visus*, & *visiones*, cap. viii. de die Natali: *Ab octavo enim signo inefficax visus*. Ex mox, *quæ duæ visiones*. Firmicus verbo *videndi* fere semper utitur. *Ab Horoscopo videtur de Trigono, de quadrato, de diametro*. Ipse Cenforinus sic idem hoc verbum usurpat, ut & *adspicere*. Unde nec male *adspectus* dicitur. Græci *ἐπιβλέπεν* & *ἐπιθεωρεῖν*, sed & simpliciter *βλέπεν*. Hinc *ἀβλεπτα ζώδια* quæ se invicem non vident. *Respicere* etiam dixit Firmicus. Quare & non male *respectus* dicerentur. Eodem libro Firmici caput est de *Pigris & de junctis locis*. Sic enim scribendum, non *dejectis*. Nam *dejecta* essent quæ in dejectionibus habentur, sive *ταπεινώμασιν*, ut Græci vocant. In capite xxv. ejusdem libri perperam legitur, *abjectum* pro *ableptum* in his

verbis: *Etiam in primis illud docere debemus quid sit diametrum, quid trigonum, quid quadratum, quid hexagonum, quid ableptum.* Ἀβλεπτα sunt quæ se non invicem ὀπιβλέπυσι nec sibi συζημα-
 ζίζον, ut *pigra loca* quæ sic vocantur. Quattuor igitur signa Climacterica hebdomadica Valenti, Aries & Libra, Cancer & Capricornus. Aries & Libra opposita sunt καὶ Ἀγμέτερον. Diametra autem sunt invicem quæ quinque in medio signa habent. Nam à signo ad signum quod est septimum ei est diametrum. Ideo Aries & Libra κλιμακτηρικὰ sunt ἐβδομαδικὰ. Similiter Cancer & Capricornus eadem ratione sibi invicem Ἀγμέτεροῦντα, ἐβδομαδικὰ sunt κλιμακτηρικὰ, quia septem signa diametrum conspectum reddunt. Capricornus quippe septimum est à Cancro signum, eique ex diametro contrarium. Hæc ratio septimestres partus facere creditur, cum Sol nimirum à septimo signo particulam conceptionis adspicit. Idem Valens ἐννεαδικὰ κλιμακτηρικὰ quattuor signa numerat, Taurum, Leonem, Scorpionem & Aquarium. Vidimus qua ratione Hebdomadica vocaverit, quæ diametrum nempe habent invicem adspectum, quem septimum à primo signum efficit. Sequebatur ut Enneadica essent quæ nono signo invicem distarent ut ea sunt quæ Trigonum dextrum componunt. Sic enim idem in Climacteribus notandis sortis Fortunæ, quos κληρικὸς κλιμακτηῆος appellat,
 ut

ut in diametro septenarios Climacteres collocavit, ita in Trigono dextro novenarios. Sic enim scribit: Εἰν μὴ ἐν τῷ Διζμέτῳ τὰ Διζ τ' ἐβδομαδῶν ἐνιαυτῶν, ἐν δὲ τῷ δεξιῷ τριγώνῳ τὰ Διζ τ' ἐννεάδων, ἐν δὲ τῷ ἀριστερῷ τριγώνῳ τὰ Διζ τ' πεμπτῶν. Ecce in diametro sortis Fortunæ, loco nimirum qui ab ea septimus est, & qui de diametro ab eadem conspicitur, anni septimi. In Trigono dextro, hoc est loco à prima parte Fortunæ nono, anni noni Climacterici. In sinistro quintus annus locatur Climactericus, quia quintus à primo locus de trigono ab eodem conspicitur. Idem est prorsus ac de conspectibus signorum duodecim inter se in horoscopi δωδεκαρόπῳ diathemate, & in Fortunæ sorte quæ similiter est δωδεκάροπῳ, & δωδεκαλόπῳ. Hinc Sol cum à nono signo particulam conceptionis conspiciat καὶ τριγῶνον dextrum eam videre ducitur, & tunc partus noni mensis maturos educit. Sic enim intelligendum est quod habetur apud Censorinum, partus ἐπὶ τῷ μηνὶ nasci καὶ Διζμέτρον, ἐννεαμήνης autem καὶ τριγῶνον, δεκαμήνης vitæ καὶ τετράγωνον. Debit autem ad majorem intelligentiæ efficaciam addere, καὶ τριγῶνον δεξιὸν & καὶ τετράγωνον δεξιόν. Idem cum scripsit eodem loco Solem à nono Zodio particulam conceptionis conspicere καὶ τριγῶνον, & à decimo καὶ τετράγωνον, non debuit omittere in utroque vocem δεξιόν. Non enim καὶ τετράγωνον

absolute fœtus decem mensium prodeunt in lucem, sed $\chi\zeta'$ τετράγωνον δεξιόν. Quadratum quippe sinistrum est quo Sol ad quartum à particula conceptionis signum pervenit, & duo media sunt. Et hic adsp̄ctus ad quadrimestres fœtus pertinet, quorum incrementum in utero adjuvat, non ut jam maturos educat. Quod facit nempe tetragonum dextrum quod sic dicitur cum ad decimum signum Sol pervenit, tunc enim adsp̄cit particulam conceptionis consp̄ctu quadrato. Ita dextrum tetragonum Climactericū annum decimum efficit, ut quod sinistrum est, quintum. De quo nos infra, ubi etiā explicabimus qua ratione sinistri ac dextri consp̄ctus differant. Sic nec simpliciter $\chi\zeta'$ τείγωνον partus noni mensis eduntur, sed $\chi\zeta'$ τείγωνον dextrum. Nam trigonum sinistrum $\piενταμήνης$ partus efficit, quia cum Sol in quinto est signo, ut idem ait, *tribus interjacentibus mediis* $\chi\zeta'$ τείγωνον adsp̄cit. Ubi etiam videtur addere debuisse, $\chi\zeta'$ τείγωνον αἰσερόν. Secundum hanc rationem $ἐννεαδικὰ κλιμακτηρικὰ ζῳδια$ ea necesse est videri appellata quæ $\chi\zeta'$ τείγωνον δεξιόν sese invicem adsp̄ciunt, quia non o loco situm est à primo quod tali visione primum afficit. Sic enim & $ἐβδομαδικὰ$ vocata quæ sibi invicem sunt & dicuntur contraria, quia, ut inquit Firmicus, *à signo ad signum, septimum quod fuerit, hoc est diametrum*. Par igitur ratio est, ut à signo ad signum non unum quod fuerit

fuerit ut trigonum hoc est dextrum, ita Enneadicum sit Climactericum. Atqui ea quattuor signa quæ κλιμακτηρικὰ ἐννεαδικὰ nominat Valens, non tali figuratone inter se sociantur ut Trigona se respiciant radiatone. Hæc enim ab eo numerantur, Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius. Hæc inter se Tetragona sunt. Nam ab eo signo unde incipitur quod quartum fuerit signum, hoc Tetragonum sive quadratum. Sic Tauro Leo Tetragonus est, & Scorpio Aquarius. Ut demus hæc etiam Climacterica esse signa, cur ἐννεαδικὰ videantur, nulla ratio ostendit. Duo sunt Tetragona ut duo Trigona, alterum sinistrum, alterum dextrum. Scorpius dexter est & Tetragonus Aquario, Leo sinister est & Tetragonus Tauro. Valenti Tetragonum dextrum dat annum Climactericum decimum, sinistrum verò dat quartum. Nulla igitur neque in dextro neque in sinistro Tetragono significatio est anni novenarii, unde quattuor illa signa supra memorata nomen ἐννεαδικῶν iure obtinere videri queant. Cur autem Tetragonum dextrum anni decimi in duodecim Locis Fortunæ indicium præbeat, sinistrum autem anni quarti, cum utrumque ex quattuor signis æque conficiatur, hæc causa est. Quæ numeratio fit per signa consequentia ea dat Trigona, Tetragona & Hexagona sinistra, quæ vero per antecedentia signa per-

git, ea tribuit dextra. Manilius lib. II. his versibus sic legendis:

Sed discrimen erit, dextris sua causa; sinistra

Qua subeunt, qua pracedunt dextra esse feruntur.

Exemplum dat hoc versu:

Dexter erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra,

Hoc satis exemplo.

Si à Tauro ad Virginem signa numerentur prout sequuntur, ut quinque sunt si signum à quo, & signum ad quod hoc numero comprehendantur, Trigonum sinistrum efficiunt. Ita sinistra est Virgo Tauro. E contrario, si numerandi ordo sumatur in oppositam partem per Arietem, Pisces, Aquarium, & Capricornum, Trigonum inde dextrum exhibit, & dexter erit hoc modo Capricornus Tauro. Cum Taurus oritur, Aries ἐν προσημίᾳ esse dicitur, quod alii ἀπὸ κλίμα vel ἀπὸ κλίσειν appellant, Gemini vero sunt ἐν ἐπαναφορᾷ. Ita Aries signum est προηγούμενον Tauri, Gemini vero τὸ ἐπόμενον. Ita quæ præcedunt dextra esse, quæ subeunt sinistra dixit esse Manilius. Quod & alio loco clarissime expressit, quem tamen non intellexisse videtur Scaliger,

Quodq; prius natum fuerit dextrumq; Trigonum.

Prius natum signum est τὸ προάγον, τὸ προηγούμενον ut est Aries Tauro, Taurus Geminis. Sequitur ibidem:

Quod fuerit laevum prælataque signa sequetur.


Τὰ ἐπόμενα signa sunt quæ sequuntur præcedentem

tem ut est Taurus Arieti, Gemini Tauro. Perperam ibi Scaliger *Lævum* interpretatur, *lævū* Trigoni, cum sit *ἀριστερὸν τρίγωνον* ut vocatur Si igitur per signa *πρὸς ἡμέραν* ordo numerandi capiatur, à Tauro ad Arietem, ab Ariete ad Pisces, à Piscibus ad Aquarium, ab Aquario ad Capricornum pergemus. Hoc dextrum est Trigonum. Sin vero per signa *ἐπὶ ἡμέραν* eamus à Tauro incipientes ad Geminos descendemus, ab his ad Cancrum, à Cancro ad Leonem, ab hoc ad Virginem, & sic *lævum* Trigonum habebimus. Firmicus ordinem quo proceditur per signa antecedentia *retro* fieri vult, quo per consequentia *ab ante*. Sic enim scribit. *Dextrum est Trigonum quod ab eo signo à quo incipimus retro est, sinistrum vero quod ab ante, ut puta Arietis dextrum Trigonum est Sagittarius, sinistrum vero Leo.* Atqui ratio poscere videtur, ut *ab ante* de anteaetis & præcedentibus quia anteriora sunt, dicantur, & *retro* de his quæ sequuntur. Nam & post nos futura dicimus quæ sequutura sunt. Sed diverso respectu hæc vocabula ante & retro, *ὅπῃθεν καὶ ἔμπροσθεν* invicem permutantur. Annos præteritos *retro* esse sunt qui dicant. Sic enim & vulgo Latini loquuntur, *multis ab hinc retro annis* aliquid gestum esse. Vita transigitur, via transitur & liber evolvitur eodem ferme modo. Nam & *liber transiri* dicitur cum legitur. At vita quæ transacta est *ante retro*. & potest dici.

dici. Idem de via quam transivimus, post nos eam reliquimus, ac quodammodo ante est quia præcessit. Ita jam perfecta ὁμιθεῖν esse quidam volunt, ut perlegenda ἐμπροσθεν. At qui sequuntur quæ nondum evolvimus, præcedunt jam evoluta. Alii has vices permutant & ἐμπροσθεν de iis usurpant quæ jam lectione transivimus, ὁμιθεῖν de sequentibus. Certe viam jam confectam cum relegimus retro gradimur, ante nos quam nondum peregimus. Idem est plane & in hac loquutione, quomodo eam in trigono dextro & sinistro explicando usurpare Firmico placuit. Nam antecedentia retro esse vult, sequentia ab ante. Cum litteras Alphabeti ordine suo proferimus, A B C D, per sequentia hic ordo pergit, ut in signis cum sic ea nominamus, Aries, Taurus, Gemini, Cancer. Si inverso ordine litteras pronuntiemus, D C B A per antecedentia fieri dicitur. Similiter & in signis ordo est antecessivus non successivus si ita numerantur, Cancer, Gemini, Taurus, Aries. Oriente Ariete Taurus adhuc sub terra est. Ergo Taurus sequitur, Aries præcedit. Cum autem pars signorum numerus Trigonum dextrum & sinistrum efficiat, item Tetragonum dextrum & sinistrum, cur sinistro Trigono quintus locus tribuitur à quinto signo quo perficitur, dextro autem nonus locus assignatur cum similiter quinque signa in antecessu numerata hoc

hoc Trigonum conficiant? Sic Trigono sinistro non tantum locus quintus adscribitur, sed etiam quintus annus Climactericus in δεκατέπῳ sortis Fortunæ, à quinq; signis quibus constat. Dextro vero ut nonus locus ita & nonus annus assignatur Climactericus. Sic etiam scribit Valens. *ὅτι κληρικῶν κλιμακτηρίων*, his verbis, *ἐν ᾧ τῷ δεξιῷ τε γώνῳ τὰ Διὰ 5 ἐνάτη, ἐν ᾧ τῷ ἀριστερῷ τε γώνῳ τὰ Διὰ 5 πέμπτη*. Arietis dextrum Trigonum esse diximus Sagittarium, sinistram vero Leonem. Atqui totidem partibus distat Leo ab Ariete in sinistra parte vel Trigono sinistro, ut Sagittarius in dextro. Nam Sagittarius quintum est signum ab Ariete, & Leo quoque quintum ab eodem. Cur igitur dextro Trigono datur nonus locus, sinistro quintus; & illi similiter quintus annus Climactericus adscribitur, huic nonus? Per antecedentia signa numerando quintum est signum ab Ariete Sagittarius, ut quintus ab eodem Ariete Leo, si per consequentia ordo digeratur. Cæterum si successive per eadem consequentia progrediamur, Sagittarii signum in quo est Trigonum dextrum, nonum reperietur ab Ariete. Inde & nonus locus tam in Horoscopi diathemate quam in sortis Fortunæ de Trigono dextro ab Horoscopo qui primus est locus conspici, & à Fortunæ sorte, quæ similiter primam partem de duodecim possidet, dicitur. Quod figura
sub-

subjecta quæ Trigona, Tetragona, Hexagona
& Diametra signorum tam dextra quam sini-
stra continet, docebit.



In hoc Schemate mensuram *ἀναλημῶν*
non à principiis signorum ut vulgo fit, sed à
mediis eorum partibus duximus. Sic enim me-
lius de tribus signis Hexagono, de quattuor
Tetragono, & de quinque Trigono datis ra-
tio perspicitur. Nam si à principio ducatur
signi ὁ ἀναλημῶν, in finem alterius signi &
extremam ejus partem desinet, & sic quod
volumus minus apparebit. Eo quippe modo
Hexagonum dūo tantum signa absolvunt,
Tetragonum tria, & Trigonum quattuor. De
quo

quo nobis infra pluribus erit differendum. Ab Ariete igitur per Leonem transeunti usque ad Sagittarium, novem signa sunt, & Sagittarius nono loco est, in quo & dextrum Trigonum statuitur. Sed aliquis possit contra arguere, si contrario pergatur ordine ab Ariete ad Leonem & per Sagittarium hæc numeratio procedat, Leonem quoque nonum signum futurum, & proinde sinistrum Trigonum æque novem annos daturum esse ut dextrum, & in nono loco futurum, cum tamen de solo dextro hoc dicatur & non item de sinistro. Sed responsio facilis de solo dextro Trigono ideo id obtinere, ut nono loco ponatur, quia naturalior est ordo per consequentia procedendi & *ab ante*, ut loquitur Firmicus, quam per antecedentia & *retro*. Secundum naturalem autem illum ordinem quo per sequentia signa successive pergitur, Trigoni dextri signum & locus in nona sede reperitur. Sed juxta hanc rationem signa Climacterica *consecutiva* illa deberent esse quæ Trigonum dextrum invicem constituerent, ut Aries & Sagittarius, Taurus & Capricornus, Gemini & Aquarius, Cancer & Pisces. Valens autem pro Enneadicis Climactericis signis hæc quattuor recenset, Taurum, Leonem, Scorpionem & Aquarium. Horum Taurus & Leo Tetragona sunt, similiter Scorpionem & Aquarius. Si Tetragonum sinistrum sumatur, quarto loco est, & quartum annum

annum dat Climactericum in fortis Fortunæ diathemate. Si dextrum, decimum locum obtinet, & decimum annum Climactericum tribuit. Ut apud eundem Valentem habetur. ἐν τῷ δεξιῷ τετραγώνῳ τὸ Δ' & δεκάτη, ἐν ᾧ τῷ ἀριστερῷ τετραγώνῳ τὸ Δ' & τετάρτη. Idem esse oportebat & in signis Climactericis Enneadicis, ut in Locis. De mendo codicis vix possumus suspicari, cum Hermolaus Barbarus ita etiam in suo exemplari legerit, ut nos in nostro. Aliud igitur quærendum est. Ἐννεαδικὰς Climacteres quomodo soliti essent computare veteres Astrologi, supra ostendimus. Non enim ἐννεαδικὰς vocabant qui per novennarii numeri revolutiones subinde recurrent, sed qui per dierum Enneadas quot in anno vertente reperiuntur, computabantur. Idem de Hebdomadicis, eos nempe esse qui per Hebdomadas dierum quotquot annus habet numerari solebant, eo quem supra explicavimus modo. Ut quinquaginta duæ sunt in anno Hebdomades, ita quadraginta Enneades. Ideo ἐννεαδικὰ κλιμακτηρικὰ quatuor illa signa esse docet, quia Tetragona inter se sunt. Tetragonum sinistrum quattuor signis constat, dextrum decem signis, si quater multiplicetur denarius numerus, aut decies quaternus, inde quadraginta exsurgunt. Tot sunt in anno Enneades. Tot dies sumi solebant ab initio anni usque ad diem genituræ,
ad

ad Climactericos computandos, ut supra ostensum est. Cæterum alia hic oritur quæstio difficulter solvenda, cur quattuor hæc signa tantum posuerit κλιμακτηρικὰ ἐννεαδικὰ cum omnia signa pariter inter se possint esse πετεγωνα, ac proinde etiam ἐννεαδικὰ κλιμακτηρικὰ cenferi. Idem dixeris & de eo quod quattuor signa duntaxat nominavit quæ ἐβδομαδικὰ sint κλιμακτηρικὰ ob id quod ex diametro se invicem respiciant, cum nullum duodecim signorum non possit esse alicui diametrum. Hæc difficultas de quattuor Hebdomadicis facile solvi potest. Quattuor Tropica recensuit quæ ἐβδομαδικὰ sint κλιμακτηρικὰ. Primum κλιμακτηρικὰ ea absolute esse voluit, quia in illis signis ut Tropica dicuntur ac sunt, conversio sicut Solis fit, ita & mutatio rerum & figurarum novatio in hominibus intervenit. Manilius lib. III. de Tropiciis:

Inducuntque novas operum rerumque figuras.

Et clarius sub finem ejusdem libri:

Vna ergo in Tropiciis pars est cernenda figuris

Qua moveat mundum, qua rerum tempora mutet,

Facta novet, consulta alios declinet in usus,

Omnia in adversum flectat, rursusque revolvat.

Ea de causa ergo & Climacterica sunt signa, quia Climacteres aliam quoque faciem rerum in hominis vita inducunt, dum eam variis objiunt periculis. Atque ut in scala scandenda mutantur Climacteres, id est gradus scalæ,

K

ita

ita per Climacteres sive Climactericos annos procurrentis vitæ impetus alicujus periculi incursione quasi supprimitur, aut in aduersum flectitur, ac revolvitur. Propterea in Tropicis signis videntur collocasse vim aliquam Climactericam quod in illis anni tempora ver-
 tantur. Εβδομαδικὰ autem esse voluerunt, quia quattuor illa signa ex diametro invicem sunt contraria, Aries nempe Libra, in quibus duo æquinoctia conficiuntur, vernum & autumnale: Cancer Capicorno, in quibus duo Solstitia æstivum & brumale fieri solent. Quia autem diametra perficiuntur septem signis, idcirco septenarios Climacteres Tropicis assignarunt, quia sese invicem diametraliter conspiciunt ex septimo loco. Hæc quattuor Cardinalia signa sunt quæ & κεντρικά Græci vocant. Quibus proxima sunt in successu Taurus, Leo, Scorpius & Aquarius, quæ invicem quadrata sunt, id est τετράγωνα tam in dextra quam in sinistra parte. Hæc pro ἐννεαδικαῖς κλιμακτηρικαῖς signis recenset Valens, quia Tetragonum dextrum per sinistrum multiplicatum quadraginta efficit quot sunt in anno ἐννεαίδες per quas computabantur Climacteres ἐννεαδικαί. Præterea ut Trigona & Hexagona signa optima sunt, ita pessima Diametra & Quadrata habentur. Græci, τὰ μὲν τρίγωνα καὶ ἑξάγωνα αἶτε ἐξ ὁμοειδῶν συνεστηκότα ἀγαθὰ εἰσιν, τὰ δὲ τετράγωνα, καὶ διάμετρα ἐξ ἐναντίων συγκείμενα μά-

χρηστέως ἐνασθέντος εἰσὶ δηλωτικά. Quæ verba sunt Anonymi Græci interpretis in primum librum Tetrabibli Ptolemæi cap. xvi. Ex quattuor sanè Tropici duo æquinoctialia sunt inter se opposita, & duo solstitialia, similiter. Vernum autem æquinoctiale cum solstitiali tetragonum est, & cum brumali. Sed nullum est signum quod cum alio non sit diametrum cuicunque nimirum contrarium situm habuerit. Sed & omnes alii conspectus in quæcunque cadunt signa, cum quibus hoc vel illo modo possunt συζημαλίζεσθαι. Interpres autem ille anonymus ὁμοειδῆ vocat signa quæ Ptolomæo dicuntur ὁμογενῆ, nempe ejusdem generis, masculini vel fœminini. At ὁμοειδῆ potius diceretur quæ ejusdem sunt formæ, ut quattuor τροπικά, quattuor πρεὰ quæ & ἀπλᾶ, & quattuor διπλᾶ sive biformia. Hæc sunt quæ quadratorum genera efficiunt. Ita vocantur Manilio qui & ea ejusdem generis esse scribit, id est ὁμογενῆ, his versibus. ————— Nam quartum quodque locavit

Ejusdem generis signum natura per orbem.

Subjicit, quattuor signa æquali cœlum discrimine signare in quibus Deus anni articulos creavit, id est τὰ τέσσαρα. Hæc sunt τὰ κεντρικά & quattuor τροπικά signa, inter se ὁμοειδῆ & ὁμογενῆ. Ita & quæ duplici sunt figura contexta quartum quemque locum retinere. Deinde addit, simplicibus etiam signis stare formam quadratam.


Sic & simplicibus signis stat forma quadrata.

Ex quo versu liquet quo sensu *quadrata signa* vocentur, nempe quæ quadrati æquilateris formam constituunt. *Quadrantes* etiam vocat, ut infra dicam. Aliud igitur τετράγωνον cum pro Tetragono conspectu sumitur, ut vulgo apud Mathematicos accipi solet cum οὐδὲ τὸ σχήμα ζώδιων ζώδιων tractant, aliud τετράγωνον sive quadratum Manilii. Tetragonus enim aspectus quod & τετράγωνον absolute dicitur, ut τείγωνον, & ἐξάγωνον, latus unum subtendit tetragoni æquilateris quod *quadratum* vel *quadrans* Manilio vocatur. Cum igitur Ptolemæus ait τείγωνα & ἐξάγωνα σύμφωνα dici quia constant ἐκ τῶν ὁμογενῶν ζώδιων, & contra τὰ ἀξίμελεα & τετράγωνα quia constant ἐκ ἐξ ὁμογενῶν ut non eodem sensu ὁμογενῇ posuit cum Manilio ita nec τετράγωνα sive quadrata. Quæ autem σύμφωνα sunt Ptolemæo, ea interpret ejus ἀγαθὰ vocat. Ita ἀσύμφωνα sunt mala. Unde apud Valentem, ἀσύμφωνα ἔσται τὰ πείγματα, pessima res erunt & malo loco posita. Secundum Manilium quattuor τροπικὰ quadratū unum efficiunt & ideo ὁμογενῇ sunt. Idem de quattuor quæ proxime succedunt Tropicis, & de tertiis quattuor quæ succedunt secundis. Ptolemæo vero quattuor Tropica sunt ἀνομοιογενῇ, quia duo ex his sunt masculina & duo feminina, quæ Manilio ejusdē generis habentur. Similiter quattuor σεραῖ sive ἀπλᾶ Manilio sunt ὁμογενῇ, Ptolemæo vero diversi generis, quia


quia & ex his duo masculina sunt, & altera duo
fœminina. Idem de quattuor Bicorporibus si-
ve duplicibus. Tetragonum unum sive quadra-
tum Manilii quattuor *τετραγώνους σωματισ-
μός* reddit, qui singuli constant ex diversi ge-
neris signis. Ipsa Tropica quattuor invicem
sunt Tetragona, quia *τετραγωνίζουσι*, sed ea
Tetragona sunt *ἀνομοιογενῆ*. Nam Aries cum
Cancro *τετραγωνίζει*, Cancer cum Libra, & hæc
cum Capricorno, sed Aries & Cancer diversi
generis, quia illud masculinū, hoc fœmininum.
Sed Libra quæ *τετραγωνίζει* cum Cancro &
Capricorno masculina est inter duo fœmi-
nea Zodia. Ut unum autem quadratum Ma-
nilii quattuor *τετράγωνα* sunt Ptolemæi, ita
unum Trigonum æquilaterum tria efficit Tri-
gona, ut vulgo appellantur Mathematicis de
Trigonis aspectibus sive *σωματισμοῖς*. Quòd
hi Manilii versus ostendunt, qui sic emen-
dari debent:

*Sed si quis contentus erit numerasse quadrata
Divisum ut signis mundum putet esse quaternis
Aut tria sub quinis signis ornare trigona,
Ut socias vires, & amicos exigat ortus;
Fœdera que inveniat mundi cognata per astra,
Falsus erit.*

Male vulgo legitur, *Aut tria sub quinis signis orna-
re Trigonum*. Tria Trigona sub quinis quæ-
que signis unum quadratū Trigonum æquila-
terum efficiūt, ut ex subiecto schemate constat.



Ita & quattuor quadrata sive *πλεγμα*
 exsurgunt ex uno quadrato æquilatèro quod
 ex quattuor *σημείοις* efficitur, & ex quattuor
 simplicibus signis, itemque ex quattuor dupli-
 cibus, Nam si à primo Tropico, id est Ariete, us-
 que ad secundum lineam emittas, efficies Te-
 tragonum aspectum, quod & absolute *πλεγι-
 γωνον* dicitur. At si iterum à secundo ad ter-
 tium, à tertio ad quartum, & à quarto ad
 primum lineam duxeris, quadrati formam
 ex his quaternis signis Tropici efficies, cu-
 jus singula latera totidem erunt *πλεγιγ-
 ωνι σχηματισμοί*, ut subjecta figura monstrat.
 Idem



Idem de aliis signis quod de Tropicis dicen-
dum. Totum enim cœlum quaternis signis sic
divisus est, æquali discrimine illud signantibus.
Alia igitur omnino fuit Maniliana sententia
quam Ptolemæi super *τετραγώνοις* sive quadra-
tis *ὁμογενεσι*, cum longe alio sensu *Quadrati* vo-
cem hic & ille usurparit. Ptolemæo τὰ τετρα-
γωνα & Δάμετρα pessima, quia ex diversis ge-
neris signis constant. In Elegia Anubionis de
Horoscopo hæc etiam notantur ut mala,

Τὰ τετράγωνα δὲ ὄραν καὶ Δάμετρα τόπων.

Ratio quam addit Ptolemæus cur mali sint
hi visus, in Tetragonis valet, sed non in Dia-
metris. Ait enim, ἀσύμφωνοι γὰρ οἱ Δάμετροντες
καὶ οἱ τετράγωνοι, διότι οὐκ ἐξ ὁμογενῶν ἀλλ' ἐξ ἐτε-

ρε & ἐπὶ τὰ συζηματίζοντ' ἔχουσιν. Ita Paraphrastes
 Proclus. Ideo ἐξ ἀνομοιογενῶν ζωδιῶν nempe
 masculinorum & fœmininorum, cum Trigona
 & Hexagona ea de causâ sint σύμφωνα idest ap-
 ta, convenientia & bona, quia ἐκ ὁμογενῶν
 ζωδιῶν constant. Trigona sunt Zodia Aries Leo
 & Sagittarius quia tria hæc de trigono se invicē
 conspiciunt, ut in figura supra posita ostendi-
 tur. Nam Aries adspicit Leonē & Sagittarium.
 Leo Arietem & Sagittarium, Sagittarius Arie-
 tem & Leonem. Omnia sunt masculina. Taurus
 Virgo & Cápricornus, καὶ τείγωνον similiter se
 conspiciunt, quæ omnia sunt generis fœminini
 & ὁμογενῆ. In Hexagonis pari modo res proce-
 dit. Cum enim Hexagona fiant ex tribus signis
 medio interposito, primum masculinū est, se-
 cundum fœmininum, tertium masculinum, aut
 primum & tertium fœmininum, medium ma-
 sculinum, duæ quæ de Hexagono se respiciunt
 ejusdem sunt generis masculi aut fœminei, &
 sic tota Hexagoni æquilateris forma vel ex
 masculinis omnibus, vel ex fœmininis com-
 posita est. Ex masculinis, ut sunt Aries, Gemi-
 ni, Leo, Libra, Sagittarius, Aquarius. Ex Fœ-
 mineis, Tauro, Cancro, Virgine, Scorpio, Ca-
 pricorno, Piscibus. In Diametris vero hoc fal-
 sum videtur quod ex diversi generis compo-
 nantur. Cum enim septimum quodq; signum
 primo sit contrarium non potest fieri quin ma-
 sculinum masculino & fœmininum fœminino
 ex

ex diametro oppositum habeatur. Aries Libræ diametraliter opponitur, signum masculinum masculino, Cancer Capricorno, fœmineum fœmineo. Si quis Ptolemæū ita defendere instituat quod sex signa absoluta diametrū conficiant non septem, ac proinde prius signum ut Aries, & sextum ut Virgo differant sexu, cum alterum sit masculinum, alterum fœmineum, nihil ager. Nam eo modo Hexagona quæ vult *εξ ὁμογένεσιν* constare, essent *ἀνομοιογενῆ*. Duo enim signa absoluta, si per partes non per signa numeratio fiat, Hexagonum component, unum masculum & unum fœmineum vel contra. A prima enim parte Arietis ad ultimam sequentis signi qui est Taurus, sexaginta partes numerantur quæ sextam circuli partem reddunt. Hæc sexaginta sexies ducta integrum numerum partium Zodiaci perficiunt, hoc est cccclx. Ita nec Trigona constabunt ex signis ejusdem generis. Non enim quina signa sed quaterna tantum absoluta Trigonū *τριγωνία* efficiunt. Partes quippe nonaginta inde exeunt ex quibus triplicatis tota summa partiū Zodiaci consurgit, nempe cccclx. Ita sex signa dimidiam partem circuli faciunt, partes nempe cxxx. Quæ duplicatæ integrum complent numerum Zodiaci partium. Viderint Matheseos peritiores quomodo hîc Ptolemæum excusaturi sint cum scripsit, Diametra ideo esse *ἀσύμφορα* & incōmoda quia ex signis diversi generis

composita sint. Non enim video qua ratione id possit consistere. Aliud quidem est cum *signiliter*, aliud cum *partiliter*, ut dixere Latini veteres Mathematici, hi *συνσηματισμοὶ* signorum Zodiaci considerantur, & mensura eorum agitur, h.e. *ζωδιακῶς* aut *μοιρακῶς*. Si per signa eos metiri velis adspectus, ut quina signa Trigonum constituunt, ita terna Hexagonū, & septena Diametrum. Sed tunc ut Hexagona & Trigona *ἐξ ὁμοῦ δῶν* constant, ita etiam & Diametra. Si partiliter ea computes, ut non à signo ad signum, sed à parte ad partem numeres, tum quatuor signa Trigonum, duo Hexagonum, & sex Diametrum constant. A parte prima Arietis usque ad ultimam Tauri sexagenæ sunt partes quæ duo tantum signa includunt, tertio excluso, & conspectum formant *τὸ ἐξάγωνον* qui sextam circuli partem subtendit. Ita Hexagona constant ex duobus signis diversi generis. Similiter à prima parte Arietis ad ultimam Cancrī centum & viginti partes numerantur, quæ est quarta pars circuli, & tria signa integra, & propterea Tetragonum ex paribus signis constat, duobus fœmineis vel duobus masculinis, uno interjecto sive masculino sive fœminino. A prima parte Arietis ad ultimam Leonis quattuor signorum partes sunt quæ tertiam partem circuli efficiunt, & proinde Trigonum ex diversi generis signis constituitur, non ex similibus

libus ut Ptolemæo placet. Eadem omnino ratione à prima ejusdem Arietis ad ultimam Virginis sex signa absoluta intercedunt, & partem dimidiam circuli absolunt, Ita Signifer in partes duas æquales dividitur, sena hinc signa, inde totidem ponendo. Nec est dubium quin exacta & *partilis ratio*, ut vocabant, hoc exigit. Nam quæ *καὶ Διμέτρον* invicem distant ut duos rectos angulos in circulo faciunt, ita sex signa includunt & partes centum & octoginta continent. Iuxta quam rationem, à prima parte Arietis ad ultimam Virginis hic partium numerus & signorum comprehenditur. Ita & Trigonum quattuor signa, Terragonum tria, & Hexagonum duo habebit, & Diametrum sex, non quinque, quattuor, tria & septem. Quomodo igitur ratio constabit appellationis Hebdomadicorum Climactericorum signorum? Tropica ita vocantur, quod cum invicem Diametra sint septimo signo inter se distant. Quomodo *κλημακίων*, ut dicebantur, *κλιμακτίρων* salva erit ratio, qua Trigoni sinistri locus dat Climactericum quintum annum si Trigonum sit in quattuor signis non in quinque? Atque ita de aliis. Cum prima pars primi signi & ultima quarti Trigonum absolvat, quia partes habet centum ac viginti, quot partibus quattuor signa constant, si quis ultra eum partium numerum natus fuerit, non amplius virtutem visus

sus Trigonici sentiet. Exempli gratia Sol sit in prima parte Arietis, cum quis nascitur in ultima parte Canceri, Horoscopus ejus de Trigono à Sole videtur, quia hæc centesima ac vigesima pars est trientis circuli quem quattuor δωδεκατημόρια efficiunt. Quid si in aliqua parte quinti signi fuerit genitus, an Trigoni vires amitteret? Ita quidem sentire videtur Manilius his versibus ex lib. 11.

———— Nam quina licet sint undiq₃ signa,
 Qui tamen ex signis quæ quinto quoque feruntur
 Astra loco fuerint nati, sentire Trigoni
 Non poterunt vires, licet illud nomine servant.
 Amisere loco doses, numerique repugnant.

Quomodo numeri repugnent, continuo explicat, quia nimirum cum Zodiacus in trecentas & ter vicenas partes dividatur, tertia pars ejus numeri, hoc est centum & viginti partes Trigonom efficiunt, & quattuor signa non quinque comprehendunt:

Nam quum sint partes orbis per signa trecenta
 Et ter vicena quem Phœbi circuit ardor,
 Tertia pars ejus numeri latus efficit unum,
 In tres perducti partes per signa Trigoni.
 Hanc autem numeri non reddit linea summam
 Si signum à signo, non pars à parte notetur.

Partilis ergo ratio postulat ut non plures quam centenæ ac vicenæ partes dentur Trigono, hoc est quaterna signa. Non igitur signiliter Quadrata vel Trigona numeranda esse, sed partiliter

liter afferit, non ζωδιακῶς sed μοιρακῶς. Quod his versibus expressit :

*Non satis est igitur signis numerasse Trigona
Quadratique fidem cœli per signa quaterna.
Quadrati si forte voles effingere formam,
Aut trinis paribus facies quum membra Trigoni,
Hic poscit quintam partem centesima summa,
Illic amittit decimam.*

Si decima pars decedat ex centum, fiunt nonaginta qui numerus Tetragoni sive trium signorum. Si ad centum addatur decima pars, fiunt centum & viginti, quæ summa Trigonum absolvit, & quattuor Zodia non quinque complectitur. Si una ergo pars supra hunc numerum ponatur, destruitur lex & norma & appellatio Trigoni. Hoc vult Manilius. Ergo à prima parte primi signi ad primam quinti, non est Trigoni mensura ducenda, quia una parte excedit, & transitus per eam fit in quintum signum. Quod videtur tanto verisimilius, quod inter singula signa interstitium statuebant cui nomen fecerunt μεσμβόλημα, in quo qui nascerentur omni genere miseriæ tam in corpore quam in animo afflictæ jacebant. Huic μεσμβολήματι inter trigessimam partem præcedentis signi, & primam sequentis locus fuit. Sic enim scribunt: Τόδε μετ' ἐξὺ κελῦ καὶ ταύρη, ὅπερ μεσμβόλημα καλεῖ, εἴ τις ἔχοι ὠρόσκοπον, ἔτ' αἰαλ' καὶ κωφὸς καὶ ἄσημ' ἐλθ' ἴσσι. Si quis spatium quod interje-

Citius

*Est autem inter Arietem & Taurum & vocatur με-
 συμβόλημα pro Horoscopo habuerit, mutus & sur-
 dus atque ignobilis morietur. Inter omnia signa
 hæc μεσσυμβολήματα posuerunt, quæ nihil aspe-
 ctibus ac σχηματισμοῖς signorum obstant. Ut
 igitur prima pars primi signi & quarti ultima
 Trigonum aspectum absolvunt si partilis ra-
 tio ducatur, ita secunda pars primi, & prima
 quinti, atque ita sequentes usque ad decimam
 quintam primi quæ cum decima quarta quinti
 idem Trigonum perficit. Non enim à x v.
 parte primi ad x v. quinti linea ducenda est
 quæ Trigoni latus efficiat, ut putavit Scaliger.
 Hoc certe modo quina signa numerantur, in
 Trigono & tria interjacent. Nam cum Sol in
 quinto signo est ab Horoscopo, tribus inter-
 jacentibus mediis, καὶ τρίγωνον adspicit, ut ait
 Censorinus. Hæc ratio nihilominus partilis
 est. non signilis, quæ Trigonum metitur à de-
 cima quinta parte primi signi ad decimam
 quartam quinti. Non enim plures partes nu-
 merat pro Trigono quam quæ à prima parte
 primi ad ultimam quarti lineam emittit. Quæ-
 nam igitur illa erat ratio quam *Signilem* vo-
 carunt hoc est ζωδιακῶν, quæque opponitur
partili? Est ea quidem quæ per signa nume-
 rabat adspectus non per partes. Sed quomo-
 do ea procederet docendum. Quæ ponit
 quinque signa pro Trigono, & quidem ab-
 soluta, ea *signilu* est. Quæ quattuor ponit, ea
 parti-*

partilis. *Signum à signo notari* dicit Manilius cum signilis ratio ducitur. *Partilem* vero cum pars à parte numeratur, idest à prima parte Arietis ad ultimam Cancrì, quæ centum viginti partes absolutum Trigonum in quattuor signis efficiunt. Ergo *signilis* est quæ signum à signo numerat, id est primum signum triginta partium facit, & quintum triginta, ita ut non centenæ & vicens partes pro Trigono numerentur, sed centum & quinquagenæ. Nam si linea ducatur à quinta decima parte primi signi usque ad decimam quartam quinti, quinque hic etiam signa notantur, sed non plena. Primo enim partes tantum quindecim dantur, ultimo quattuordecim. Ergo de omnibus quinque plenis signis intelligendum cum per signa numerantur Trigona, & *signilis* eorum ratio ducitur. Quod, & clare significat Manilius his versibus:

Si tamen extremum lævi, primumque prioris

Inter se conferre voles, numerumque notare,

Ter quinquagenas implebunt ordine partes.

Transibit numerus formam finesque sequentis

Consumet ductus.

A prima parte primi signi ad extremam quinti, quod lævum appellat, quia exempli gratia, Leo sinister est Arieti; Leo autem sinistrum est Trigonum Arietis, & quinto signo ab eo distat. Si quinque illorum signorum partes plenas numeres, centum & quinquaginta redduntur.

tur. Tot enim partibus quinque signa constant. Ergo secundum *signilem* rationem & *platicam* Trigonum quinq; signa absoluta efficiunt, sive partes centum & quinquagenæ. Juxta *partilem* vero & exactam rationem in quattuor signis & centenis vicenisq; partibus Trigonum absolvitur. Hæc mens fuit Manilii. Scaliger nescire se fatetur quid moverit Manilium, ut rem tam puerilem tam anxie notarit, neque se causam posse hujus facti comminisci, Nam à principio signi ad principium signi, & partis ad similem, fit ductus. Valde enim esse bardum oportere qui aut errare hic possêt, aut quintum signum pro quinque signis numeraret. Verum hic error aut stupor non fuit Manilii sed Mathematicorum antiquorum quos sequutus est. In omnibus illi distinxerunt *platicam* rationem, quam pro rudi & simplici posuerunt, & exactam, quam *partilem*, idest *μοιρικῶ* nominarunt. Juxta *partilem* partes tantum dederunt Trigono centum & viginti, quæ quattuor signa sunt. Juxta *signilem* & *πληρικῶ* quinq; signis integris confici *τετράγωνον ἡμελισμὸν* putaverunt. Atque ita reliquos. Inde est & illa in duodecim Loca Horoscopi distributio, quorum & *ἡμελισμοὶ* ad idem instar procedunt quo & duodecim *δωδεκαμήσια* Zodiaci. Nam in tertio ab Horoscopo Loco ut in tertio signo visum *καθ' ἐξάγωνον* constituerunt, in quarto *καὶ τετράγωνον*, in septi-


Septimo τὸν Ἐλμμερον. Nectertium locum de Hexagono ita acceperunt, aut tertium signum, ut putavit Scaliger, quod à principio primi signi ad principium tertii, aut partis ad similem fieret ductus, sed totum primum signum cum toto tertio ad Hexagonum efficiendum signiliter sumpserunt. Idemque de quarto, quinto, & septimo, ad Tetragona, Trigona & Diametra formanda statuerunt. Inde est quod tertium ab Horoscopo locum Firmicus incipere facit à sexagesima ab Horoscopo parte & in nonagesimam desinere. Sic Hexagono tria signa absoluta dat, idest nonaginta partes. At secundum partilem rationem in sexagesima parte ab Horoscopo absolveretur, idest in ultima secundi signi parte, eoque modo duo tantum signa includeret. Et falsum est quod posuit Scaliger à principio signi ad principium signi & à parte ad similem ductum fieri in partili ratione. Fit enim à principio signi ad finem signi, & à parte ad dissimilem, ut à secunda parte primi ad primam tertii & sic deinceps. Sic idem Firmicus quartum ab Horoscopo locum in quarto ab Horoscopo constituit signo, cujus initium à parte nonagesima profectum usque ad partem vigesimam supra centesimam pervenire dicit. Atque ita Tetragonico conspectui tribuit quattuor signa absoluta, id est centū & viginti partes. Quæ nume-

L

ratio


ratio si per partes duceretur, Tetragoni consummatio subsisteret in parte nonagesima, h.e. ultima tertii signi. Similiter & quintum ab Horoscopo locum in quinto signo constituit, & initium facit eum accipere à centesima ac vigesima parte, & usque ad centesimam & octogesimam extendit, cum partilis ratio Trigonum non ultra centum & viginti partes porrigat. Ita de cæteris Locis ne Lectorem morer. Diametrum quippe in septimo fieri signo dicit & septimo ab Horoscopo loco, qui profectus à parte centesima & octogesima, usque ad ducentesimam ac decimam proferatur. Quæ septem sunt signa totidem partibus constantia. Hæc ratio signilis est quæ per signa numerat Genituræ Loca, cum partilis & exacta longe aliud requirat. Differentiam porro ignorare partilis & signilis aspectus hodiernos Astrologos parebit ex hac eorum interpretatione, qua aspectum *plasticum* qui idem est cum *signili*, eum esse dicunt qui est à signis tantum, & quo signa ipsa sese adspiciunt: *partilem* vero dici eum à stella ad stellam immorantur tot cœli partes, quot configurationes ipsam constituunt. Verbi gratia, cum ascendente ab ortu prima Arietis parte, ab occasu præcipitat se in Hemisphærium inferius pars Libræ prima, in qua malefica constituta sit, aut in parte haud ita multum distante. Quæ sunt falsissima. Nam *partilis*
& *Pla-*

& *Platicus* aspectus sive *signilū* ea tantum ratione differunt quam explicavimus. *Platicam* rationem sive *signilem* Græci ζωδιακῶ nominant, & κεινῶ, & καθολικῶ. De quo alias. Futilia tamen hæc sunt & inania ut in re quam putant tanti esse momenti, Locorum nempe genituræ & signorum stellarumque συζητησµὲς, ut alii sint secundum exactam partium supputationem, alii vero si per ipsa signa simpliciter & πλαικῶς ratio ineatur. Quid enim tam diversum quam ut *Trigonus* aspectus verbi gratia alias in quinto signo fiat, alias in quarto, & interdum consummetur in centesima ac vigesima ab *Horoscopi* parte, interdum usque ad centesimam & octogesimam extendatur? Quæ mensura est totius signi spatium amplior. Atque ita de aliis. Quod attinet ad *Ἀφμετεῖντα* signa, si signifer circulus in duobus æqualia *τμήματα* dividatur, alterumque ex his sex signa, alterum totidem habeat, signa quæ in utriusque sectionis angulis invenientur, erunt inter se *Ἀφμετετα*, ut hæc figura demonstrat.




Prima pars signi quæ est in superiore angulo, respondet ex Diametro ultimæ parti signi quæ est in inferiore angulo semicirculi alterius. Et è contrario in altero semicirculo superioris anguli pars ultima signi respondet ex opposito primæ inferioris. Et hoc est quod scripsit Ptolemæus, *ἡ Διάμετρος τῶν signorum περιέχει δύο ὀρθὰς γωνίας καὶ ἐξ δωδεκατημέλεια*. At in circulo integro cum Diametri conspectus vim ac potestatem suam per totas vicini signi partes extendat, ex eo fit, ut Libra sit contraria Arieti, quia Virgo conspectus diametralis qui per partilem rationem in ultima parte Virginis completur, tricenas partes

tes libræ pervadit si signili & platica ratione mensura agatur. Ita *μοιρικῶ λόγῳ* Aries & Virgo erunt *ἡ Διέμετρον* opposita. Item Pisces & Libra. In circulo vero dimidiato hoc idem si admittatur, duo *κεντρικὰ* signa Æquinoctiorum non essent adversis frontibus contraria, sed alterum Piscibus, alterum Virgini ex Diametro responderet. Idemque foret de duobus Solstitialibus. Atqui cum hæc quattuor Cardinalia signa signiferum æqualiter in quattuor partes dividant, duo Æquinoctialia & duo item Solstitialia invicem se *Διέμετρον* conspicere necesse est. Sic Aries Libræ *ἡ Διέμετρον* adversus reperitur, & Cancer Capricorno. Atqui Libra septimum est ab Ariete signum, & Cancer à Capricorno septimum. Menses quoque in quibus Solstitia & Æquinoctia fiunt septimo loco invicem distant. Nam September à Martio septimus est mensis, December à Iunio septimus. Luber hic subicere omnium configurationum Schema, ut rudiores quæ dicta sunt supra citius possint comprehendere.




Ex hoc Diathemate licet colligere omnia signa quæ Hexagoni formam constituunt esse unius generis ac sexus, h.e, aut omnia fœminina aut omnia masculina. Quod ex duobus figuris Hexagonis subditis patebit, quarum altera masculina sex signa continet, altera sex fœminina.

De




De Trigonis & Tetragonis *ισοπλευροῖς* jam supra propositis schematibus ostendimus, illa esse *ὁμοιογώνῃ*, ista *ἀνομοιογώνῃ*. Ut Tetragona tria sunt, ita Trigona quattuor. *Triplicitates* vulgo vocant. *Trinos* vero aspectus Trigonorum latera. Diametra porro esse etiam diversi generis subiecta figura planum facit.



Hæc duo quippe Diametra invicem se intersectantia ex quattuor signis disparibus constant, duobus masculinis & duobus fœminis. Idem de aliis quadratis statuitur, idest quæ æquali discrimine in quattuor partes circulum dividunt, & simul in duas partes æquales illum scindunt. Unde duo Diametra existunt & quattuor Tetragona ex uno quadrato *ισοπέδιον*. Nam si lineam duxeris ab Ariete ad Cancrum, à Cancro ad Libram & à Libra ad Capricornum, item à Capricorno ad Arietem quadratum exhibet æquilaterum ex quattuor Tetragonis *ἡμιῶλις* compositum, & duobus Diametris. Solstitialia quippe cum Æquinoctialibus erunt Tetragona, & Solstitialia cum Solstitialibus, ut Æquinoctialia cum Æqui-

quinoctialibus Diametra, & utraque ἀνομοιο-
γῶν ut ex subjecto schemate patebit.



Hoc & in omnibus aliis signis quadratis
contingit ut diversis respectibus pariter invi-
cem Tetragona sint & Diametra. Hinc τετρα-
γωνα & ἀσμέτερες junguntur passim tanquam
ἀσύμφωνοι σχηματισμοί, & ea causa redditur
quod consent ex signis diversi generis. Et sane
potest consistere ut explicavimus. Nisi enim
ita acceperis, non potest Ptolemæus defendi
cum scripsit ἀσύμφωνες esse τετραγώνους &
ἀσμέτερες σχηματισμούς quia sunt ἐκ τῶν ἀνο-
μοιογῶν. Generaliter quidem per omnes
L 5 aspe-

aspectus inter se συμφωνεῖν, idest, consentire dicuntur Zodia, ut supra docuimus, quia συμφωνεῖν & συγχρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν ἑλλήνων Græci ea dicunt etiam quæ ex Diametro & Tetragono se respiciunt. *Consensionem* vocat auctor Anonymus vetus Latinus quæ Græcis συμφωνία, pro συγχρηματισμῶ. *Adspiciunt inter se stella ex quinto signo*, quod dicitur Trigonum & habent maximam consensionem. *Disidere* autem dicebantur quæ nullo adspectu jungerentur. *Cetera*, inquit, *disident vel leviter adspiciuntur*. Idest ἀσύμφωνα εἶσι. Non tamen in his numerat Diametrum nec Tetragonum. *Item à quarto quod Tetragonum*. Dicit etiam ibidem: *Item ex contrario quod est septimum signum*, ac Diametrum vocatur, estque maxime adversum. Eo sensu igitur Ptolemæus ἀσύμφωνα vocaverit Ἀγμέτεα & πλεγάωνα quod adversa essent & parum prospera, Hinc factum ut συμφωνεῖν dixerint proprie de his quæ bonos habent aspectus, cum alias σύμφωνα sint quæ aliquo adpectu se vident. Ideo vero quattuor Tropica esse signa Climacterica censuerunt, quia ut dictum est, in illis mutatio fit anni & rerum. Hebdomadica autem quia Diametra septimo invicem loco vel signo distant. Postremo cum ἐβδομαδινηὶ κλιμακτήριες sæpe incidunt in Enneadicos cum Hebdomadici simul sunt & Enneadici, ideo videntur & Enneadica Climacterica signa Hebdomadicis vicina constituisse,

stituisse. Reliqua quattuor signa, hoc est Geminos, Virginem, Sagittarium & Pisces idem Valens *ῥήκτινα* esse dicit, idest interdum esse Hebdomadica, interdū Enneadica. Hoc enim significat *ῥήκτινον* idest commune, ut *Epicæni generis* nomina dicuntur apud Grammaticos quæ utrunque recipiunt genus, masculinum & fœmininum. Sic inter stellas ab iisdem Mathematicis Mercurius *ῥήκτιν* vocatur, quia nec per se bonus est nec malus, sed cum benevolis stellis benevolus est, cum malevolis, malevolus. *ῥήκτιν* ἢ ὁ ἔρμῦς, ἐπεὶ περ μετὰ μὲν ἀγαθοποιῶν ἀγαθοποιῶν μετὰ ἢ κακοποιῶν κακοποιός. *Epicænon* Latine *communem* melius verteris quam *Tralaticium* ut viro doctissimo placuit. Nam *ῥήκτινον* idem quod *κινόν*, commixtæ & promiscuæ virtutis quod est. Ita quippe etiam appellant stellas quæ nec per se malæ nec bonæ. Sextus: *τὸ ἰστέριον ἐνὶς μὲν ἀγαθοποιὸς εἶναι λέγουσι, ἐνὶς ἢ κακοποιός, ἕνα δὲ καὶ κινός*. Alia etiam ratione Mercurii stella *ῥήκτιν* habetur. Cum stellarum aliæ diurnæ sint, idest per diem gaudeant, aliæ nocturnæ quæ per noctem gaudent, Mercurius ad utranque naturam se accommodat, & modo diurnus est, modo nocturnus. Orientalis quidem diurnus est, occidentalis nocturnus. Proclus: *ῥήκτινον ἢ πάλιν τὸ ἔρμῦς, ὅτι μὲν ἡμερῶν ἐν τῷ ἀναπληκῶ ἡμέρῃ, νυκτερινὸν ἢ ἐν τῷ δυνήκῳ*. Hæc est quàm vocarunt
αἶρε-

αἵρεσιν Græci Mathematici. Latini veteres *conditionem*. Cum enim Sol dici imperet, Luna nocti, quæ per noctem gaudent Stellæ, conditionem Solis sequi dicuntur & ejusdem esse cum eo conditionis, Græci συναιρέτας vocant. Ut Solis συναίρετῶν sunt Juppiter & Saturnus, Lunæ Mars & Venus. At Mercurius ἡμίχρινός ἐστι, & modo hujus, modo illius conditionis. Scalliger αἵρεσιν vellet Latine verti *factionem* potius quam *conditionem*, quia nomen illud putat à Circo ductum esse, & quod quædam Stellæ dicantur αἰφῆνῃ, vult pariter, ut hanc vocem ita & illam esse Circensem. Sed fallitur. *Conditio* hic proprie est αἵρεσις, & recte sic vocarunt Latini Mathematici, ut Firmicus qui caput habet VII. lib. II.º *De Stellarum Conditione*. Apud Valentem ubi de eadem re tractat, Græce id dicitur, ὡς αἵρεσως ἢ αἵρων. Apud Firmicum vulgo est in excusis, *Diurna vel nocturna Stellarum gaudia*. *Conditio* idem quod *sors*, vel *secta* vel *institutum* & ἀγωγή. Ut enim conditiones hominum sunt diversæ qui non ejusdem sunt fortis & sectæ, quia alii aliis institutis & professionibus gaudent, ita etiam stellæ non sunt ejusdem conditionis in cælo, cum aliæ gaudeant nocte, aliæ die, aliæ, ut Mercurius, ad utranque conditionem sese accommodent. Optimæ Glossæ, *Conditio*, αἵρεσις. Quod Firmicus autem dixit, *Quæ stella per diem gaudeant, & quæ per noctem*, non satis

fatis expressit, quod Græcis Mathematicis dictum est. Nam de stellis quæ per diem gaudent, dixerunt eas *ἡμέρας ὑπεργείως χαίρειν*. & *νυκτὸς ὑπεργείως χαίρειν*. De die nempe supra terram esse gaudere, & de nocte similiter. Talis est Sol qui *ὑπέρλατ* χαίρει per diem, & Luna quæ per noctem *ὑπέρλατ* χαίρει. Quæ die *χαίρουσιν ὑπέρλοι*, ex per noctem gaudent *ὑπόλοι*, sub terra, & contra. Satis igitur non fuit Firmico dicere simpliciter, alias per noctem gaudere, alias per diem. Nam eadem stella per diem simul gaudet & per noctem, nempe *ὑπέρλατ* & *ὑπόλατ*, non simpliciter nec absolute. Nam illa cui placet per diem supra terram esse, eadem etiam latatur per noctem sub terra degere. Nullæ sunt igitur *factiones* sed *conditiones* stellarum, quia gaudent quæque sua sorte, ut homines conditione in qua vivunt, dum aliæ supra terram esse præoptant per noctem, aliæ per diem, & contra. Alia etiam ratione Mercurius est *ῥηίνου*. Nam cum aliæ stellæ vagæ partim masculini sint generis, partim fœminini, ipse est generis *Epicæni*. Luna & Venus fœminæ sunt: Sol, Mars, Juppiter & Saturnus, masculi. Solus Mercurius *κρινὸς* vel *ῥηίνου*, quasi Hermaphroditus. Talia igitur sunt quattuor signa *ῥηίνου* quæ modo sunt *ἑβδομαδικὰ κλιμακτηρικὰ*, modo *ἐννεαδικὰ*, cum prima quattuor semper sint Hebdomadica, secun-

secunda quattuor semper Enneadica. Hæc autem signa quæ ὀπίσθια esse volunt, non minus inter se quadrata sunt quàm quattuor κεντρικά, vel illa quattuor quæ τροπικαὶς ac κεντρικαὶς succedunt. Quæ autem quadrata sunt, etiam Diametra alio sensu videntur, in eodem περὶ δ' ὧ. Exempli gratia ex Cardinalibus signis Aries cum Cancro quadratum efficit, sed cum Libra diametrum. Cancer ad Libram quadratus est, ad Capricornum diameter. Idem est de duobus sequentibus περὶ δ' οἷς ut in subiecto schemate apparebit.

Τέτραγωνα.

πλ. ἰσομασθικὰ.	Υ	Ϟ	≡	Υ	τροπικὰ.
πλ. ἑνναδικὰ.	Ϛ	Ω	π	≡	ἀπλὰ.
Ἐπίσθια.	Π	πξ	→	×	διπλὰ.

Non igitur ratione quadrati vel diametri respectus prima duo περὶ δ' ὧ, nempe κεντρικῶν signorum & his proximorum, Climacterica sunt, cum tertium Tetradium non minus juxta hanc rationem Climactericorum signorum appellationem adoptare deberet. Ut enim Cardinalia signa quæ quadrata sunt

sunt, non tam potentia sunt ratione quadrati, quam ratione cardinis, ita & illis proxima & quæ ab iisdem terna. Sic Cardinalia signa κλιμακτηρικά sunt εβδομαδικά, proxima Cardinalibus κλιμακτηρικά ἐνεαδικά. Tertia ab illis, Epicœna. Quod Manilius eleganter expressit his versibus:

*Qua quanquam in partes divisi quatuor orbis
Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati*

Censentur, minor est numeri quam cardinis usus.

Signa quatuor Cardinalia potentissima sunt, qui primus est, quadrans est signorum Quadratorum. *Quadrantem* voco pro quaternione, ut Latini veteres etiam usurparunt, non solum pro quarta parte. Ita & Græci τετραγώντ vocem pro τετραγώνω usitatam habent ut alibi notavimus. Τετρας autem est *quadrans*. Quod ergo dividitur in quatuor patres & quatuor angulos habet *Quadrans* dicitur atque ita posuit Manilius, his versibus:

Quotquot Cardinibus proprio quadrante moventur

*Proxima, vicini subscribunt, tertia quæque
Hospitibus.*

Primus igitur Quadrans est signorum κεντρικῶν & τροπικῶν quæ sunt κλιμακτηρικά εβδομαδικά. Secundus proximorū Tropici in successu, quæ simplicia Græci vocant, ἀπλᾶ vel περᾶ. Tertius quadrans τῶν ὀπικίων quæ διωίμα ac διπλᾶ Græcis Astrologis, quia duplici cor-

corpore veluti contexta sunt, Latini *duplicita*,
biformia & *bicorpora*, ut sunt Gemini, Virgo, Sa-
 gittarius, Pisces. Hæc tertia signa dicuntur Ma-
 nilio, quia tertio loco sunt à cardinibus in
 successu ut dixi. Nam in antecessu proxima
 quoque istis habentur, quæ ἐν ὀπισκλίσι sunt
 & πρηνήσι Cardinalium signorum, ut sim-
 plicia ἐν ἐπαναφορᾷ. Ita loca cœli per tres quo-
 que quadrantes dividuntur ut & signa, quo-
 rum primus quadrans ἡ κέντεων est, quæ supra
 memoravimus, Locus nempe Horoscopi qui
 ortus est, & huic ex Diametro respondens
 Occasus, Medium cœlum & huic pariter op-
 positum ἐν Διγμέτερι Imum cœlum. Hæc pri-
 mam habent potestatem. Quattuor loca se-
 cunda, secundam, qui secundus est quadrans.
 Horum duo in ἐπαναφορᾷ consistunt Cardi-
 naliū locorum, & duo in ὀπισκλίματι. Quæ
 & similiter, ut prima κέντεω per Diami-
 trum ex adverso sita sunt. Nam tertius ab
 Horoscopo locus contrarius est nono, &
 quintus undecimo. Quattuor tertia loca
 reliqua similiter diametraliter componun-
 tur. Nam primus horum qui ab Horoscopo
 secundus est, ex adverso respicit octavum &
 sextus duodecimum. Horum duo ἐπαναφερό-
 μενα sunt Cardinū, duo πρηνήμενα. Secun-
 dus & octavus ὀπισκλήμενα. Secundus succedit
 Horoscopo, octavus succedit Occasui. Sextus
 vero & duodecimus πρηνήμενα. Sextus
 quippe

quippe præcedit Occasum, duodecimus præcedit Horoscopum. Hæc sunt duodecim Loca cœli, quæ signa etiam appellantur Græcis pariter & Latinis Astrologis. Sextus *πρώτον ζώδιον* appellat & *ἐπόμενα* non solum Loca quæ præcedunt quattuor Cardines quæque iis succedunt, sed etiam ipsos Cardines. Nā *ὠροσκόπος* ab his definitur *τὸ αὐτὸν ζώδιον*, *signum ascendens*. Sextus de medio cælo, *μεσυχένημα* ἢ *τὸ ἀπὸ ὠροσκόπου πέταρον ζώδιον*. Scribit Valens maxime *χημαλιστικὰ* & *ἐνεργητικὰ* esse *ζώδια* ἢ *ὠροσκόπον* καὶ *τὸ μεσυχένημα*, *Decreteria* esse *signa* & *maxima efficiensia* Horoscopum & Medium cælum. Quibus addit & *ἀγαθὸν δαίμονα* & *ἀγαθὴν τύχην*, quæ pariter *ζώδια* appellat, hoc est locum undecimum & quintum. De reliquis idem dicit. Ut alibi porro vocat *τέτατον* & *ἐννατον* ἀπὸ *τῷ ὠροσκόπου τόπον*, sic alio loco, pro eodem ponit, *τὸ δέκατον ζώδιον* ἀπὸ *τῷ ὠροσκόπου* καὶ *τὸ ὀγδοον*, *secundum* & *octavum* ab Horoscopo *signum*. Firmicus: *Dea est tertius ab Horoscopo locus*, id est, *tertium ab Horoscopo signum*. Atque ita de reliquis. Hoc inde est quia singula Loca aliquod semper obtinent signum. Si unum ex signis Cardinalibus unum ex *κέντροις* possideat, reliqua tria in reliquis quoque tribus Cardinum Locis posita reperiuntur. Exempli gratia, si Cancer in parte sit Horoscopi, Aries Medium cælum obtinebit, Capricornus Occasum, & Libra Hypogeum


geum sive Imum cælum , atque ita reliqua signa ordine quæque suo in reliquis octo Locis disponentur. E contrariò Ariete Horoscopus idest partem ortus tenente, Medium cælum Capricornus tenebit , Occasum Libra , Imum cælum Cancer. Medium autem cælum decimus est ex duodecim ab Horoscopo Locus, Occasus septimus, Imum cælum quartus , & Horoscopus primus. Non enim illa trium quadrantum dispositio qua Cardines quattuor prima Loca dicuntur , secunda altera quattuor, & item tertia ordinem numeri sequuntur, ut nimirū quattuor prima sint , primus secundus tertius & quartus : quattuor secunda, quintus, sextus, septimus & octavus: quattuor tertia, nonus, decimus, undecimus & duodecimus , sed longè aliter procedunt. Primus quadrans , qui est Cardinum primum Locū & septimum continet qui invicem diametri sunt, quartum & decimum qui etiam ex adverso se conspiciunt. Secundus quadrans tertium habet & huic contrarium nonum Locum, item quintum & undecimum qui invicem ex opposito sibi pariter respondent. Tertius quadrans habet secundum Locum cum octavo *Ἀπὸ τοῦ ὀκτώτου* , & sextum cum duodecimo. Hæc tertia quattuor *pigra & dejecta* dicta scribit Firmicus, ut ante docuimus, *quia nulla cum Horoscopo societate junguntur*. Sic enim ibi legendum, non *dejecta*. Græci *ὑποζώα* vocant,

&

& αὐτῷ δεῖξαι. Figura subjecta, sive Diathema signorum duodecim Locis dispositorum, hoc ostender.

ΤΟΠΟΘΕΣΙΑ, sive DIATHEMA

τῶν δώδεκα τόπων.



Arietem porro in hoc Diathemate in Medii cæli loco posuimus, quia in genituræ Mundi Themate sicut compositum fuit ab antiquis Astrologis, Aries μεσσηρανῆ. Ex ea causa & μεσσηρανῆμα sive medium cælum in genituris omnibus obtinere principatum crediderunt, ut ex quo loco totius genituræ

rum dispositio, $\theta\epsilon\mu\alpha\tau\circ$ vero $\tau\acute{\alpha}\xi\iota\varsigma$, cujusque loci ordo, prout est primus vel secundus vel tertius usque ad duodecimum. Hesychius, $\theta\epsilon\mu\alpha$, $\tau\acute{\iota}\pi\circ$, $\chi\omega\rho\circ$. At $\Delta\iota\theta\epsilon\mu\alpha$ plurium Locorum est dispositio. Hoc est plane quod dixit Lucretius his versibus :

*Hoc ratio declarat eorum qui Loca cali
Omnia dispositis signis ornata notarunt,
Propterea fit uti videantur dicere verum.*

De duodecim Locis intelligit, in quibus ut liquet ex superius posito Diathemate, signa duodecim disposita sunt. Manilius *partes* vocat his versibus, è lib. II.

Adde suas partes signis, sua partibus astra.

Non enim hic $\mu\omicron\iota\rho\alpha\varsigma$ vocat signorum singulorum quæ tricenæ sunt, sed Loca cæli duodecim in quibus signa sunt. Poëtice quidem ea duodecim Loca vocavit *partes*, cum sola quatuor prima Loca sic proprie dicerentur, ut ante docuimus. Unde & Firmicus lib. II. cap. XVII. de Cardinibus geniturarum, Ortum esse dicit *partem Horoscopi*, Occasum *partem cali*, quod vocabulum in aliis octo locis designandis non usurpavit. Hodierni Astrologi aliis nominibus utuntur quibus hæc exprimant, cum melius antiqua & Latina fuerint usurpaturi. *Domos* appellant quæ Latinis *Loca*, & Græcis $\tau\acute{\iota}\pi\omicron\iota$. At *Domos* vocarunt alio sensu antiqui Astrologi quos nimirum Græci $\omicron\iota\chi\alpha\varsigma$, qui hæc Loca de quibus intelligimus nun-

M ; quam

quam nomine οἰκῶν donaverunt, sed τόπῃς, ut dixi, semper appellarunt. Singulis planetis sua signa attribuerunt in quibus domicilia quasi haberent constituta. Οἶκῃς appellant. Ut Domus est Solis Leo, Lunæ Caner, atque ita de cæteris. Vetus auctor capite de Stellis Fixis, *Domos* appellat. Firmicus *Domicilia*. Quæ Loca vero proprie dicuntur Mathematicis sive τόποι, eas *stationes calis* appellant vulgaria Firmici Exemplaria. Sane & Græci αἰσῆς vocarunt. Alioquin *statio* aliud est Latinis Astrologis, id quod nimirum *πλευρῶς* Græcis vocatur. Multo magis caret ratione quod *angulos* appellant qui Latinis *Cardines*, Græcis κέντρεα. Quasi Cardinalia illa Loca magis angularia sint, aut angulorum nomen magis mereantur quam reliqua οἶκῃς. Anguli γωνίαι sunt, non κέντρεα. Et proprie Græci Mathematici γωνίας vocant, quattuor Horizontis Loca ex quibus quattuor venti καθολικῇ, ut vocantur Græcis, vel *Cardinales*, flant. Quæ Loca vel anguli etiam sua virtute prædita sunt in genesibus. De his ita Græci, οἱ πένταρες τόποι ἔσονται οἱ ὀρίζοντες, καὶ αἱ γωνίαι ἐξ ὧν ἔχουσι τὰς ἀρχὰς οἱ καθολικῇ αἵετοι. Hos τόπῃς, sive has γωνίας videntur Neoterici Mathematici confudisse cum quattuor Cardinibus genituræ, quæ prima quattuor sunt Loca ex duodecim. *Cardines geniturarum* vocavit Firmicus, ut Græci κέντρεα ἢ ἡμέσεων. Apparet certo ea confudisse

disse ex his quæ scripsere cum duodecim domos ita describunt: *Inter has, inquit, duodecim Domos quadam sunt angulares, quadam succedentes angulis, quadam cadentes ab angulis quattuor pro qualibet dispositione. Ubi angulos vocant qui sunt Cardines sive κέντροι, imperitè. Succedentes angulis sunt ἐπαναφερόμενα, vel ἐπόμενα ζώδια. Quam vocem donarunt Firmico de qua nunquam illi in mentem venit, ut sic vocaret. Nam lib. II. cap. XVII. ita titulum posuerunt, Cardines, eorumq; succedentes. Ubi Libri habent tantum de octo Locis. Et sane eo capite tractat tantum de octo locis, sequenti vero de Cardinibus geniturarum. Melius tamen hæc Loca succedentium appellatione impertiverunt quam reliqua quattuor Cadentium. Nam quæ sequuntur Cardines signa, succedunt Cardinibus & subeunt. Quæ vero præcedunt, ab iis recedunt, non cadunt. Cadentes, inquit, sunt tertia, sexta, nona & duodecima, cadentes nimirum ab angulis. Hi sunt τῶτοι ἀποκεκλιγότες Græcorum Astrologorum, sive ἀποκλίματτα, quos perperam, & inscite Cadentes appellarunt, cum sint potius declinantes, & recedentes non ab angulis, sed à Cardinibus. Angulos autem istos, sive angulares domos, quattuor ponunt, & sic exponunt; Medium cali, sive domum Decimam: Orientem seu domum primam quæ vocatur Ascendens: Occidentem seu septimam Domum. Et Se-*

ptentrionem seu domum quartam, dictam *angulum septentrionalem* & à multis foveam, & Imum cæli. Nihil clarius est ex istis quam γωνίας vel τόπας quattuor ὀρίζοντ^{ος} ab his confundi cum quattuor geniturarum Cardinibus. Nisi hoc fecissent, qua ratione aut jure potuerunt vocare Septentrionem vel angulum septentrionalem, τὸ ἀήμεσθρήνημα sive ὑπόγειον quod & ὑποχθόνιον κέντρον Dorotheus appellavit, Latini *Imum calum*? An Septentrio sub terram? Immo in nostra sphaera semper sublimis apparet, meridiem contra sub pedibus nox atra videt manesque profundi. In Cardinibus genituræ Hypogeum quidem oppositum est μεσθραινήματι, & in quattuor angulis sive locis Horizontis Septentrio opponitur Meridiei, idest Septentrionalis plaga meridiali, sed uterque locus in Horizonte ipso est, vel supra Horizontem. Sed & unus ex quattuor Cardinibus dictus ὑπόχ^{θ^{ος}} quia solus infra terram, cum reliqui tres sint ὑπέρχ^{θ^{ος}}. Ita enim Græcis, τεῖα ἡ καὶ ὑπέρχ^{θ^{ος}} κέντρον, ἀναπολή, δύσις, μεσθρήνημα. Inscite etiam atque inepte ἡ μεσθρήνηματ^{ος} κέντρον appellant *Meridianum*, quasi nihil intersit inter μεσημβρινὸν & μεσθρήνημα. Si Medium cælum *Meridianum* nomine appellatur, nihil prohibet & Horoscopus & Occiduum Cardinem vocari Horizontem. Nam hi duo circuli ad rectos angulos se interfecant Meridianus &

Hori-

Horizon. Et cum per puncta occasus & ortus hic transeat, æque hos duos Cardines dici jus est |Horizontes, melius vocassent *Meridiem*. Nam Græci μεσημβριάζειν dixerunt quod Ægyptii μεσημερνειν teste Polluce. Pari insciria ἀναβιβάζοντες pro *Ascendente* ut vulgo vocant, vel Horoscopo quidam acceperunt quod est Græcis ἀνιχον ζώδιον. Ἀναβιβάζειν non est ascendere, sed in altum tollere & levare. Ἀναβιβάζων Græcis Mathematicis est ἐκλεψιγής τόπος, ut κατὰ βιβιάζων qui ei ex Diametro oppositus est. Uterque etiam dicitur σῶδεσμος ἐκλεψιγής. Unde & Græci utrumque vinculi vel nodi figura repræsentant, ἀναβιβάζοντες hoc modo, ☿, κατὰ βιβιάζοντες vero isto, ♄. Theon: πόντι' ἀναβιβάζοντες καὶ κατὰ βιβιάζοντα εἰς ἑφάμην. σῶδεσμος. *Nodum Boreum & nodum Austrum* vocant hodierni Mathematici, & illum *Caput Draconis*, hunc *Caudam Draconis*. Duo sunt Loca vel puncta Eccliptica per quorum alterum Luna versus Septentrionem ἀναβιβάζεται, per alterum versus Austrum κατὰ βιβιάζεται. Ἀναβιβάζων est elevans non ascendens, κατὰ βιβιάζων devehens idest vel deorsum vehens, non descendens. Magnæ uterque in genesisibus auctoritatis & potestatis, & qui cum cura investigabatur & præcipuè ὁ ἀναβιβάζων. Nam si stellæ in eo beneficæ reperirentur, genesis etiam mediocris & abjecta

splendidior & erecta evadebat. Græci, Σηθὴ πῖν δειῆσθ' εἰ ἐν τῷ τῷ οἱ ἀγαθοποιοὶ εἰσὶ καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἀναβιβάζοντι. ἔσται γὰρ ἡ γῆ ὡς ὅτε πρὸς τὴν περικλήν, καὶ νυμετρία δὲ ῥεθῇ, ἡ ἐν κατὰ ῥεθῇ γῆ, ἀναβιβάζοντι. Idest in altum tollitur. Ad ἀναβιβάζοντι Etymum alludit, quod dejectas geneses in altum erigat. Unde apud Tertullianum in lib. i. adversus Marcionem cap. xviii. *Procefferit age jam in notitiam quando voluit, quando potuit, quando hora fatalis advenit. Fortasse & Anababizon obstabat, aut aliqua malefica stella, Saturnus quadratus, aut Mars Trigonus.* Auctor vetus qui lemmata posuit singulis Maniliani operis tractatibus, *Anabibazonta* perperam accepit pro Meridiano. Ita enim scripsit, *de Anabibazonte & Horizonte.* Cadens autem magis proprie diceretur de occidente quam de quolibet signo præcedente vel declinante. Sol enim cadit qui occidit, ut surgit qui oritur. Unde & Horoscopus signum est surgens, τὸ ἀνίχον ζώδιον. Præterea male *cadentes* appellantur τῶπις qui ab Horizonte ascendunt versus Medium cælum, & qui ab Imo cælo tendunt ad Horizontem. Κατὰ Φέρεσθαι quidem de iis Locis Græci dicunt, & κατὰ Φορῶν, quæ in devexo sunt, non de his quæ ascendunt, & ἀναφέρων. Sed alius erit dicendi locus de erroribus Mathematicorum Neotericorum tam in rebus quam in verbis. Græci Astrologi hoc γῆμα sive Ἀξίωμα duo-

decim

decim Locorum cum suis signis, δωδεκάτερον appellant. Male Scaliger δωδεκάτοπον indigerat, tam in Horoscopi Diathemate quam in sorte Fortunæ, cum sit ut dixi δωδεκάτερον. Sic enim vocarunt teste Vettio Valente, cujus unum caput est lib. iv. *ὡς ἔστι τὸ ὀνομασιῶν τῶν δώδεκα πύων, καὶ ὡς τῆς δωδεκατέρας.* In ipso autem capite sic habet, *καὶ ὑπὲρ πύων ὁ ὡρελαμβάνων τῶν καὶ περιμετρῶν δωδεκάτερον.* Hæc δωδεκάτερον duodecim Loca comprehendit. Si inde eximas quattuor Cardines quæ prima quattuor Loca sunt, quæque propter potestatem videntur extra ordinem ponenda, reliqua octo Loca dabunt *πλὴν ὀκτώτερον.* Sic enim vocarunt, ut est apud Manilium in fine libri, cujus locum corrumpit Scaliger dum corrigere studuit. Ita quippe habebatur in omnibus editionibus antiquis & libris. Ibi canit Manilius sibi nunc satis esse cali partes & titulos notasse, de stellis in Octatropo positis se alibi dicturum.

Nunc satis est cali partes titulosque notasse

Effectusque loci per se cujusque, Deosque.

Cui parti nomen posuit qui condidit artem

Octatropon, per quam stella diversa volentes

Quos reddent motus, proprio venit ordine rerum.

Scaliger ibi reposuit *Octo topos*. Quod est ridiculum. Nec enim causa est cur voce Græca ibi uti voluerit auctor cum potuerit dicere, *Octo locos*, atque alibi semper ita vocaverit.

Cum

Cum prima ut dixi, quattuor Loca ob singularem suam potentiam, quia principalia sunt & κελεύοντα ζώδια τῆς ἡμέρας, ut habet Sextus, ab reliquis locis quæ minores habent virtutes, separentur, tum Diathema duodecim Locorum dividitur in quattuor Cardines & ὀκτάτερον, idest octo Loca. Sed duodecim simul comprehensa δωδεκάτερον reddunt, quia non solum tot Locis constat, sed etiam tot modis ac figuris variatur quot Loca sunt. Nam si unicuique duo addideris, Hexagonum habebis, si tres, Tetragonum, si quinque Trigonum, si sex Diametrum. Et sic à primo loco qui est Horoscopus, usque ad duodecimum qui est ἐν ἀντιθέσει Horoscopi. Ad hunc modum primus est Hexagonus tertio, Tetragonus quarto, Trigonus quinto, Diameter septimo. Secundus quarto Hexagonus est, quinto Tetragonus, sexto Trigonus, octavo Diameter. Atque ita de cæteris in orbem. Nam semper Locus à quo, numeratur cum Loco ad quem. Inde ὀκτάτερον & δωδεκάτερον. Quæ nomina videndū an à τερον potius quam à voce τέρον facta sint. Nam in singulis Locis mutatio fit, idest τερον χηματισμῶν. Sed melius à τέρον deducitur, quia τρόποι etiam pro ipsis χηματισμοῖς ponuntur, tam Ptolemæo & Proclo, quam Valenti. Apud Grammaticos etiam τρόποι sunt figuræ & schemata. Geminus τρόπους appellat τῶν χηματισ-

ματισ-


μαλισμὸς Zodiacum his verbis, καὶ τρεῖς τρόποις αἰσιν παθεῖν γίνονται, καὶ Ἀφμετρον, καὶ τεύγων, καὶ περὶ γωνον. Dicitur autem ἡ δωδεκάτροπος, & subintelligitur ἀγωγή vel πομπή. Hæc duodecim Loca, ut dictum est, vocantur etiam signa, quia nullus est Locus quin aliquod semper habeat signum. Sed signa variant ac per Loca ambulant, cum ipsa Loca in sua sede maneant, vel potius pro sede sint signis ea perambulantibus. Signa propria natura censentur & suas habent ιδιοτροπίας, ut & loca ipsa virtutes ac potestates suas. Nam ut signa sunt quædam κλιμακτηρικὰ, ita τόποι κλιμακτηρικοί. Caput est apud Valentem ex Critodemo ὅτι ἐκ θρῶν ἀστέρων & κλιμακτηρικῶν τόπων. Apud Ptolemæum in Libro Sententiarum centum, interprete Joanne Pontano, *Cum regni Dominator in Locum Climactericum incidit, tunc aut rex, aut è regni principibus magnus quispiam morietur.* Sed perperam ibi scriptum est *Climatericum*. Quomodo & passim solent scribere hoc nomen hodierni genethliaci. Quos etiam sequuntur viri quidam docti quasi ἀπὸ τῆς κλίματὸς id nomen factum sit. Ipse etiam Pontanus in commentario ad eum Locum, *Climacterica Loca* interpretatur quæ Græcis ἀφελικὰ dicuntur, à barbaris *Ilegalia*, *Quæ loca*, inquit, *quoniam Greci vocant Climacterica anni quoque progressionis ejus Climacterici dicuntur.* Quod nomen
inde

inde ductum videtur, quod ex ascensionibus planetarum, secundum Climatis rectum aut obliquum circulum cognoscatur tempus, quo planeta sit ad eum locum perventurus. Quæ omnia sunt falsissima. Nec enim Climacterici anni aut Climacterica Loca à Climate dicta sunt, nec eadem sunt Climacterica Loca cum τόποις ἀφελκοῖς. Ut stellæ dicuntur ἀφ' ἑτῆς à quibus sumitur initium vitæ cursus, ita & ἀφελκὰ inde loca unde principium curriculi illius auspicatur & in quibus collocatus est ἀφ' ἑτῆς. At Climacteres cursum potius vitæ interrompunt, aut interturbant, vel etiam finiunt, quam auspicantur. Ἀφ' ἑτῆς contrarii sunt ἀναιρεταῖς, & ἀφελκῶι τόποι τοῖς ἀναρεπικῶς. Climacterica vero Loca plerumque sunt ἀναιρετικά. Sunt quidem & nonnulli τῶν ἀφ' ἑτῶν mali, ut infra ostendam, sed κλιμακτῆρες semper. Præterea sunt & ἀφ' ἑσῆς τῶν κλιμακτῆρων, sed κλιμακτῆρες non sunt iidem cum ἀφ' ἑταῖς ut infra dicā. Cum duo porro sint genera Climacterum, unum quod vitæ hominum periculum infert, alterum quod fortunis, Climacteres vitæ & eorum Loca Climacterica in Horoscopo querenda sunt, fortunarum vero pericula in fortis vel partis Fortunæ Locis Climactericis invenienda. Ut enim Horoscopi Diathema & δωδεκάτροπ⊙ ad vitam pertinet, ita fortis Fortunæ ad fortunas hominum. In Horoscopi Diathemate ex duodecim Locis constante,

stante, Loca sunt quædam felicia, & com-
moda, alia infausta & adversa. Καλὰς illos τό-
πους appellant, istos κακὰς καὶ ἐχθρὰς. Septem
bona Loca numerant, Horoscopus qui pri-
mus est. Medium cælum qui est decimus ab
Horoscopo. Bonum Dæmonem qui est unde-
cimus. Bonam Fortunam, qui est quintus. De-
inde occasum qui est septimus, tum Imum cæ-
lū qui est quartus. Postremo eum qui vocatur
Deus & nonus est ab Horoscopo Locus. Hæc
sunt septem loca quæ καλῶν τόπων elogio or-
nantur à Græcis Mathematicis. Hæc Loca
sunt quæ Græcis dicuntur *χημαλιστικὰ τόποι*
vel *χημαλιστικὰ ζώδια*, vel *χημαλίζοντα*, quat-
tuor nempe Cardines cum duobus Trigonis
Horoscopi, idest Loco quinto & nono, item
decimo qui est ἐπαναφορὰ μεσσηνήματ^ο.
Ita enim legenda verba Porphyrii in Isagoge
vulgo corruptissima; *ὡς χημαλίζοντων ζώ-
διων. χημαλίζει πάση γνέσει ζώδια ἐπὶ αὐ-
τῶν. τετραμή, πένταρα, τρίγωνα ἢ τῷ ὠροσκόπῳ δύο,*
πρὸς ἢ τέτοις ἢ ἐπαναφορὰς ἔ μεσσηνήματ^ο.
Hæc *decernentia* loca vel *decretoria* licet La-
tine appellare. Reliqua quinque sunt ἀχημα-
λιστα. Ex quibus tria sunt mala & adversa, secun-
dus, tertius, & octavus ab Horoscopo: Duo
vero omnium sunt pessima, sextus & duode-
cimus. Horum sextus malæ Fortunæ ob id
nomine donatur, duodecimus vero mali Dæ-
monis. κακίς τις τόπος appellant Græci. Atque

in genere de malis & bonis locis τῆς δωδεκατρόπης in Horoscopi Diathemate. Ex his vero quæ mala sunt alia ad morbos & ægri-
tudines faciunt, ut duodecimus, in quo vi-
tia & ægri- tudes inveniuntur, ut ait Firmi-
cus. Valens locum esse dicit peregrinationis,
inimicitia, servorum noxæ, periculorum, judi-
ciorum, mortis, & infirmitatis. Quatenus pe-
ricula etiam significat & mortes, hic locus
κλιμακτηρικὸς. Octavus mortis etiam &
ægri- tudinis significativus est, Valente aucto-
re. Quare & hic Climactericus locus potest
appellari, quatenus & quidam sunt Clima-
cteres θανατηφόροι. Sextus vitia quoque & vale-
tudes decernit teste Firmico. Valens, ἐκ τῶν
δύλων σίνης, ἐχθρας, πάθους, ἀδυνείας. Non
est Climactericus iis quibus ægri- tudines &
morbi non faciunt Climactericos, sed so-
la extrinsecus accidentia quibus vita & for-
tunæ periclitantur. Scaliger in Diathemate
Horoscopi, pericula undecimo Loco tribuit
contra ipsius Loci meritum qui fœlix habetur,
& ἀγαθὸς δαίμων ea gratia Græcis vocatur. Ami-
cis propriè datur, estque locus ἐλπίδων, δω-
ρεᾶς, τέκνων, σωμάτων, idest servorum & li-
bertorum. Ex his duodecimus qui κινδύ-
νης habet, Climactericus propriè potest
vocari ex vocis hujus κλιμακτήρ notatione
quæ periculū significat. Singula autem Loca,
ut ajunt artis periti genethliacæ, καθ' ὃ σημαίνει
ιδίως

ἰδίως ὑποπέλει, ut significationes habent, ita & decernunt. In Horoscopi igitur δωδεκατρόπῳ schemate sola pericula quæ vitam incurfant variis & externis accidentibus cernuntur, & in Loco ejus duodecimo inveniuntur. Labet hic subjicere schema duodecim genituræ Locorum, cum principalibus eorum significationibus & differentiis qualitaturn, quænam ex iis bonæ, quæ malæ, quæ & pessimæ, ut intelligatur quæ Climacterica, idest periculosa vitæ proprie vocari possint.



In Græco est primi Loci ζωή, secundi βίη.
 Priore nomine vitæ spiritus intelligitur, posteriorio-

steriore id omne quo vita sustentatur. *Videmus* vertimus. Quo nomine omnia quæ ad vivendum faciunt, comprehendimus. Firmicus, ex hoc signo sive Loco spei ac possessionis incrementa nosci ait. Male βίον expressit. At in quarto Loco, possessionum & omnium bonorum genera, ac facultatum, quærebantur. Nunc pericula quæ fortunas spectant in sorte Fortunæ quærenda sunt quia ad eam proprie pertinent quidquid est patrimonii vel facultatum dignitatumque, τύχῃ καὶ κτήκῃ & τύχῃ ἀξιωματικῇ appellat Ptolemæus, & post eum Hephæstio. In duodena & ipse Loca dividitur haud secus atque Horoscopus vel genituræ Diathema, ac δωδεκάτροπος etiam dicitur. In septimo ejus Loco pericula, idest κλιμακτήρες statuuntur, ut auctor est Manilius lib. 111.

Septima censetur savis horrenda periculis,

Si modo subscribunt stellæ per signa locata.

Ut in genituræ Diathemate vel ποσειδῶνα Horoscopus primum locū tenet, sic in sortis Fortunæ partibus, prima pars est ipsa sors Fortunæ, septima ab ea κλιμακτηρικὴ est & periculosa fortunis. In primo enim loco τὰ ἐγὼς ejus κλήματα censentur, & mobilia, ac se moventia omnia. In septimo qui ex Diametro eum respicit amissio eorundem vel amittendorum periculum. quia Diametralis respectus malus est. Sic in sorte nuptiarum primus locus conjun-

junctionem continet nuptialem, septimus
 Locus est mœchimonii quod everſio eſt ma-
 trimonii. Sic in genituræ Diathemate Ho-
 roſcopus qui primus eſt locus, vitam continet,
 ſeptimus locus finem vitæ, qui Horoſcopo
 Διμετρεῖ. Ut Manilius ait lib. II. ſub finem
 de occiduo Cardine qui Horoſcopo oppo-
 ſitus eſt, ſive ortivo Cardini: *Et finem vitæ reti-
 net, mortique locatur.* Falfus eſt quidem Picus
 Mirandulanus qui Maniliana Athla duodecim
 quæ ſunt Loca duodecim ſortis Fortunæ, ni-
 hil aliud putavit eſſe quam Diathema τῆς γλῶ-
 σσεως. Et recte illum reprehendit eo nomine
 Scaliger, ſed ipſe non vidit quod præcipuum
 in hac re fuit, non ſolum ſortis Fortunæ τῷ
 δωδεκάτροπον δαρι, ſed etiam plurimorum Lo-
 corum aliorum quæ inter δώδεκα τόποις geni-
 turæ vel Horoſcopi continentur. Exempli
 gratia, ipſe Fortunæ Locus qui δωδεκάτροπος
 tractatur haud ſecus atque Horoſcopus cum
 partili ratione examinatur, ſi platice quæren-
 dus ſit, in quarto ab Horoſcopo Loco inve-
 nitur, qui Cardo eſt Imi cæli vel ἀνήμερος ἐγνή-
 ματ. De quo ita Firmicus: *Hic locus oſtendit
 nobis parentes, patrimonium, ſubſtantiam, fundamen-
 ta, mobilia & quidquid ad latentes & reſiſtas pa-
 trimonii pertinet facultates.* Generaliter & καθo-
 λικῶς ſive παλτικῶς Locus de fortunis homi-
 nis in quarto ab Horoſcopo Loco quæritur.
 Nec ſolum earum acquirendarum felicitas

inde petitur, sed etiam amittendarum metus & periculum. Nam Valens in eo quarto genituræ Loco non solum κτήματα constituit, sed etiam κινδύνους. Si ratio fortunarum subtiliter & partiliter colligenda est, per Fortunæ κλήρας duodena loca investiganda est. Male itaque Scaliger in Horoscopi ποποθεσία τὰ ἐντὸς, in sortis Fortunæ Διγγραφεὶ δωδεκατρόπῳ τὰ ἐκτὸς contineri notavit. Immo omnia quæ ad totam vitæ substantiam pertinent, actus, fortunæ, prospera, adversa, dignitates, commercia, inimicitiae, amicitiae, parentes liberi, fratres, uxores, σωματικὰ quæcunque & ψυχικὰ, externa & interna, quæ natalem præcedunt & quæ sequuntur usque ad exitum ipsum, item ipse exitus duodecim genituræ locis explicantur. Singula quippe loca ita plures determinatas vivendi agendique habent functiones, ut nihil sit quod humanam genituram vitamque omnem spectet quod non in his inveniatur. Sed ea cujusque loci cum propria sint singula, ita ex suis petuntur locis, ut summam duntaxat & πλαικῶς, sive καθολικῶς, colligantur. Cum vero ad particularem disquisitionem eorum veniendum est, tum opus est invento loco eo qui quaeritur, multifariam eum dividere, & multiplici ejus tractatione per duodenorum Locorum signatione defungi. Exempli gratia, Fortunarum si-
ve possessionum inventio in quarto Loco genituræ

nituræ cernitur. Sed ille locus præter κτήματα multa alia etiam habet quæ inde ducuntur. Nam locus est non solum κτημάτων sive possessionum & universi patrimonii tam in mobilibus quam immobilibus consistentis, sed etiam δόξης, τέκνων, γυναικός, ιδίων καὶ πρεσβυτέρων παροσώπων, πραγμάτων, πόλεως, οἰκίας, μονῶν, μετεωρολογίων τόπων, κινδυνῶν, θανάτου, σιωχῆς, μυστικῶν πραγμάτων. Cum tot igitur res quarto ab Horoscopo loco in genituræ Themate contineantur definiendæ, non possunt omnes subtiliter & exacte ex eo loco colligi. Ergo qui singillatim volet & ἑμέριον ea explicare, Locum specialem cujusque rei investigabit, quo invento per totidem Loca cum deducet per quæ ipse Horoscopus ventilatus est. Fortunarum locus igitur si partiliter considerandus sit, ubi illum invenero, tum ex locis aliis Hexagonos, Terragonos, Trigonos, & Diametros conspectus arcessam. Quod non fieri potest sine δωδεκατρόπῃ constitutione. Et sane cum fortunarum locus multiplex sit, sive de earum generibus agatur, sive de modis acquirendarum qui plurimi sint, sive de amissionibus earundem quæ nec uno modo contingunt, per varios astrorum positus & respectus ea omnia colligenda sunt. Locus de parentibus quartus quoque est ab Horoscopo in genituræ Diathemate quem πατρικὸν τόπον appellant

Græci Mathematici, qui parentes & parentū vitam ostendit, quia & ista tractatio πολυ-
 γιδής est, de genere parentum, de fortunis,
 de dignitate, de vitæ spatio, de morte & aliis,
 eodem modo & ipse colligi potest quo geni-
 tura, cum nimirum partili & subtili ratione
 persequendus est. Ptolemæus paraphrastes
 Græcus, lib. III. cap. V. περὶ γονέων. ὑπόλοι-
 πον, inquit, ἐστὶ τὸν πατρικὸν ἢ μητρικὸν τόπον,
 ὡς περὶ ὠροσκοπὸν ὑποσέκοιται ὅτι τὸ κατ' εἶδος θεω-
 ρητέον, καὶ ὅπως καθὼς ὅτι γινέσσεως καὶ τὰ λοι-
 πὰ τῶν γονέων ὁπισκοπεῖν. Hoc est quod scri-
 psit Firmicus lib. V I. cap. XXXII. Neque
 enim parentes vel parentum vitam ab Horoscopo
 locus quartus ostendit, nec conjugem septimus, nec
 filios quintus, nec amicos undecimus, nec valetudi-
 nem sextus. Si platice quidem & summatim
 res explicanda sit, quartus Locus parentes
 ostendit, septimus conjugem, & filios quin-
 tus, sed disquisitio partilis & exacta quam κατ'
 εἶδος vel κατ' μέρος vocat Ptolemæus, alii μοι-
 ρεικῶς & πλατικῶς, longe certius & explica-
 tiusea definit. Nam ex platice definitione in
 aliud signum, ex partili in aliud Locus quæsi-
 tus cadit, ut dixit Valens, πολλάκις γὰρ καὶ μὲν τὸ
 πλατικῶς θεωρεῖται εἰς τὸ ζώδιον σιωπηλῶς ὁ
 κληρῶς, καὶ ὁ μοιρικῶς εἰς ἄλλο. Ideo monet
 οὗτος κληρῶς ἀκριβῶς καὶ μοιρικῶς esse disqui-
 rendos. In partili ratione ac μοιρικῇ Trigo-
 num fit in signo quarto, platice vero & minus
 accura-

accurata in signo quinto ut supra ostendimus. Locus de nuptiis quem *γαμικὸν τόπον* vocavit, in Horoscopi Themate quintus est, si *πλαικῶς* sumatur. Sin vero *μοιρικῶς* definendus sit τὸν *γαμικὸν κλῆρον* generat, qui *πλυτέπως* & *πλυμερῶς* spectandus est. In quo Diathemate, Diametrum, hoc est locus septimus ab ipso *κλήρῳ γαμικῷ*, adulterium ostendit. Interdum non ex totis duodecim locis aliquis locus perspicendus est, sed ex uno tantum aut duobus tractatio ejus petenda. Ut de vitiis & morbis corporum quorum qui locus est ab Horoscopo sextus, generaliter duo Cardines ad eum disquirendum sumendos esse monet Ptolemæus, τὸ ἀνατολικὸν καὶ τὸ δυτικὸν & maxime τὸ πρὸ τῆς δύσεως, hoc est *ἀπὸ κλιμα* Occasus. Hic enim proprius ejus locus in genituræ dispositione. Ita Locum de fratribus, τὸ πρὸ ἀδελφῶν τόπον, qui tertius est ab Horoscopo in genituræ Themate, præcipit idem Ptolemæus *καθολικῶς* tantum ἐξετάζειν καὶ μὴ κατὰ μέρος ἐπιζητεῖν, hoc est *πλαικῶς* non *μοιρικῶς*. Quia nimirum locus de fratribus non operosæ est indaginis, nec plures habet varietates. Sol omnium ætheris vitæ auctor est per quem movemur & vivimus. Tunc potentissimus est cum *μεσσηρινῇ*. Ideo & in illo Cardine qui *μεσσηρινήμα* dicitur, summam æctionum omnium, artium, & quidquid artium beneficio homini confertur constitue-

runt. Sed *πληκῶς* hæc considerantur in illo Loco qui ab Horoscopo decimus est. Partili vero ratione si colligatur, *κληρον ἔδαιμον* qui Sol est, efficit & similiter ut *κληρ* τῆς πύχης in duodecim Loca distribuitur ac *δωδεκατρόπως* explicatur. His positis videndum quænam sint *Climacterica Loca* tam in Horoscopi quàm in sortis Fortunæ dispositione, quando *πληκῶς* ex illis Locis Climacteres decernuntur. Si inter Climacteras admittamus etiam morbos & mortis varia genera, ut sunt etiam quidam Climacteres *θνήσσοι* & *θανατηφόροι*, quattuor dat *τόπας κλιμακτηρικὰς* Horoscopi *δωδεκάτροπος*, quartum nempe qui etiam *κινδύως* & *θάνατον* & *συναχὰς* significat, auctore Vettio Valente. Octavū qui etiā *θανάτη τόπος* ab illo vocatur. Duodecimum qui juxta eundem *τόπος* quoque est *κινδύων, παθὲς, θανάτη, ἀσθενείας*. Sextum etiā qui eodem teste, noxæ, inimicitiae, ægrotudinis & vitii. Firmicus quoque in eo signo causam vitii & ægrotudinis inveniri scribit. Ita quattuor Loca sunt in Horoscopo *κλιμακτηρικὰ*, partim fortunis periculum inferentia, partim ipsi vitæ. In sortis Fortunæ *δωδεκατρόπῳ* unicum tantum locum *κλιμακτηρικόν*, traditum offendimus nempe septimum quem *salvis horrendum periculis* canit Manilius. In nono tamen idem Loco *natorum sortem dubiam patriosque timores* collocat. Unde videri potest is Locus habere Cli-

Cli-

Climactericos infantium annos. Πλαπική autem & καθολική θεωρία non solum κτ' τόπον & ζώδιον tractatur, sed etiam κατ' αἵετα, vel καθ' ἀπὸ τῶν αἵετων διώαμιν, ut dicit Sextus, qui ἀπὸ τῶν αἵετων vocat τὰ κτ' ζώδιον, ἢ ἀπὸ τῶν αἵετων διώαμιν γινόμενα. Quod ὁλοχερῶς & ἐν πλάτῃ alibi vocat, alii καθολικῶς & πλατικῶς, ut jam notavimus. Non solum ergo sunt Climacterica Zodia, & Climacterica Loca, sed etiam Climactericæ stellæ, quos etiam κλιμακτηρίζοντας αἵετας vocat Valens. Hæ sunt malignæ stellæ quæ etiā ex occurſu ſua Climacteres reddunt letiferos aut periculofos. Partilis vero ratio ex plurium ſtellarum καυσποιῶν concurfu & mixtura colligitur. Nec ſolum in his inveniendis periodi ſtellarum ſed etiam aſcenſiones ſignorū conſiderandæ ſunt. In quibuſdā horæ primo, deinde meſes poſtremo & anni ſυρputandi. In quibuſdam horæ tantum, in aliis meſes, in aliis etiam anni. Sed & ſtellæ quæ in Cardinibus poſitæ ſunt aut in ortu perſpiciendę ſunt cum earū χημαρμοῖς. Temporis etiam termini explorandi minimi, medii & maximi. Quæ omnia moroſe & intricate ab auctoriſus vanæ artis explicantur. Ea hic minutatim exponere non ſolum longum eſſet, ſed tædioſum, nec hoc agimus quibus id nunc tantum conſtitutum eſt oſtendere quantum hallucinentur hodierni Aſtrologi in Climacterum interpretatione & computatione.

ratione. Cum in Horoscopi *ποπθεσία* & sortis Fortunæ sint aliquot tantum Loca *κλιμακτηρικὰ* quæ vim hanc nimirum habent & *ιδιότιζον*, si stellæ accedant maleficæ & Climactericæ quæ in Locis aliis non Climactericis tam Fortunæ Sortis quam Horoscopi consistant, aut testimonium iis perhibeant, tum & Climacteres existunt in iis Locis quæ per se & ex vi propria non erant Climacterica. Sin vero in Climactericis Locis stellæ malignæ reperiantur, periculosiores ex eo & magis letales evadunt Climacteres. *Κληρικὸς κλιμακτῆρας* appellat idem Valens qui ex duodecim Locis *ἢ κλήρεα τῆς τύχης* exsurgunt, si maleficæ stellæ præsentia sua ea infestent & Fortunæ testimonium perhibeant. Εἰσὶ ὃ, inquit, καὶ οἱ κληρικὸι κλιμακτῆρες καὶ μάλιστ' ἡ καθ' ὅπῳ πωδόντων, ἡ μαρτυρέντων τὴν τύχην. Quos Climacteres *κληρικὸς* sic explicat. In Diametro sortis Fortunæ fit septimus Climacter, qui locus est à parte Fortunæ septimus In Trigono dextro nonus, in sinistro quintus, in Terragono dextro decimus, in sinistro quartus, in dextro Hexagono undecimus, in sinistro tertius. In Loco qui præcedit Fortunam duodecimus, *προήγησιν τῆς τύχης* appellat, qui locus est ab ea duodecimus. In ipsius conjunctione, *πρωφιλῶ* appellat, secundus, quia secundus est à parte Fortunæ locus, estque ejus *ἐπαναφορεαί*. Hæc omnia ex subiecto schemate clarius patebunt.

Ε' ξά-

maſterem. Cujus hanc puto eſſe cauſam. Octavus Locus aſ ſextus pigri ſunt, & nulla ſocietate aut *συμπαθεία* cum Horoſcopo vel cum ſorte Fortunæ junguntur. Unde & ſextus *mala Fortuna* nomine appellatur. Octavus autem in Horoſcopi *ποποθεία*, mortis locus habetur, quia ex eo mortis qualitas invenitur. Si malevola autem ſtella Locum illum preſſerit præſentia ſua, aut radiorum conjectu, vel *χημαπσμῶ*, cum per ſe letalis ſit ex proprietate ſuæ naturæ, non datur ex eo exitii effugium. At ſecundum propriam *κλιμακτῆρ* notionem ac definitionem, non perniciem extremam adfert, ſed in periculum tantum magnum vitam aut fortunas conijcit. Hinc *κλιμακτῆρας* quæ proprie pericula ſunt vitæ aut fortunarum à mortis exitu diſtingui ſupra docuimus. Quod & Ptolemæus confirmat lib. III. Terrabili cap. xxv. ubi docet, afflictis ſimul locis & in exitu annorum revolutione ſtellarum inſiciente præcipua Loca, mortem certam expectari debere. Si vero vel alter locus ex duobus clementius agat, *τῆς ἐπεμβάσεως* nimirum ἢ *τῶν ὀρίων*, tunc futuros *κλιμακτῆρας* *μεγάλης καὶ ὀπιςφαιῆς*, pericula *gravia & ancipitia*. Interpres Latine reddidit *aſſultus*. Imperite. Sunt enim proprie pericula. Si uterque Locus favorabilis ſit, languores tantum & damna, & deportationes ad tempus ſignificat. Proclus habet, *νωθρότης*
μάνου

μόνον, ἡ βλάβη παρερχομένη συμβήσεται. *Levis duntaxat poxa continget, & gravitas corporis.* Græcus interpres, αἱ καλῆς αἱ πάντες ἔχουσαι τὰ κακὰ, πάντως ἀναιρέσιν ἐπάγουσιν, αἱ δὲ τὰ πλεῖστα κακὰ κλιμακτῆρας, αἱ δὲ τὰ πλεῖστα ἀγαθὰ παροδικὰ ἀηδίας. *Ubi vides Climacterem separari ab interitu, & à levi & cito transeunte molestia.* Est igitur periculum grave. Εἰκότως, inquit, ἀφλαμβάνει καὶ διδάσκει ποτὲ μὴ ἀναιρέσεις ἔσται, ποτὲ δὲ κλιμακτῆρ, ποτὲ δὲ παροδικὴ ἀηδία. *Videndum ergo utrum locus ἀναιρετικὸς afflicto sit, si possideat eum malefica stella aut radiorum cōiectu premat.* Tum enim mortem omnino ostendit. Si plura bona sint, ut si malefica stella Loco institerit καὶ πῆξιν, at ἐπέμβασις αὐτὸ ὅριον beneficæ stellæ fuerint, παροδικὸς existet κλιμακτῆρ, idest levis & quo quis facile defungitur. Si sola autem ἐπέμβασις bona fuerit, reliqua vero mala, tum χαλεπὸς καὶ δυσπαύλακτος ἔσται κλιμακτῆρ. Ex quibus patet alios leviores, alios graviores esse Climacteres. Sed utrunque genus ex propria significatione κλιμακτῆρ ab interitu & morte separatur. Aliud enim ἀναιρέσεις & θάνατος, aliud κλιμακτῆρ. Hinc & Valens νόσος & θανάτος & κλιμακτῆρας distinguunt loco jam supra citato capite de tertio & nono ab Horoscopo loco, καὶ νόσος ὀπισφαλεῖς, ἰδίῳ τε κλιμακτῆρας ἢ θανάτους, ἀνωμαλίας τε βίῃ. Ptolemæus quoque

que τὰ σίγη & πᾶσι corporis morbosque, de quibus peculiari capite tractavit, ab ipsis Climacteribus sic proprie sumptis distinxit. Idem Vertius Valens lib. vi. κλιμακτηρικὸς χρόνος & ὀπινόςος separat, his verbis: Συγκρίνεν ὃ δὲ καὶ πρὸς τῷ ὠροσκόπῳ μοῖραν τὰς κατεντήσεως· ἐν τούτων γὰρ καὶ κλιμακτηρικὸι χρόνοι καὶ ὀπινόοσι καὶ ὀπισινεῖς καὶ κινδυνώδεις καὶ ἀλαμβάνοντες. In quibus obiter notandum est ὀπικινδυνώδεις distinguere à Climactericis, cum *Climacterē* dixerim supra idem esse quod periculum vel κίνδυνον. Sed hoc nomen κινδυνός latius patere quam κλιμακτῆρος ex his ipsis auctoribus ostendemus infra. Meminit quidem idem Valens τῆς κλιμακτηρικῆς νόσου, sed ita videtur appellare morbum ancipitem & periculosum quia κλιμακτῆρ proprie periculum significat. Alioquin cum Climacter in proprio significato à morbo discernitur, non potest de morbo ipso accipi, nisi si quis existimet omnes morbos esse Climactericos aut omnes annos sic appellandos quibus quemlibet hominem ægrotare contingit. Sunt quidam etiam θανατικοὶ κλιμακτῆρες, atque ita Valens appellat τοὺς χρόνων ζωῆς. Nec aliter fieri potest. Nam & pericula multa sæpe non evitantur, sed extremam afferunt perniciem. οἱ μὲν οὖν, inquit, θανατικοὶ κλιμακτῆρες καὶ ἀληπτεοὶ ἐσονται καθὼς ἐν τῷ τοῦ χρόνων ζωῆς περιέταξι. Alii θανατηφόρος κλιμακτῆρας appellant. Ita &

& morbus non idem est cum morte, quia sæpius non affert exitium. Sed letalis dicitur, cum tollit. Idem est de Climactere. Cum simpliciter nominatur κλιμακτήρ, non mortis habet significationem quia periculum tantum designat quod sæpe transit sine perniciæ, & facilius interdum, interdum difficilius evaditur. Transferri etiam ad morbos hanc vocem & de his usurpari ab alterius sectæ auctoribus infra docebimus. Octavus igitur Locus quia mortem ostendit indubitatam, si maleficæ stellæ σικεσία vel μαρτυρία oppressus fuerit, Climacterem non dat octavum. Idem de sexto Loco possis dicere qui & ipse piger Locus est, ac malus. Unde & sextum Climacterem in Climacterum descriptione quam Hephæstion edidit bis tantum reperias, & fortasse cum vitio. Nam pro septenario numero potuit subrepere senarii nota. Septimum & nonum in omnibus ferme Decanorum Horoscopis offendere licet, nusquam octavum, bis tantum sextum. In Climacterum enumeratione Valentis εκθ & ογδοθ ponuntur, sed sine ulla explicatione. De sexto tantum dicit, εκθ Κρόνος δάπερθ. De octavo, Ογδοθ πρῶτον ἀσώετθ. Ubi legendum est σώετθ. Qui sint σώεθες κλιμακτῆρες, qui & διπλοῖ & an differant, nos infra pluribus disquiremus. Pro qualitate autem locorum & proprietate eorundem malevolæ

malevolæ stellæ vel in iis constitutæ vel de quadrato aut diametro ea respicientes, Climacteras creant diversos, aut vitæ aut Fortunarum, leviores vel graviore, aut etiam letales. Τὸ εἶδ' , inquiunt Græci, τῆς βλάβης ἐ τῆς καθαρύσεως γνώση ἐν τῆς ιδιότητ' ὅ ὑπαντῶντ' πύχ. Exempli gratia, si Medio cælo institerit, circa actiones erit impedimentum. Si in Loco Fortunæ, circa patrimonium & fortunas & ita de cæteris. Sextus locus vitiorum est corporis & ægritudinum. Malevolæ stellæ si eum locum infecerint aut præsentia sua, aut ἀκλινολία, aut malo aspectu, mortem inde concinnabunt. In octavo qui mortis locus, nullus ideo Climacter, quia, ut dixi, mors inde certa denuntiatur. Non possum aliam reddere rationem cur ex sexto & octavo Loco fortis Fortunæ nullos Climacteres notaverit Valens cum ex aliis omnibus eos dederit. Sequitur in eodem capite apud Valentem ubi tractat de Climacteribus κληρονομίαις, si stella quæ sortita fuerit Fortunam in Arietis signo constiterit, ex propriis annis Climacterem esse facturam decimum nonum, si in Tauro, vigesimum quintum: in Geminis vigesimum: In Cancro vigesimum quintum: in Leone, duodecimum: in Virgine, octavum: in Libra, trigessimum: in Scorpio decimum quintum: In Sagittario duodecimum: In Capricorno octavum: In Piscibus,

bus, trigesimum. Rationem horum Climacterum nullam reddit. Sed hæc est. In Græco est, ἐν χρονῶ ἐὰν ὀπιπαρῇ ὁ κεκληρωμένος ☿ ἢ πύχλω ἐξιδίων ἐτῶν ιε'. Sic enim scribendum non ιε'. Docuit primo quomodo fierent κληρονομή κλιμακτῆρες in Fortunæ sortis δαδικοπέσω, ex præsentia maxime, ἡ μαρτυρία malevolarum stellarum. Nunc ostendit & varios fieri Climacteres prout stella quæ sortita est Fortunam in signis singulis constituta fuerit. Et primum quod ex propriis annis si in Arie te sit, data sit annum Climactericum decimum quintum, si in Tauro, vigesimum quintum, atque ita de cæteris, ut supra dictum est. Hoc explicandum ex periodis vagantium stellarum, quibus τὰ πέλας τὰ μέσα, & τὰ ἰδία ἔτη attribuerunt veteres Astrologi. Ex eorum sententia Saturni ἰδία περίοδος ☿ est triginta annorum, Jovis duodecim, Martis quindecim, Solis decem & novem, Veneris octo, Mercurii viginti, Lunæ viginti quinque. Ne recentiores putent me sine auctore & teste loqui, ecce tibi Valens lib. iv. capite περὶ κλήρου τύχης, ubi & persequitur τὰ ἐλάττω ἔτη τῶν ἀστέρων. Hæc vero esse τὰ ἐλάττω statuit quibus circulum proprii cursus sui conficiunt, quam ἰδίαν περίοδον appellant. Οἷον, inquit, ἕκαστος ☿ τῶν ἀστέρων ἰδίας περιόδους δεσπόζει, Κρονός μὲν ἐτῶν λ'. Ζεὺς ιβ'. Ἀρης ιε'. Ἡλίου ιθ'. Ἀφροδίτη η'. Ἑρμῆς κ', Σελήνη κέ'. In Saturni

& Jovis periodo consentiunt Recentiores cum antiquis, quia similiter & Saturno triginta annos, & Jovi duodecim tribuunt, sed in reliquis magna est dissensio. Nam Marti dant tantum annos duos, Soli, Mercurio & Veneri annos singulos, Lunæ dies viginti octo cum aliquot horis & minutis. Hinc maximam intercedere necesse est, in genituris sicut olim colligebantur & quomodo nunc construuntur, differentiam. Quippe secundum illam rationem veteres non solum vitæ tempora computabant quæ cuique in genesi forent decreta, sed etiam annos Climactericos notabant. Simul etiam anaphoras signorum secundum Climata considerabant. Exemplum ponit Thematis in eodem capite ex secundo Climate cui Genesi vitæ finem in anno sexagesimo nono constituit. Ponit ex anaphora Canceri in secundo Climate annos triginta duos, quia tot annis ascendit in secundo Climate Cancer, Solem autem & Venerem in Cancro illa Genesis habuit, Lunæ & Jovis annos computat triginta septem, quia Luna in Horoscopo fuit constituta in Piscibus, Juppiter in Capricorno. *σωάμετι*, inquit, *ὑπὲρ τὸ αὐτὸ ἔτη ξθ'*. Nam triginta duo cum triginta septem sexaginta & novem efficiunt. *Τοσέτων ἐτῶν ἐτελεύτησεν* cum tot annorum esset is qui eam genituram habuit, mortuus est. *Ἐΐηκα*, inquit, *τὰ ἴδια τὴν σελήνης καὶ ἔτη, καὶ ἔκαρκινε πλὴν ἀναφορῶν*

φορὰν ἔδωκεν κλίματος ἔτη λβ', καὶ ἔοικε δε-
σπότης τῆς σελήνης, Διὸς ἔτη λζ', σιμῶνον ὅτι τὸ
αὐτὸ ἔτη ξθ'. Nam si duodecim anni proprii
Jovis cum viginti quinque Lunæ propriis com-
ponantur, inde exhibunt anni triginta septem.
Male apud Valentem scribitur, λβ'. Si Lunæ
tribueris viginti & οὐκ οὐκ aut novem dies ut
vulgo fit, pro viginti quinque annis, ratio non
pariabit nova cum antiqua. In annis Clima-
cticis computandis & colligendis hac ea-
dem ratione utebantur antiqui sicut ex mul-
tis genituris potest patere ab eodem Valente
ὑποδείγματι χάριν prolatis. Unum exem-
plum inde producam Genescos quæ So-
lem in Piscibus, Lunam in Ariete habuit, Sa-
turnum in Leone, Jovem in Sagittario, Mar-
tem in Libra, Venerem & Mercurium in Ca-
pricornio, Horoscopum in Piscibus, Climate
sexto. Hanc Genesin Climacterem habuisse
dicit anno trigesimo tertio. Quod sic colligit.
Lunæ viginti quinque sunt anni Libræ οὐκ,
fiunt triginta tres. Saturni anni, sunt triginta,
Solis novemdecim, fiunt quadraginta no-
vem. Cujus numeri duplicata pars tertia tri-
ginta duos reddit cum οὐκ mensibus, ὧν τὸ
δις ἑλπίων λβ', μῆνες ἡ. Ita trigesimo tertio anno
Climacterem habuit, secundum omnes istas
computationes. Addit & tertiā, ἀλλὰ καὶ τοξότου
ἀναφορὰ ἐξημέρισε Διὸς ὀπικημῶνα, τέπεσι
τὰ λγ'. Ergo Anaphoræ Sagittarii tribuit an-
nos

nos unum & viginti qui cum duodecim Jovis juncti, dant annum trigessimum tertium. Possem & plura ex eodem afferre exempla nisi hoc unum crederem sufficere. Nam similis in aliis computatio est. Ex propriis curriculum planetarum, quæ minima sunt annorum spatia quibus circulum suum implent, & ex maximis simul junctis τὰ μέσα eorundem ἔτη componebant, hoc modo. Unaquæque vargarum magnam habet periodum, & propriam quæ minima est. Ex utraque composita colliguntur τὰ μέσα ἔτη τῶν ἀστέρων. Solis magna periodus est cum integros annos decernit. Ea constat annis centum & viginti. Minima est quam posuimus annorum novemdecim. Si jungatur hic numerus cum superiore, efficiet summam centum & triginta novem annorum. Cujus summæ dimidia pars annorum est sexaginta novem & sex mensium. Hæc sunt τὰ μέσα ἔτη Solis, ut τὰ τέλεια centum & viginti, τὰ ἴδια decem & novem. Inde explicandum quod scripsit Firmicus lib. 11. cap. XXVIII. *Sol si bene decreverit, centum & viginti annos decernit, si medie sexaginta novem & menses sex, si male annos novemdecim, aut menses novemdecim, aut dies novemdecim, horæ xii.* τὰ τέλεια ἔτη dat cum bene decernit, τὰ μέσα cum mediæ, τὰ ἴδια & εἰλάχιστα cum male. Hoc idem & in cæteris planetis ibi videre est eo loco apud Firmicum, qui eundem iis numerum annorum

norum assignat cum τὰς ἰδίαις periodos quæ
 & minimæ sunt. Saturnum, dicit, si dator vita
 fuerit & integrum decreverit annorum numerum,
 quinquaginta & septem annos decernere. Per in-
 tegrum annorum numerum τὰ πέντε ἔτη Græ-
 corum intelligit, & μέγαν Saturni Pe-
 riodon quæ constat annis LVII. Hoc si cum
 propria ejusdem periodo componatur me-
 dia pars summæ quæ inde colligetur, τὰ μέσα
 ἔτη Saturni stellæ reddet. Triginta annorū est
 ἰδία Saturni περίοδος. Cum male decernit tot
 annos decernit, aut triginta menses, aut dies
 triginta & horas duodecim. Hæc igitur jun-
 cta cum maxima dat annos octoginta septem.
 Cujus numeri dimidium anni sunt quadra-
 ginta tres cum sex mensibus. Hæc sunt τὰ
 μέσα ἔτη Saturni. Tot decernit cum medie de-
 cernit. Sic enim legendum apud Firmicum.
Si medie, XLIII. mensesque sex. Ita & de reliquis.
 Nam & Jovis priva periodus & minima
 duodecim annorum est. Tot enim decernit
 annos cum male decernit. Hæc juncta cum
 magna ejus periodo quæ septuaginta & no-
 vem est annorum, quos integros annos de-
 cernit cum in bono loco, & bono signo, &
 bonis partibus positus fuerit, annos dat xcī.
 Media pars xlv. cum sex mensibus qui μέσα
 ejus periodum conficiunt. Ita enim Firmi-
 cus: *Si Iuppiter dator vita fuerit & bene decreverit*
LXXIX annos decernit. Si medie, XLV. menses-

que sex. Si male, annos XII. aut menses XII. aut dies XII. Cum bene decernit stella, integrum numerum annorum decernit, τὰ τέλεια ἔτη nimirum sive maximam μεγίστην periodon. Saturnus LVII. Juppiter LXXIX. Mars LXVI. Sol CXX. Venus LXXXII. Mercurius LXXVII. Luna CVIII. Hujus mediocris periodus sexaginta sex est annorum, quia major periodus ejus cum minima vel propria quæ viginti quinque annos colligit, juncta, centum ac triginta tres efficit, cujus ideo media pars sexaginta sex annos reddit cum sex mensibus. Quæ τὰ μέσκα ἔτη Lunæ habentur. Ergo ἰδίᾳ ejus periodus viginti quinque annorum, quæ εἰσπρακτικὴ ἐστὶ τῆς σελήνης. Subiectum schema omnes stellarum erraticarum periodos ostendet, summas, medioximas, & minimas.

ANNI

Planerarum, magni, medii, minimi.

ἔτη	πέλφα	μέσα	ἴδια
♄	57	$42\frac{1}{2}$	30
♅	79	$45\frac{1}{2}$	12
♆	66	$40\frac{1}{2}$	15
♁	120	$69\frac{1}{2}$	19
♂	82	45	8
♀	76	48	20
♁	108	$66\frac{1}{2}$	25

Hac methodo inveniendæ mediæ periodi
in omnibus planetis nonnulli usi sunt. Sed

Q 4 qui-

quidam veterum eam tantum usurparunt in quinque errantibus. In Sole & luna aliam viam instituerunt. Non enim magnam earum periodum cum parva componentes ex parte dimidia summæ quæ inde collecta erat, mediam periodum utriusque sideris fecerunt, sed dimidiam partem magnæ amborum periodi cum minima jungentes, & dimidiam hujus numeri partem iterum sumentes, *ἡ μέσλη περίοδος* Solis & Lunæ dederunt. Quæ eadem est in utroque sidere, cum tamen parva & magna periodus earum numero dissideant. Nam magna Solis periodus centum & viginti est annorum, minima decem & novæ. Magna periodus Lunæ centum & octo annos habet, minima viginti quinque. Media vero utriusque periodus eadem est secundum rationem qua eam colligebant. Dimidiam partem centum & viginti sumo, sexaginta sunt. Eam adjicio ad summam minimæ Solis periodi, quæ novendecim annis constat. Fiunt septuaginta novem. Hæc erit Solis *μέσλη περίοδος*. Eadem & Lunæ est in hunc modum. Magna ejus periodus centum & octo annorum est. Dimidiam hujus summæ partem sumo, quinquaginta & quattuor sunt anni. Eos adjicio ad numerum parvæ ejus periodi quæ viginti quinque annos habet. Fiunt anni septuaginta novem. Hæc est media Lunæ periodus. At secundum Firmici rationem qua & in aliis
alia-

aliarum Planetarum mediis periodis usus est, μέση Luna periodus, sexaginta sex annorum est & sex mensium. Luna, inquit, si bene decreverit CVIIF. annos decernit. Si medie, LXVI. Si male, annos XXV: aut menses XXV. Dies XXV. Horas XII. Perperam in Editis legitur, annos XXIX. menses XXIX. Nam parva Luna periodus annorum est XXV. ut jam ostendimus. Bene autem decernere dicitur stella, & & plenos annos vitæ largiri cum in bono loco posita est, in bono signo, & in bonis partibus, quando scilicet οἰκὸς δευροτείας τῆς γενέσεως accepit, præsertim si datorem vitæ Juppiter in diurna genitura, Mercurius in nocturna prospera radiatione adjuverint, ut habet Firmicus. Græci simpliciter pro axiomate ponunt, ὅτι πᾶς ἀστὴρ ὅπῃ κεν τρεστὺς ἰδίῃς χρόνῃς πλήρης δίδωσι, *Omnis stella quæ in cardinibus genitura posita est proprios annos dat plenos.* Nō de perfectis periodis quas τελείας περιόδους vocant, id intelligendum, sed de propriis cujusque stellæ quæ ἴδια ἔτη vocant, & ἰδίαν περίοδον. De his intelligere Valentem palam est ex his quæ continuo subjicit, μερίζουσι ἡ καὶ τὰς τελείας περιόδους ὅταν καλῶς τύχωσι. Planetæ nimirum integrum numerum perfectarum periodorum dividunt cum bene positi fuerint. Hoc est, ut dixit Firmicus, cum in bonis locis, bonis signis & bonis partibus fuerint constituti. Ut autem integros suos annos dent, oportet eos

ἡμέτερος esse, h. e. in aliquo genituræ cardine locari. Alioquin si in aliis locis positæ fuerint perinde ut est earum qualitas, pro annis menses decernunt, aut pro mensibus dies, aut pro diebus horas. Nempe Sol pro decem & novē annis, decem & novem dies, Luna pro viginti quinque annis, viginti quinque dies. Atque ita de cæteris. Notavit Scaliger ad Manilium quia Sol & Luna auctores sunt vitæ, eorum periodos considerasse veteres Astrologos. *Es Solis quidem, inquit, viginti octo annorum, quam etiam Persæ vocant Salchodai, Luna autem decem & novem quam iidem Persæ appellant Salmahi.* De Persis nescio, sed de Græcis & Ægyptiis Mathematicis scio nullas tales Solis & Lunæ periodos in genesibus colligendis considerasse, sed eas solas quas supra exhibuimus tam Solis & Lunæ quam reliquarum errantium. Adeo autem verum est proprias earum habitas fuisse periodos quas posuimus, locumque & usum in generethliaca maximum habuisse vel inde arguitur quod in Chronocratoriis duodecimæ partes earum periodorum dandis & accipiendis temporibus pro cuiusque stellæ periodo celebratæ sint. Qua temporum distributione pro decem & novem annis Sol accipit menses XIX. Luna XXVI. Saturnus XXX. Iupiter XII. Mars XV. Venus VIII. Mercurius viginti ut est apud Firmicum lib. III. cap. XXX. cui titulus est, *de distributione temporū.* Ea distributio locum

cum habuit in Chronocratoria singularum erraticarum quæ tanti momenti fuit ut non dubitarint dicere antiqui Mathematici, omnia earum quæ nobis proveniunt bona vel mala, ista temporum ratione colligi, fines etiam vitæ sic inveniri, & omnem genituræ substantiam, & totū quod stellarum ordo decreverit, idest mixtura, sicut in genesi dispositus est. Climactericorū etiam annorum observatio inde est, & ex ea ratione dependet. Quæ temporum distributio in eo sita est ut sciatur quid quæq; stella suscipiens tēpus ab alia stella decernat. Quæ stella tempus tradit sequenti *παρεχιδὺς αἰσῆς* dicitur, quæ accipit *ὠδραλαμβάνων*. Initium temporum dominationis in genituris diurnus Sol accipit, ac cæteris dividit, in nocturnis Luna. Hanc rationem ab omnibus recipi dicit Firmicus, ut omnium nempe probatissimam & communissimam. Cum Sol temporum dominus factus est, tenet eum dominatum per annos decem & menses novem. Similiter & Luna cum domina temporum fuerit, hoc est *χρονοκρατείαν* tenuerit. In diurna itaque genesi Sol primum accipit decennium. Secundum, quæ stella in secundo Loco per signorum cursum fuerit inventa, atque ita cæteræ in ordine. Sit Sol in Ariete cum diurna est genitura, ipse erit primi decennii dominus. Quæ in Tauro fuerit, secundum obtinebit decennii dominatum, quæ

quæ in Geminis tertium & sic de sequentibus. Idē & in Luna usu venit. Cū nocturna est genitura, ab ea ducitur initium temporum & per reliquas proceditur prout continenter in sequentibus signis inventæ fuerint. Sed qui dominium nactus fuerit temporum, quamvis decennii dominus extiterit, nō tamen totum tempus illud in potestate sua habet, sed omnibus stellis dividit, nihilq; ex ejus summa retinet aut vindicat nisi tot menses quot annos propriæ periodi habuerit. Cum Sol est dominus temporum, à se incipiens *ἐαυτῷ ὅππμε-εἰζὶν* dicitur decem & novem menses quot anni sunt *τῆς ιδίας περιόδου*. Deinde reliquis tradit totidem quoque menses quot unaquæque earum annos computat suæ periodi. Sol igitur temporum dominus effectus ex decennio suo & novem mensibus, novem ac decem menses asserit ac sibi ipsi dividit. Saturno dat triginta quia periodus ejus triginta est annorum, Jovi duodecim, Marti quindecim, Veneri octo, Mercurio viginti, Lunæ denique viginti quinque menses ex decennio suo deputat quia periodus Lunæ *ιδία* viginti quinq; constat annis. Hic numerus mensium tam quos Sol sibi retinet, quam quos aliis stellis impertit, si in summam colligatur efficiet menses centum ac viginti novem. Id est annos decem & menses novem. Sic tota decennii & novem mensium summa
quam

quam singulæ stellæ fortiuntur cum domina-
tum temporis obtinent, distribuitur in om-
nes pro numero annorum quem unaquæ-
que in periodo sua habet. Sed pro anno duo-
decima pars anni sumitur in hoc *ῥημερισμῷ*.
τῆς ἐκάστης ἐξιοδὲς τὸ δωδέκατον τῶν ἐτῶν λα-
βόντες. Ita Sol ipse sibi sumit & ab aliis ac-
cipit ex decennio ac novem mensibus, men-
ses novem ac decem pro totidem annis qui-
bus constat *ἰδία ἐξιοδῶς* ejus, & sic de re-
liquis ut supra diximus. Ex quibus plane li-
quet veteres Astrologos, non solum annos vi-
tæ secundum illam rationem *ἐξιοδικῶν ὀπ-*
καταστάσεων in genituris computasse, sed etiam
Climactericos annos collegisse, & omnia pro-
spera & adversa quæ ex genesi possunt præ-
dici, observasse. Exempli gratia de annis pe-
riculosis, & Climacteribus, Juppiter Marti
ᾠθευδίδης annum dabit *ῥητέραχον* & βλα-
βερὸν, & inimicitias cum potentioribus exer-
cendas, calumnias, condemnationes, prodi-
tiones, morbos ancipites, pericula, peregre-
nationes, *κλιμακτῆρας*. Mars *ἐαυτῷ ῥημερί-*
ζων, molestus est & turbulentus, præcipue in
diurna genitura. Saturno vero tradens, *κἀ-*
μισον καὶ παραχῶδες ἐτῶς δηλοῖ, variis damnis,
periculis repentinis, hostium & latronum
incurſionibus, & aliis adversis casibus qui
Climactericos annos faciunt. Similiter idem
Mars Saturno tempora tradens, *ῥητέραχον*
τῷ

τὸ ἐτϞ δηλοῖ per damna, jacturas, discrimina varia, & alia hujusmodi. Venus Saturno tempora tradens, τῷ χρόνῳ ᾧ ἀφιδιδῶσα, μετέωρον καὶ βλαβερόν τῷ χρόνον δηλοῖ. Mercurius Saturno tradens, ὀπιτάρευχον καὶ ὀπικίνδιον τὸ ἐτϞ δηλοῖ, per damna, morbos & ægritudines varias, phthises, venena, mortem liberorum, propinquorum, & similia. Talis est Climactericus annus. Parcam plura adscribere, qualia apud Firmicum plura reperiuntur lib. v i. de omnium planetarum decretis cum temporum dominæ fuerint singulæ, sive tradant aliis tempora sive suscipiant, aut sibi sumant. Aliquando simpliciter ᾧ ἀφιδιδῶσαι dicuntur cum tradunt tempus ut ἄρης, ἡλίῳ ᾧ ἀφιδιδῶσαι apud Valentem in Martis ὀπιμερισμοῖς & passim alibi. Aliquando & τῷ χρόνον idem est ᾧ ἀφιδιδῶσαι & τὸ ἐτϞ, *annum tradere*. Ut in ὀπιμερισμοῖς Mercurii. Ἐρμῆς ἡλίῳ ᾧ ἀφιδιδῶσαι τὸ ἐτϞ. Sane interdum annus rotundus traditur, ut Jovi quia duodecim menses accipit, interdum, minus quam annus, ut Veneri quæ octo menses suscipit. In aliis aut quindecim menses aut viginti aut viginti quinque, aut decem & novem, aut triginta. De quibus tamen dicunt τὸ ἐτϞ ᾧ ἀφιδιδῶσαι ut de Sole dixit, Valens qui menses decem & novem accipit. Sed & χρόνοκράτωρ qui vocatur, etiam ἐτϞς κύριϞ appellatur & ἐτϞς κυριῶν, idest anni dominus, cum tamen ex decen-

decennio cujus dominatum gerit, plus quam annum sibi soleat retinere, ut supra dictum est, cum nempe plures menses accipit quam quibus unus annus efficitur. In illa divisione Juppiter justum annum accipit, idest, duodecim menses. Sed verius est illum *ἔτης κύριον* propriè potius dici de annuis Chronocratoribus, qui distinguuntur *ἀπὸ τῶν καθολικῶν χρονοκρατόρων*. De quibus nos paulo post. Alio etiam argumento firmare possumus periodos errantium stellarum ejusmodi quale superius indicavimus veteribus Astrologis usurpatas esse quæ & τὰ ἐλάχιστα ἐτη earum appellarunt. Dies totius anni singulis stellis dividebant. Inde etiam Climactericorum observandorum rationem colligebant, præcipue *μηνιαίων & ἡμερησίων*. Inde enim prædicebant quando ægritudines, quando imbecillitates, quando lucra, quando damna provenirent. Nam si benevolæ stellæ dies acceperint, ab omni malo liberatio contingit. Cum vero malevolæ, tunc vitam repentini infortuniorum casus impugnant. In quocunque igitur signo annus fuerit, ejus signi dominus primos accipit dies, & post ipsum cæteri, prout sunt singuli ingenituræ Themate constituti. Primus autem is annus semper numerabatur qui ab Horoscopo sumebat exordium, & in quo Horoscopus erat constitutus, secundus in secundo signo, tertius in tertio, & sic deinceps.

ceps. Quæ stella igitur quot dies sortiatur ita docuerunt. Sol habet quinquaginta tres, Luna septuaginta unum, Saturnus octoginta quinque, Juppiter triginta, Mars triginta sex, Venus triginta tres, Mercurius quinquaginta septem. Hæc Firmicus lib. III. cap. XXX. de annorum per dies divisione, qui etiam addit. *In hoc dierum numero omnia quæ nobis obveniunt inveniri posse, sed prius signorum & locorum qualitate perspecta. Nam si bene collocata stella fuerit, & aut tempus, aut menses aut dies acceperit, & sit benevola, omnia bona decernit. Si vero malevola stella tempus aut menses aut dies acceperit & male sit collocata, infortunia pro locorum qualitate decernit.* Hæc infortunia κλιμακτῆρες sunt, à quibus anni κλιμακτῆριγὶ dicti, ut jam supra ostensum est. Inde αἰφνίδιοι κλιμακτῆρες apud Valentem capite ωὲ πρὸς οὐρανὸς τῆς σελήνης. *repentina pericula. αἰφνίδιον κατὰ σκοτεινότητα, καὶ αἰφνίδιος κλιμακτῆρας, ἢ πατρὸς ἢ μητρὸς θάνατον.* Et capite sequenti πατρὸς κλιμακτῆρ, periculum quod patri ejus cujus genesis ibi describit accidit, τῷδε μὲν ἔτι δὲ βίαια θανάσιαι, καὶ πατρὸς κλιμακτῆρ, καὶ κατηγορία ωὲ γένος ὡς αἰδοῦν. Ita alibi dixit ἰδίων κλιμακτῆρας, pro periculis propinquorum. Non docet autem Firmicus unde ille dierum numerus in annis singulis stellis tam varie sit attributus & qua ratione ea distributio instituta. Sic cujusque sideris errantis dies annuos inveniri tradit Valens capite

capite quod inscriptum est ἐκάστῃ ἀστέρει ἡμέρας
 ὁρᾶν, *cujusque stella dies quomodo sint inveniendi.*
 Cujusque periodum duplicando & mediam
 ejus partem cum tertia adjiciendo dies exsur-
 gunt singularum planetarum quot in anno
 sortitæ sunt. Saturni periodus est triginta
 annorum. Eum duplico numerum, fiunt sexa-
 ginta. Media pars tricenarii numeri sunt
 quindecim, eam summam adjicio, fiunt se-
 ptuaginta quinque. Tertiam partem ejusdem
 numeri triginta, nempe x. sumo, eam quoque
 adjicio; exeunt lxxxv. Tot dies Saturni stella
 sortitur. Eodem modo & in cæteris procedi-
 tur. Jovis periodus duodecim est annorum,
 duplum & dimidiam ejus numeri partem cum
 tertia sumo, easque ad numerum duodena-
 rium adjicio, inde habeo dierum numerum
 quem Iovis stella nacta est in singulos annos.
 Triginta & quattuor dierum est. Non est opus
 in aliis, idem exponere, cum per se cuilibet nu-
 merare ad digitos scienti pateat. Simplicior est
 ratio est qua ut annus in duodecim partes di-
 viditur, id est in menses, ita & menses in duo-
 decim quoque partes dividi debent, ut nu-
 merus dierum qui singulis planetis competit
 eruatur. Periodus Saturni triginta est anno-
 rum, menses triginta duodecimam illius pe-
 riodi partem efficiunt. Tot menses accipit
 Saturnus in distributione temporum qua πρὸς
 ἑκάστῃ ἀστέρει stellarum constat. Sed

triginta mensium pars duodecima minus quam octoginta quinque dies, dat. Jovis periodus duodecim est annorum, duodecima pars duodecim menses, duodecim mensium pars duodecima dies triginta. Ideo & triginta dies in annum stella ejus accipit, idest unum mensem quæ pars est duodecima duodecim mensium quos idem Juppiter sortitur in decennio *χρονολογικῆς*. Duodecim menses duodecima itidem pars duodecim annorum quibus perficitur ejusdem Jovis privata & minima periodus. Sed in aliis planetis numerus dierum quem accipiunt non convenit iuste cum parte duodecima mensium periodi quam singulæ sortitæ sunt, sive per menses æquabiles triginta dierum eam rationem ducas, sive per inæquales ex quibus annus c c c l x v. dierum absolutus exsurgit. Ecce enim, ut jam diximus, Saturni periodus eum sit triginta annorum, & accipiat menses in decennio suæ *χρονολογικῆς*, triginta, id est duodecimam partem periodi, idem dies habet in anno octoginta quinque, cum duodecima pars duodecim mensium æquabilium septuaginta tantum quinque dies præstet. Si dies quinque excurrentes supra annum c c c l x dierum numerentur, paulo plus quam septuaginta sex dies duodecima pars reddet. Æquè disconvenit & in aliis. Sed videntur facere voluisse in illa distributione dierum
quos

quos singulis errantibus adscripserunt, ut omnium summa in unum collecta numerum exæquaret dierum quos annus habet. Tamen si enim non conveniat Firmico cum Valente de diebus qui singulis tribuntur planetis, in summa tamen ipsa concordant. Ut ecce Firmicus triginta Jovi dies dat, Valens triginta quinque. Marti Firmicus triginta quinque, Valens quadraginta duo cum dimidio. Sol habet juxta Firmicum dies quinquaginta tres rotundos, Valens adjicit semissem cum triente diei. Idem Valens dat Veneri viginti duos Firmicus triginta tres. Mercurius apud Firmicum accipit quinquaginta & septem dies, Valens dat ei quinquaginta sex. Luna Firmici calculo septuaginta & unum dies possidet, juxta computationes Valentis septuaginta cum semisse & triente diei. Tabella subjecta utriusque differentem rationem ostendet.

	Dies	Dies
♂	85	85
♂	30	35
♂	36	$42\frac{1}{2}$
♂	53	$53\frac{15}{23}$
♀	33	22
♀	57	56
♀	71	$70\frac{11}{23}$

365 364 $\frac{2}{3}$

Utriusque summa triente tantum uno invicem differt quo minus est Valentis ratiocinium. Sed ex vitio codicis fortasse id accidit,

dit, & reddendus est ille triens alicujus stellæ numero. Quod alii querant. Mihi nunc non vacat. Ut in divisione decennii stella una ab altera dominatum excipiebat temporum & suam partem temporis, ita & in hac dierum distributione in quocunque signo annus fuisset, signi dominus primos accipiebat dies & posteriores cæteri. Aut annos aut menses aut dies accipiebant à præcedentibus & tradebant sequentibus. Quæ *ᾠδὸς* & *ᾠδὴς* dicebatur, & in utraque omnia vitæ hominis fatalia erant sita tam quæ à natura veniunt quam quæ extrinsecus accidunt, tam bona quam mala. Nam, ut ait Firmicus, *si malevola stella tempus, aut menses aut dies acceperit, & male sit collocata, infortunia pro locorum qualitate decernit*. Si plures enim *ᾠδὸς* fierent, considerandum erat utrum malevolæ stellæ superarent numero benevolas, & contra. Qualitas etiam Locorum erat spectanda. Nam ut jam notavimus, alia Loca erant bona, alia media, alia mala & Climacterica. *Χρηματικὰ* & *ἐνεργητικὰ ζώδια* sive Loca nominat Valens, Horoscopum, Medium cælum, bonum Dæmonem, bonam Fortunam, Sortem Fortunæ, Amoris & Necessitatis Loca. Media, Deum & Deam, & duos reliquos Cardines, Occasum nempe & Imum cælum. *Κλιμακτικὰ ἢ κακὰ καὶ τὰ λοιπὰ*, inquit idem Valens, Nempe secundus ab Horoscopo locus,

cus, sextus, octavus & duodecimus. Hæc sunt quattuor pigra ac dejecta Loca ex duodecim quæ *quattuor tertia* appellantur ut ante docuimus, quorum duæ sunt ἐπαναφοραί, duo ἀποκλίματ᾽. Et miratus sum nuper cum incidi in observationem Scaligeri ad lib. 1. 10 Manilii ubi tractat de duodecim genitura Locis, quorum quattuor *prima Cardines* esse notat ac dici κέντρες; *Quattuor secunda* quæ ἀποκλίματ᾽, vulgo *dejecta Loca*, inquit, ac pigra. *Quattuor tertia* quæ ἐπαναφοραί, vulgo *Succedentes*. In qua notatione nihil veri est prorsus, præsertim cum addat ita sentire veteres ac Firmicum. Nihil enim tale Firmicus. Apud eum quippe ut & alios veterum, quattuor secunda Loca ex duobus ἀποκλίμασι & duabus ἐπαναφοραῖς constant, similiter & quattuor tertia. Sed nec quattuor secunda pigra sunt & dejecta, sive *dejecta* potius, ut scribendum in Firmico docuimus, cum hoc competat quattuor tertiis, quæ & κλιμακτηρικὰ etiam appellata sunt, ut ex Valente hic vidimus. Ex quibus quattuor tertiis sive Climactericis Locis primus in secundo, ut diximus, ab Horoscopo Signo constituitur, estque ἐπαναφορὰ ἡ ὠροσκοπιῶντος ζωδίου. Secundus in primi diametro positus octavus est ab Horoscopo, & ἐπαναφορὰ ἡ διώοντος ζωδίου. Hæ duæ sunt ἐπαναφοραί. Reliqua duo ἀποκλίματα sunt. Tertius ἀποκλίμα ἡ διώοντος, & sextus

ab

ab Horoscopo. Quartus Apoclima Horoscopi & ab eo duodecimus. Et hæc duopostrema ex quattuor tertiis vim suâ maleficam & Climactericam cognominibus suis ostendunt. Nam alter dicitur κακὸς δαίμων, alter κακὴ τύχη. Dicit Valens ibidem Locorum potestatem multum derogare virtuti stellarum tam benevolarum quam malevolarum, siue præsentia sua, siue testimonio lædant aut juvent. καὶ σῶμα aut καὶ χῆμα, ut alii loquuntur. Quæ hic noto ut liqueat quantum instar posuerint in ἀφαιρέσει & ἀφελήσει temporum, mensium & dierum veteres Astrologi ad fata hominum indaganda ex genesi, & prænoscentia. Temporum autem illa divisio, tam in acceptione quam in traditione posita, pendebat ex parvis planetarum periodis, quales diximus & quas hodierni ignorant Mathematici. Si tempus, inquit Firmicus, aut menses, aut dies acceperint. Mensium aut dierum ἀφαιρέσεις & ἀφελήσεις unius modi erant. Nam mensis non potest habere nisi spatium mensuræ, neque dies nisi diurnum. At tempus cum multiplex sit, atque indefinitum, & per annos plures aut pauciores æstimari ac determinari queat, hujus divisio καθολικὴ partim in plures annos dabatur, partim μοιρικὴ in singulos. Non enim unius generis obtinuit apud varias Mathematicorum priscorum sectas. Alii enim usi sunt ad ἀφαιρέσεις & ἀφελή-

ψῆς stellarum parvis earundem periodis quæ
 illæ sunt quas in superioribus descripsimus.
 Alii quartis earum periodorum partibus, quæ
 τέταρτα τῶν περιόδων appellat Valens: ἡ πρώτη,
 inquit, περιόδου πρὸς τὰ τέταρτα τῶν περιόδων.
 Quas quartas partes periodorum ita nume-
 rare instituit. Saturni parvæ periodi quarta
 pars, anni septem cum dimidio. Ergo perio-
 dus ejus integra triginta anni. Jovis periodi
 quarta, tres anni. Ergo tota in duodecim an-
 nis Martis periodi quarta pars, anni tres cum
 novem mensibus. Periodus itaque ejus annis
 quindecim constat. Solis periodus decem &
 novem annis constat, cujus quartam partem
 ponit annos quattuor & novem menses. Ve-
 neris periodi quarta pars duo anni, quia to-
 ta ex octo componitur. Mercurius habet pe-
 riodum viginti annorum, cujus quarta pars
 anni sunt quinque. Luna in viginti quinque
 annis revolvitur, & quartam periodi hujus
 partem anni sex cum tribus mensibus effi-
 ciunt. Ex his quartis periodorum partibus ta-
 lem distributionem dierum instituebant. Sa-
 turni periodi quarta pars cum anni sint se-
 ptem cum dimidio, quando ἀφ' ἑπτα cum esse
 contingi, tum & καθολικῶς quidem, septem an-
 nos & dimidium dividit. Quoniam ex hoc
 annorum spatio & cæteras stellas τῶν ὀπμιμερο-
 μὸν accipere oportet, ita faciebant. Octo-
 ginta quinque dies Saturni septies ac ser-
 mis

mis multiplicabant. Dies exeunt DCCXXXVII. cum semisse. Hunc numerum dierum sibi retinet Saturnus ex illis suis septem annis cum dimidio qui quadrantem faciunt ejus parvæ periodi. Sequatur Juppiter accepturus dies à Saturno, Ipse dominatur per triginta & quattuor dies quos annuos accepit alio Loco triginta quinque tribuit. Sed his multiplicatis per septem & dimidium, quia Saturnus est ἀφ' ἑτῆς, dies fiunt CCLV. Totidem dies accipiet Juppiter à Saturno. Sequitur Veneris stella quæ per dies viginti duo dominatur. Ea summa septies ac semis ducta centum & sexaginta quinque dies efficit. Eam summam Venus accipiet ex annis Saturni septem & dimidio, qui quartam partem præbent minimæ ejus periodi triginta annis constantis. Similiter in aliis stellis numerus dierum quos in anno habent erit septies & semis ducendus, & summam inde effectam accipiet ex annis Saturni septem & semis. Diversa est ratio divisionis qua vulgares Mathematici utuntur, & *Septimoniorum Dominos* barbare vocant. Ex spatio annorum decem quod singulis planetis ad dominatum tribuunt, septimam partem unusquisque sibi sumit, is qui primus est, hoc est, annum unum Solarem cum mensibus quinque & quattuor plus minus diebus, deinde alii sequentes septimam æque partē in decennio Solis accipiunt. Decen-

cennii illud spatium notum fuit veteribus Astrologis, sed *ἑπταετηρὺς* ille septimæ par-
tis unicuique sequentium tradendus, illis fuit incognitus, cum ex decennio primi dominan-
tis sequentes tot menses acciperent quot an-
nis periodus minima singularum constabat.
Quæ duodecima pars totius summæ fuit. Itæ Sol decem & novem menses accipit, quia pe-
riodus ejus decem & novem annos habet.
Atque ita de cæteris. Duodecimam igitur par-
tem suæ quæque periodi ex decennio primo Solis suscipit, non septimam totius decennii,
ut vulgo computant Astrologi. Sed & om-
nium dierum summa quæ septem stellis hoc
modo dividebatur, summam implet totius
decennii & novem mensium, in quo tempo-
ris spatio dominatum singulæ per vices ha-
bebant, ut subjecta tabella ostendit.

Annorum per menses
divisio.

☉	19
☿	25
♂	30
♂	12
♂	15
♂	8
♀	20

129

Hæc summa men-
sum c x x i x. decen-
niū & novem menses
absolvit. Nec porro
mirum est penes hanc
doctrinam in decen-
nio unius *ἑπταετηρὺς*
ejus & sub uno chro-
nocratore omnes pla-
netas partem suam ha-
bere. Ita enim & in
singulis signis partes
etiā

etiā occupant alia signa. Sic in signo Arie-
 tis, primam occupat partem Aries, secundam
 Taurus, tertiam Gemini, quartam Cancer,
 & sic de aliis. Ut pro annis autem menses ha-
 berent in divisione temporum, id observa-
 bant, ut duodecimam partem anni sumerent:
 Rursus ut per dies *ἡμερησίων* facerent, duo-
 decimam mensium partem accipiebant. Ut
 per horas tempora dividerent, duodecimam
 diei partem. Exempli gratia, Solis periodus
 decem & novem annorum est. Horum duo-
 decima pars, decem & novem menses. Ho-
 rum pars duodecima dies quadraginta se-
 ptem cum dimidio. Rursus horum pars duo-
 decima dies tres, horæ viginti tres. Ita ex
 singularum errantium periodis duodecimam
 partem annorum sumentes quot unaquæque
 dies & horas divideret, æstimabant. Tabel-
 lam subjiciam quæ id doceat.

Anni.

Anni. Menses. Dies. D. Horæ

☉	19.	19.	$47\frac{1}{2}$	3. 23.
☿	25.	25.	$62\frac{1}{2}$	5. 5.
♂	30.	30.	75.	6. 6.
♂	12.	12.	30.	2. 12.
♂	15.	15.	$73\frac{1}{2}$	3. 3.
♀	8.	8.	20.	1. 16.
♀	20.	20.	50.	4. 4.

Inde καθολικῇ χρόνοι, ἐνιαυσιαῖοι, μηνιαῖοι,
 & ὥραῖοι. Inde & Climacteres ἐνιαυσιαῖοι,
 μηνιαῖοι, ἡμερήσιοι, & ὥραῖοι, de quibus infra.
 Inde etiam Chronocratores καθολικῇ, ἐνιαυ-
 στιαῖοι & μηνιαῖοι, ἡμερήσιοι & ὥραῖοι. Quæ &
 his

hīs versibus disertè explicavit Marcellus libro III.

Nunc sua reddentur generatim tempora signis,

Qua divisa etiam proprios ducuntur in annos.

Et menses luceſque ſuas horasque dierum,

Per qua præcipuas ostendunt ſingula vires.

Per tempora generatim reddita τὸ καθολικὸν χρόνον intelligit. Per divisa in proprios annos, τὰς ἐνιαυτοαῖας: Deinde per menses, & dies & luceſ dierum, τὸ μηνιαῖον, ἡμερησίον & ὥραιον. Ad καθολικὰς διαρέσειων ἀγωγὰς, ut eas vocant Græci, pertinent & *Ferdaria* Perſarum quæ vox videtur depravata ex Græco εἰσοδάριον quæ μικρὸν εἰσόδον ſignificat. Tales ſunt illæ *Ferdaria*, parvæ nempe planetarum periodi, quas in diviſione temporum dant & accipiunt invicem planetæ χρόνον καταπύπτει. Sed eæ periodi differunt ab illis Græcorum quas ſupra expoſuimus, niſi in duabus. Nam Jovis & Veneris *Ferdariæ* conveniunt cum ἰδίαις periodis earum ſtellarum quas Græci ſtatuunt. Nam Veneris *Ferdaria* octo eſt annorum, Jovis duodecim. Cæteræ diſſimiles ſunt. Modus etiam ἀρὰ δόσεως & ἀρὰ γλίψεως diverſus. Nam in *Ferdaria* ſua quiſque planetarum ſeptimam tantum ejus partem ſibi retinet, & ſeptimam partem ſimiliter ſingulis planetis diſtribuit. Scaliger non intellexit quid eſſent *Ferdaria* planetarum cum Lunnæ voluit eſſe quaſi quaſdam *Ferdarias*, annos

nos vitæ quos in singulis Locis genituræ constituta tribuere putatur. Exempli gratia, in Horoscopo posita dat annos vitæ secundum Manilium LXXVIII. In Medio cælo, LXXV. In Imo cælo L. In occasu LXXVI. Atque ita de reliquis Locis. Vóx *Ferdaria* nihil aliud est quam *φαιροδάριον*. Nisi quis putet à verbo Chaldaico & Arabico *فرد*, derivari, ut sint *Δφαιρέσεις χρόνων*. Sed melius prius. Per *δωδεκαετίας* etiam numerabant tempora antiqui Chaldæi. Hujus meminit his verbis Valens, ubi notavit varia divisionum genera. Ποικίλης γὰρ, inquit, τῆς Δφαιρέσεως ἔσθις ἐάν τις πρὸς τὴν ἑξήκοντα καὶ ὀκτώσιν ἐταρῇ, ὅτι γὰρ δὴ δωδεκαετίας αἱ αὐτῇ ὡς ἑξήκοντα σημαίνονται. Et alio Loco, ἐστὶ δὲ γὰρ δὴ Δφαιρέσεως τῆς πρὸς τὴν ἑξήκοντα καὶ ὀκτώσιν ἐταρῇ, ὅτι γὰρ δὴ δωδεκαετίας εἰς κενὰς τῶν πεντήκοντα συμπεσούσης τῆς ὡς ἑξήκοντα ἐξαιρετῆς συμβαίνει γίνεσθαι, ἢ πάλιν ἀγαθοποιῶν μόνον δοκῶντων ἔχον τὸν χρόνον αἰτίας κακῶν συνεπιδραμεῖται. Ergo ὡς ἑξήκοντα & πενήκοντα stellarum in hoc δωδεκαετίας spatio æque locum habuit ut in decennio ac novem mensibus, aliisque temporum divisionibus. Alibi ἐτῶν δωδέκαδα hanc vocat. Hæc est Chaldæorum Dodecaeteris genethliaca cujus meminit Censorinus die natali cap. XVIII. Proxima est, inquit, hanc magnitudinem quæ vocatur δωδεκαετηρίς ex annis veritibus duodecim. Huic anno Chaldaico nomen est quem Genethliaci non ad Solis Līnaque cursus,

sus, sed ad observationes alias habent accommodatum quod in eo dicunt tempestatis frugumque proventus, sterilitates item morbosque circumire: Bene certe dicit ac vere quod neque ad Solem neque ad Lunam accommodata sit hæc δωδεκαετηρίς. Nam ex annis constat æqualibus qui singuli sunt dierum cccLx. Et sic aliarum omnes temporum periodi quas Genethliaci singulis stellis dividebant, idque patet ex iis temporum divisionibus quas supra posuimus, in quibus anni in menses triginta dierum omnes resolvuntur. Exempli gratia, τὸ ἐν δωδεκαετηρίᾳ πρὸς τὸν Ὁλίον, quæ parva est ejus sideris periodus, pars duodecima menses sunt duodecim. Horum vero mensium duodecim pars duodecima dies sunt quadraginta septem cum dimidio. Et sic de aliis. Utebantur hac Dodecaeteride eodem ferme modo ut decaeteride & novem mensibus. Geneseos tempora numerabant per decennium & novem mensium spatium quod singulis stellis dividebant prout erant in Themate dispositæ. Si omnium stellarum decennia non possent implere tempus vitæ illi Genesi tributum, descendebant ad minorem divisionem quæ per menses tempora distribuit. Si neque hæc totum vitæ spatium posset juste absolvere, ad eam quæ dies dividit veniebant. Exempli gratia, Quædam genesis habuit Lunam in Piscibus parte

XVIII. Venerem in Ariete, Jovem in Libra, Saturnum & Horoscopum in Sagittario, Martem in Aquario, Solem in principio Geminorum, Mercurium in Piscibus. Vitæ tempora huic genesi data sunt anni LIII. Ita eos colligebant ex divisione decennii & novem mensium singulis stellis ad Chronocratoriam data. Prima Luna habuit dominatum temporum in ea genesi, hoc est καθολικὴν χρόνον αφεπὶς fuit. Ergo prima ex prædicta annorum summa decennium accepit ac novem menses. Post eam Veneris stella in Ariete constituta iridem accepit decem annos cum novem mensibus. Juppiter in Libra positus totidem, totidemque sequens Martis stella. Quattuor hic sunt circuli decennales, & anni XLIII. Nam decem anni cum novem mensibus quater ducti eam summam efficiunt. Si stellæ Martis prout in ordine sequitur in eo Themate suum decennium & novem menses velis dare, fient anni quinquaginta tres cum novem mensibus. At Genesis tempus quinquaginta tantum ac trium fuit annorum sive quinquaginta duorum, unius mensis & septem dierum. Viginti mensibus plus est. Ita processerunt. Mutata velificatione, & menses pro annis ponendo dederunt Marti quindecim menses. Tot enim accipit pro parte duodecima suæ periodi quæ quindecim annos habet. Hoc numero mensium addito
ad

adann. XLIII. exsurgunt anni XLIV. menses tres. Sol deinde accipit annum unum & menses septem, h. e. novem & decē menses, qui duodecimam partem efficiunt ejus periodi novem & decem annorum. Postea Mercurius menses xx. Deinde & Luna xxv. Venus viii. Juppiter xii. Ex quibus omnibus anni exeunt LI. & menses tres. Deinde Saturnus triginta menses accipit, quot anni sunt parvæ ejus periodi, ad supplementum temporum vitæ quæ illa Genesis habuit, annorum LIII. vel potius LII. & triginta septem dierū. Hæc enim fuere tempora illius genituræ. Sed viginti menses aliquot diebus minus superant. Ut temporum mensuram justam haberent sine excurrente illa summa, ad dierum divisionem recurrebant. Usque ad Jovis stellam numerus annorum collectus est, quinquaginta unius ac trium mensium. Dies exinde computabant qui supersunt usque ad annum LII. cum diebus triginta septem quas stella Martis accipit in divisione dierum totius anni. Novem menses desunt ad supplendum annum quinquagesimum secundum. Nam diximus usque ad Jovis stellam numerum collectum fuisse unius & quinquaginta annorum cum tribus mensibus. Novem menses habent dies cclxx. Annus reliquus est unus, qui diebus constat cccclx. Nam supra jam docuimus annos Genethliacos æquabiles fuisse cccclx. annorum. Hinc

Q

sum-

summa dierum colligitur cum triginta & septem diebus qui supererant ex anno LII. geniturae propositae DCLXV. Hæc summa ita distribuitur in sequentes stellas, ut Saturno inde detur circulus dierum CXIX. Marti CXIX. Soli CXIX. Mercurio CXIX. Lunæ iterum CXIX. Fiunt dies DCLXV. Restant viginti ac duo dies pro sexto circulo qui Veneri competit. Ergo dies octo sibi ipsa retinet ac vindicat, quot menses nimirum accipit in divisione mensium, & quot annos in divisione annorum. Juppiter qui sequitur accipit duodecim, quia & ipse duodecim annorum periodum habet, & aliam duodecim mensium, quæ duodecima pars est parvæ ejus periodi. Dies habemus viginti. Restant duo ad integrandum annum LII. qui propositæ geneseos fuit ultimus. Hæc cadunt in circulum Saturni. Nam ille proxime Venerem sequitur in ἀσποθεσίᾳ prædictæ geneseos. In hoc Themate Catholicam annorum Chronocratiam habuit Luna, mensium Mars, dierum Venus. Hæc ideo scrupulosius persecuti sumus, ut tota res pateret quam nugatoria sit & morosa. Non aliter uli sunt & Dodecaeteride. Ita enim per δωδεκάδας annorum tempora geniturae partiti sunt, ut singulis stellis eas dividerent ut erant in Diathemate dispositæ, aut etiam quoties possent ex numero annorum dodecadas removerent, & quod super-

superesset & integram dodecadem implere nequireret, id per menses aut per dies explicarent, ut in decaeteride & novem mensibus vidimus fieri solitum. Ex Themate autem genituræ quam supra posuimus, apparet non semper ea methodo usos esse antiquos Mathematicos quam notavit Firmicus, ut ex decennii & novem mensium spatio cujus dominatum singulæ stellæ accipiebant, unaquæque partem occuparet, pro mensura mensium quos habebant, ut Saturnus triginta menses ex decennio Solis, Juppiter duodecim, & ita cæteri pro parte sua. Nam in supra posita genesi singulæ decennii totius cum novem mensibus dominatum tenent, nec sequentibus ex eo quicquam distribuunt, quæ & ipsæ integrum decennii & novem mensium circulum obtinent. Hoc etiam movent auctores artis, in quantum fieri potest & capit genesis, periodos stellarum & signorum anaphoras esse dandas, deinde menses & dies esse accipiendos ad tempora genituræ invenienda. Idem videntur fecisse & in dodecaeteride sua Chaldæi, ut in decaeteride alii Astrologi. Hujus initium, idest primi anni exordium ab Horoscopo ducebant ita, ut primus annus haberetur Dodecaeteridis in quo Horoscopus esset positus, secundus in secundo signo, tertius in tertio, & sic cæteri per ordinem ut observat Firmicus. Qui ta-

Q 2

men

men addit alios in diurna genitura hoc idem fecisse & in nocturna à Luna. Et habere id rationem. Nec omisit utramque opinionem notare Manilius lib. III. primum his versibus:

Primus erit signi quo Sol effulserit annus,

Annua quod lustrans consummat tempora mundi.

Proximus, atque alii subeuntia signa sequuntur.

Ita singula signa singulos annos Dodecaeteridis faciunt. Nec verū est quod Scaliger ad eos versus observavit, primum annum Dodecaeteridos genethliacæ esse cognominem ejus signi in quo Sol fulserit. Ut si aliquis natus sit Sole in Leone posito, ejus Dodecaeteridos annum primum futurum annum Leonis, secundum Virginis, tertium Libræ, & sic deinceps. Quod nusquam apud auctores Genethliacæ reperitur. Immo ut primus annus à Sole incipit qui *χώρα* est vel *οἰκδομήτης* illius anni, ita secundus ab ea stella quæ sequitur & post Solē dominatum secundi anni accipit. Lunæ itaque erit secundus annus, Saturni tertius, & ita deinceps. Primi anni Sol principalis est Chronocrator, quia ab eo sumit exordium, qui licet totius anni obtineat dominatum, ex eo tantum sibi retinet quinquaginta tres, dat Lunæ septuaginta & unum, Saturno octoginta quinque, atque ita cæteris pro numero dierum quos unusquisque accipit in annorum per dies divisione. Qui dies sic inter planetas divisi totum annum absolvunt.

Se-

Secundi anni dominatum ubi acceperit Luna, similiter ex eo quamvis domina sit ejus præcipua, dies tantum vindicat septuaginta unum, & tradit sequentibus quot eis competunt. Alii non à Sole sed ab Horoscopo primū annum Dodecaeteridis numerabant, & secundum secundo Loco ab Horoscopo, sive secundo signo, dabant, usque ad orbem ἡ δώδεκα τόπων absolutum. De Horoscopo scribit idem Manilius his versibus qui sic legendi sunt.

*Sunt quibus & cali placeat nascentis ab hora
Sidere, quem memorant Horoscopon, in ven-
turis*

*Parte quod ex illa describitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora & astra.*

Et capite ex uno menses annosque diesque

Incipere atque horas, tradique sequentibus astris.

Tradi dicit sequentibus astris annos, menses & dies ab Horoscopo. quem principalem esse *χρονοκράτορα* nonnullis placuit, qui annos menses & dies atque horas sequentibus tradat. Quibus intelligit *ἡ δάδοσιν* & *ἡ δάληψιν* temporum per stellas in orbem euntium à primo Chronocratore qui ipse temporis dominium accipiens cæteris post se tradit, id est *ἡ δαδίδωσι*. Hoc verbo & supra usus est de eodem Horoscopo:

Tutelaque sua primas Horoscopus horas

Afferit atque dies, tradisque sequentibus astris.

Tradit, idest *παρὰ δίδωσι* tamquam primus & Catholicus Chronocrator. Firmicus idem verbum de eadem re usurpavit: *Sed quicumque decennium sortitus fuerit, licet totius sit temporis dominus, omnibus tamen stellis totam decennii substantiam dividit à se incipiens, & post se illis tradens qui sunt per ordinem positi, ac primo illi tradens quicumque in themate secundus fuerit inventus.* Ita ergo Dodecaeteridis initium sive primum annum alii à Sole, alii ab Horoscopo auspicabantur, vel etiam à Luna si nocturna esset genitura. Hi sunt principales *χρονοκράτορες*. Horoscopus Sol & Luna. Scaliger ad postremum Manilii locum notavit, Solem esse *χρονοκράτορα annum*, Lunam *mensurum*, Horoscopum *diurnum*, planetam *horarium*. Quæ sunt falsissimæ. Nam Horoscopus æque mensium est & annorum ac dierum. Sol præterea non est magis Chronocrator annuus quam quilibet alius planetarum. Sed nec planetæ alii magis sunt horarii Chronocratores quam Sol aut Luna vel Horoscopus. Omnes quippe planetæ & *καθολικὸι* sunt Chronocratores & annui, & mensuri, & diarii & horarii. Cum enim sint *χρονοκρατορεῖαι* annorum, mensium, dierum & horarum, planetæ eas omnes possident. Est enim & Chronocrator anni, est mensis, diei, & horæ. Græci vocant eos *οικοδεσπότας* vel *κυρίας* ἔτους, ἔμηνος, ἡμέρας, ὥρας. Et potest fieri ut eodem tempore dominus anni sit unus

unus planeta, alter mensis, alter diei, alter horæ. Si proprietas cujusque quaeritur, Saturni τὰς ἐπεμβάσεις magis spectari ait Ptolemæus ad καθολικὰς πόπας τῶν χρόνων, Jovis ad annuorum temporum loca, Solis, Veneris & Mercurii ad menstrua, Lunæ παρόδους ad dierum spatia. Præterea hoc non dicit Manilius quem ibi exponit, Horoscopus esse diurnum sive dialem Chronocratorem: Sed simpliciter ait, Horoscopus sibi primas horas asserere & dies. Ergo etiam horarius est diurnus, & magis quidem horarius quatenus ab hora nomen accepit. Unde & *Horæ* sæpe pro Horoscopo. Quod in idiomate Romanitatis infimæ mansit, ut *bona hora* pro bona genitura usurpata sit vulgo, & *mala hora* pro infortunio quasi ex mala genitura procedente. Sed nec Luna propriè menstruus est Chronocrator, cum in nocturnis genituris initium temporum accipere solita sit, & καθολικῇ χρονοκράτει vice fungi. Lunæ Græci Astrologi dicunt τὴ μῆνα προσωκείωται, sed menstruum esse Chronocratorem nusquam memorant. Sic enim scribunt, Σελήνη ἣ προσωκείωται καὶ ὁ μηνιαῖος κύκλος. Φυσικῶς ἣ καὶ μὴ ζώδιον ἔτη β', μὲν α'. καὶ ἣ μοῖραν ἡμέρας κε'. Luna menstruus circulus accommodatur. Naturali vero ratione signiliter annos duos & unum mensem habet, partiliter vero dies viginti quinque. Dodecac-

teridis Genethliacæ meminit idem Manilius paulo post in his versibus:

— *Venit omnis ad astrum*

Hora die bis, mense dies semel, unus in anno

Mensis, & exactis bis sex jam solibus annus.

Quæ verba Scaliger ad *πλῆθους ὥρας & ἡμέρας* retulit. Sed hoc nec fundamentum in arte habet nec rationem. Horam bis in die ad astrū dicit redire, & per diem intelligit τὸ νυχθημέρον. Duodecim sunt horæ noctis, & duodecim diei. Prima hora noctis incipit post duodecimam diei, & prima diei post duodecimam noctis. Ita hora bis die, idest ἐν νυχθημέρῳ, ad astrum redit, nempe duodecima diei ad occidentem solem, & duodecima noctis ad orientem. At in mense unus dies ad astrum redit, nimirum trigesimus quo Solem Luna assequitur. In anno unus mensis, nempe duodecimus quo Sol ad Zodiacum tropicum unde profectus erat revertitur post annum circuitum. At in Dodecaeteride annus ultimus, idest duodecimus, redit ad astrum, idest ad illud signum ex quo primus annus auspiciatus est curriculum in primo signo. Cum itaque viginti quattuor horis τὸ νυχθημέρον constet, non ita eas computabant ut continenter per hunc numerum eas deducerent, sed duodecim diei naturali dabant, duodecim nocti. Sic in die quem intelligit Manilius bis hora redit ad astrum, duodecima noctis

Etis & duodecima diei. Unicuiq; autem horæ suum planetam assignabant. Et cum singulos etiam septimanæ dies singulis planetis adscriberent, prima hora cujusque diei septimanæ ei planetæ dicabatur cujus erat dies. Sic dies Solis prima hora Soli dabatur, prima Lunæ, Lunæ, atque ita deinceps, ut ex subiecta tabella ostenditur. Sic ergo horas numerabant, ut à die Solis exemplū sumamus: ἡ ὥρα πρώτη ἡλίου, ἡ δευτέρα ἀφροδίτης, ἡ τρίτη ἑρμῆ, ἡ τετάρτη σελήνης, ἡ πέμπτη κρόνου, ἡ ἕκτη διός, ἡ ἑβδόμη ἄρεως, ἡ ὀγδὴ ἡλίου, ἡ ἐννάτη ἀφροδίτης, ἡ δεκάτη ἑρμῆ, ἡ ἑνδεκάτη σελήνης, ἡ δωδεκάτη κρόνου. Πρώτη διός, δευτέρα ἄρεως, τρίτη ἡλίου, τετάρτη ἀφροδίτης, πέμπτη ἑρμῆ, ἕκτη σελήνης, ἑβδόμη κρόνου, ὀγδὴ διός, ἐννάτη ἄρεως, δεκάτη ἡλίου, ἑνδεκάτη ἀφροδίτης, δωδεκάτη ἑρμῆ. Hora prima Solis, secunda Veneris, tertia Mercurii, quarta Luna, quinta Saturni, sexta Iovis, septima Martis, octava Solis, nona Veneris, decima Mercurii, undecima Luna, duodecima Saturni. Prima Iovis, secunda Martis, tertia Solis, quarta Veneris, quinta Mercurii, sexta Luna, septima Saturni, octava Iovis, nona Martis, decima Solis, undecima, Veneris, duodecima Mercurii.

Q 5

Horæ

Hora diei.	Dies Solis.	Dies Lunae.	Dies Mart.	Dies Merc.	Dies Jovis.	Dies Venus.	Dies Sat.
	☉	☾	♂	♀	♊	♀	♄
1	☉	☾	♂	♀	♊	♀	♄
2	♀	♄	☉	☾	♂	♀	♊
3	♀	♊	♀	♄	☉	☾	♂
4	☾	♂	♀	♊	♀	♄	☉
5	♄	☉	☾	♂	♀	♊	♀
6	♊	♀	♄	☉	☾	♂	♀
7	♂	♀	♊	♀	♄	☉	☾
8	☉	☾	♂	♀	♊	♀	♄
9	♀	♄	☉	☾	♂	♀	♊
10	♀	♊	♀	♄	☉	☾	♂
11	☾	♂	♀	♊	♀	♄	☉
12	♄	☉	☾	♂	♀	♊	♀
1	♊	♀	♄	☉	☾	♂	♀
2	♂	♀	♊	♀	♄	☉	☾
3	☉	☾	♂	♀	♊	♀	♄
4	♀	♄	☉	☾	♂	♀	♊
5	♀	♊	♀	♄	☉	☾	♂
6	☾	♂	♀	♊	♀	♄	☉
7	♄	☉	☾	♂	♀	♊	♀
8	♊	♀	♄	☉	☾	♂	♀
9	♂	♀	♊	♀	♄	☉	☾
10	☉	☾	♂	♀	♊	♀	♄
11	♀	♄	☉	☾	♂	♀	♊
12	♀	♊	♀	♄	☉	☾	♂

CLIMACTERICIS. 291

Tam Ægyptii olim quam Græci veteres Romani horis inæqualibus diei & noctis utebantur, quæ solum æquales erant circa æquinoctia. Ita nox duodecim horas habuit, & dies totidem: ita una hora bis in die sive νυχθημέραι ad astrum revertebatur, nempe noctis duodecima & diei duodecima. Diei horas duodecim ab Ægyptiis his nominibus appellatas reperi.

Duodecim horarum diei nomina Ægyptiaca.

α'	λάμπη
β'	ἀλεξίδι
γ'	πεψίδι
δ'	φηνέ
ε'	ἐρέβη
ς'	ἀφουγής
ζ'	πείκα
η'	παίφη
θ'	λοιλία
ι'	πορφυρεῖ
ια'	πανφύλ
ιβ'	τύρφη

Ma-

Magna ex parte Græca sunt hæc nomina, quædam & in his mere Ægyptiaca, nonnulla & corrupta, ut duodecima quæ sine dubio Græca est *τεῦφη*, quia post horam diei duodecimam homines ad cænam se conferunt & voluptati luxuriæque se dedunt. Habuerunt & appellationes noctis horarum, sed nondum eas reperi. Horas porro & dies Horoscopo proprias assignat Manilius, quia omnis quidem Horoscopus ab horis & diebus incipit, ex quibus anni constant & ab hora etiam nomen accepit. Sed non omnes geneses annum integrum absolvunt, cum plurimæ ex horæ natalis Themate aliquot tantum dies, aliquæ etiam paucas horas impleant. Talis est Locus *ὧς ἀ τεύφῳν* qui spectatur quidem ut ille de vitæ spatio, *ἐχ' ἕως ἧς ὧς ἀπασι θεωρεῖται, ὡς ἐν πούτῃ ἐτῶν ζητεῖται, ἀλλ' ἐν ὧρεῖς ἢ ἡμέραις, ἢ ἐμηνσὶν ὀλίγοις*. Infantium quoque geneses quibus exiguum vitæ tempus ex astris decernebant per horas ac dies primo computantur, deinde per menses. Sic enim Græci, *ἐὰν ἡ νηπία γένεσις ἀρεθῇ, ἀπὸ τ' ἀφ' ἑσέως πρῶτον ὥρας μετρίῃ, εἴτα ἡμέρας, εἴτα μῆνας*. Si infantis genesis inventa fuerit, à principio ejus primum horas dividemus, deinde dies, postea & menses. Sunt enim horarum, ut & dierum & mensium sui Chronocratores, ut etiam Climacteres, *ὧρεῖαι, ἡμερήσιοι, μηνιαῖοι*. At in virorum genesibus per annorum periodos

dos divisio erit facienda, idest *ᾠδαίδοσις* & *ᾠδάληψις*, in quantum res & temporis spatium id pari poterit. Si divisio per periodos non suffecerit, ad mensium primo distributionem, deinde & dierū, mox & horarum erit veniendum, ut patet exemplo geneseos quod supra produximus. In perfectæ igitur ætatis genituris ab annis erit incipiendum numerari instituenti vitæ ejus tempora, & in horas definendum. In genesibus infantium contra ab horis & diebus aut mensibus erit inchoanda *ᾠδαίδοσις*, & inde ad annos progrediendum. Tres terminos ponunt temporum ad investiganda genituræ curricula ex stellarum mutuis traditionibus & susceptionibus temporum, maximum, medium & minimum. Minimi ὄροι sunt qui ex horis & diebus constant, medii qui ex mensibus, maximi qui ex annis sive annorum periodis. Firmicus trinas temporum divisiones adfert ad Chronocratorias designandas, primam quæ per decennium & novem menses explicatur, secundam quæ per menses, tertiam quæ per dies. Hi sunt *ἐνιαυσιαῖοι*, *μηνιαῖοι* & *ἡμερήσιοι* χρόνοι. Omitit *ὅτ' ὡραιαίς*. At divisio horarum, ut & mensium ac dierum, *χρονοκρατορικῇ* à periodis planetarum quales supra exposuimus petenda est. Sic enim scribunt: *ταὲς λεηομαρεῖς ἡμέρας ἐ σαλαγματίας ὥρας ἀπὸ τῆς ἐκάστης ἀστὲρ* *ᾠδαίδοι τὸ δωδέκατον λαβόντες διέσπομεν*.

αἰομήν. Hoc supra jam exposuimus, figura
 etiam proposita. Periodus Solis quæ decem
 & novem annorum est, etiam pro duodeci-
 ma parte totidem est mensium. Diximus
 duodecima horum mensium, pars quot dies
 & horas colligeret. Etiam tot dies quidam
 singulis planetis tribuerunt καὶ μοῖραν quot
 menses καὶ ζῳδιον haberent. Sol accipit ζῳδια-
 κῶς decem & novem menses, μοιρακῶς de-
 cem & novem dies. Atque ita de cæteris. Lu-
 na viginti quinque annos dividit, aut vi-
 ginti quinque menses, aut viginti quinque
 dies, annos & menses ζῳδιακῶς, dies μοι-
 ρακῶς. Firmicus quoque eadem habet in
 capite de vitæ humanæ datore. Planetas
 nempe cum male decernunt parvas suas pe-
 riodos dividere aut totidem menses, aut toti-
 dem dies. Sol, inquit, si male decreverit annos
 decernit xix. menses xix. dies xix. Atque ita
 in reliquis. Addit etiam & Horas. Sed duo-
 decim æqualiter omnibus, cum ante docueri-
 mus etiam duodecimam partem dierum de-
 cerni à singulis, quæ divisio inæqualem in
 unoquoq; horarum numerum facit. Sed tanti
 non est hæc enucleatius pertractari. Καθο-
 λικῶν igitur sunt divisiones annorum & men-
 sium. Nam & mensium numerum ad annos
 redigit Valens. Pro novem quippe ac decem
 mensibus Solis, numerat annum unum & se-
 ptem menses. Pro viginti quinque mensibus
 Lunæ

Lunę duos annos & mensem unum. Atque ita de reliquis. *Μοιραν* autem divisiones sunt, dierum & horarum. Valens primam proponit *Δαίρεσιν* quę sit ad quartam partē cuiusque stellę periodi, *πρὸς τὰ πένταρτα ἢ περὶ δυν*. Secundam quę sit *πρὸς τὸ δωδέκατον*. Tertiam quę per decennium & novem menses peragitur. Primam *Δαίρεσιν* etiam *περίοδον* appellat. ἐστὶ δέ, inquit, *πρώτη περίοδος πρὸς τὰ πένταρτα ἢ ἰδίων περιόδων*. Sic *ἰδίᾳ* periodus Solis cum sit novē & decem annorum, quarta pars ejus erit quatuor annorum & novem mensium, hoc est quinquaginta & septem mensium. At duodecima pars dat menses novem & decem, hoc est annum unum & septem menses. Hę omnes temporis divisiones etiam quę per decennium explicantur, pendent omnino ab illis planetarum periodis quas diximus. Nam ex dominatu annorum decem & novem mensium, cum unaquęque stella quę domina temporis totius facta est, totidem menses cæteris dividat quot unaquęque annos habet ex propria periodo, totum illud decennii spatium expletur omnium stellarum periodis quę duodecimam cuiusque periodi partem reddunt. In Sole nimirum decē & novem menses, in Luna viginti quinque, in Saturno triginta, & in Jove duodecim & deinceps. Quia nempe totidem annorum sunt periodę singularum. Quę cum ita sint, miror has pe-

riodos

riodos hodie ignoratas esse vulgo Mathematicorum in genituris colligendis, cum apud veteres utramque paginam hæ faciant in thematibus geneſeon conſtruendis cum anaphoricis signorum temporibus. Aliquid eſſet, ſi poſſent dicere eas ignoraffe ſuum Ptolemæum, qui fundus eſt iſtis totius γενεθλιακῆς ſcientiæ. Is enim in iv. Terrabili aperte eas periodos planetarum agnoſcit. Nam ad eas plane componit gradus ætatis humanæ quos ſeptem ſtatuit, & ſingulis numerum cum annorum tribuit quot ſtella annos habet in ſua periodo, exceptis Luna & Mercurio. Primum quippe gradum ejus Lunæ aſſignat, & ſecundum Mercurio, nec totam periodum Lunæ primæ ætati tribuit, ſed ex ea tantum annos quatuor. Ita ſecundæ quam dicat Mercurio, dimidiam partem annorum periodi Mercurialis dat, h. e. annos decem. Atque ipſe Ptolemæus proſitetur hoc decennii ſpatium quo puerilem ætatem comprehendit, Mercurium qui proximum Lunæ orbem obtinet moderari pro viginti annorum ſuorum dimidiato numero. Ergo juxta ejus ſententiam Mercurius viginti annorum periodum ἀποκατάστασιν habet, quæ minima eſt ejus atque ἰδιὰ τοῦ εἰδέναι. In reliquis quinque gradibus ætatis, quas & cæteris quinque planetis adſcribit, integris annis cujuſque ſtellæ periodi ſingulas ætates definit. Et recte Anonymus ejus interpres ad eum

Locum

locum notavit, unamquamque ἡλικίαν humanæ vitæ proprietatem & ἰδίωμα servare planetæ cui adscripta est. Καὶ ἀναλογεῖ, inquit, ἐκάστη τῶν ἡλικιῶν μιᾷ σφαίρᾳ τῇ ἐπιταύ. Toridè ab eo ponuntur ætatis gradus, qui Græce ita numerantur, βρέφους, παῖς, μετέκτιον, νέος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, γέρον. Hæ septem sunt ἡλικίαι quarum unaquæque respondet uni ex planetis, ut infantilis ætas Lunæ puerilis Mercurio, reliquæ per ordinem planetis cæteris. Nec hoc tantum, sed etiam ὁρίζετο ὁ χρόνος ἐκάστης ἡλικίας ὑπὸ τῶν ἀποκαταστάσεως ἐκάστης ἀστέρων χρόνος πλὴν ἐρμῆς καὶ σελλύνης. Tempus uniuscujusque ætatis circumscribitur apocatasticæ periodi tempore quod unicuique planetæ tribuitur excepta Mercurii & Lunæ stella. Nam infantia quatuor tantum annis ab eo circumscribitur, puerilis vero decem annis quæ dimidia pars est periodi Mercurialis, ut ipse Ptolemæus testatur. Reliquæ ætates plenum habent spatium cuiusque erraticæ periodi, eodem Ptolemæo diserte id testante. Adolescentiæ quippe ætas ab eo Veneri dicatur & octo annis circumscribitur, καὶ τὸ ἀριθμὸν τῆς ἰδίας περιόδου. Quarta ac juvenilis ætas à quarta sphaera quæ Solis est gubernatur, καὶ τὸ ἀριθμὸν τῆς αὐτῆς ἐννεακαίδεκαετηρίδος. Mars excipit quintam & virilem ætatem, eique suæ periodi annos donat, hoc est quindecim, qui numerus est, ut ipse ait Ptolemæus, τῆς ἰδίας περιόδου.

R

Ita

Ita de reliquis , ut subjecta tabella indicabit.

D	4	Infantia.
♀	10	Pueritia.
♀	8	Adolescentia.
☉	19	Juventas.
♂	15	Virilis ætas.
♂	12	Senium.
h	30	Ætas decrepita.

Hi numeri colligunt summam nonaginta & octo annorum. Quod spatium plenæ vitæ legitimum ac iustū esse censuit Ptolemæus ex Planetarum quibus singulæ ætates adscriptæ sunt periodis $\Sigma\pi\kappa\alpha\tau\epsilon\sigma\pi\kappa\alpha\iota\varsigma$ si duos tantum excipias quæ integros suarum periodorum annos sibi adscriptis ætatibus non dederunt. Alii Astrologi vitæ humanæ spatium usque ad centum & viginti novem annos extenderunt , & hunc ejus statum esse terminum voluerunt , quia nimirum septem planetæ hunc numerū suis periodis efficiunt , si Lunæ integram ac suam periodum reddideris quæ est viginti quinque annorum , & Mercurio pariter suam quæ in viginti annos decurrit. Ideo & ultimum
vitæ

vitæ Climactericum in anno centesimo & vigesimo octavo posuisse videntur, quæ & θανάτωφόνον esse pronuntiarunt. Ut autem summū vitæ humanæ terminū statuerunt quem transcendere nemini liceret, centesimum & vigesimum nonum, non eum esse Climactericum dixerunt, quia Climactericus non certo vitam terminat. Ideo proximum ei annum fixerunt esse Climactericum, nempe centesimum & vigesimum octavū, ut annus adhuc superesset ultra Climactericum. Eundem autē etiam θανάτηφόνον pronuntiarunt, quia ex Catholico artis cum Climactericus propinquus est vitæ termino, utique letalis est. Ita quidem legitur in scripto codice Valentis *ἐκατοστός, εἰκοστὸς ὄγδοος*, sed docemus infra scribendum esse *ἐκατοστός εἰκοστὸς*, *centesimus ac vigesimus*. Qui numerus est maximæ Solis periodī. Omnium autem planetarum parvæ & propriæ periodī simul collectæ efficiunt annorum summā ut diximus, cxxix. At Solis maxima periodus annorum est cxx. Novem tantum annorum est differentia. Ptolemæus qui in septem gradus ætates distribuit, ut singulis Planetis singulos adscriberet gradus, & ex his legitimū vitæ terminū secundum eorundem Planetarum parvas periodos constitueret, Lunæ periodum annis viginti & uno brevavit, quia ætas cui eam assignavit non potuit viginti & quinque annorum spatio circumscribi.

Quattuor itaque annos tantum ex Lunę periodo sumpsit ad eam definiendam. Similiter & sequentem puerilem cum Mercurio ex ordine eam vellet attribuire, quia usque ad annum vigesimum quartum non poterat pervenire, ex Mercuriali periodo dimidiam annorum partem accepit, hoc est decem, atque ita usque ad quattuordecim annos eam promovit. In cæteris definiendis integrum cuiusque planetę periodicum numerum retinuit. Hi sunt καθολικαὶ χρόνοι quos vocavit Interpretes ejus. Εἰσὶν οὖν οἱ καθολικαὶ χρόνοι αἱ ἑπτὰ ἡλικίαι. Quia generaliter & communiter voluit hunc vitę humanę statum esse terminum, ea gratia καθολικῶς χρόνους eos annos vitę quibus septem ætatis gradus circumscribuntur esse statuit. His μερικῶς χρόνους opponit, prout est vitę spatium quod unicuique genesi particulariter ex astris decernitur. Rursus omne tempus quod cuique genesi præstituitur, καθολικὴ ἐτῶν ὑπόστασις vocatur. In ea etiam investiganda atque invenienda aut καθολικῶς proceditur aut μορικῶς. Et καθολικῶς quidem per χρόνους καθολικῶς, id est per annorum periodos aut per mensium: μορικῶς per dierum & horarum similiter periodos. Inter καθολικὰς ἀφαιρέσεις non solum numerarunt parvas periodos stellarum, sed etiam duodecimas earum partes, quę per menses computantur. Ut Solis parva perio-

dus

dus annorum est decem & novem, duodeci-
 ma pars menses totidem reddit. Veneris pe-
 riodus octo est annorum, duodecima pars
 octo mensium. Ab his duodecimis partibus
 ad dierum & horarum particulares & λεπτομε-
 ρεῖς divisiones descendebant. τὰς ἡ λεπτομε-
 ρεῖς ἡμέρας καὶ σαλαγμαῖας ὥρας ἀπὸ τῆς
 ἐκάστης ἀστὲρ Ⓞ περιόδου τὸ δωδέκατον λαμβάνον-
 τες διείσκομεν. Exempli gratia sumatur duo-
 decima periodi Solaris, undeviginti menses
 sunt, sive annus unus cum septem mensibus.
 Hujus μωιαίας periodi sumatur duodecima,
 dies sunt quadraginta septem cum duodecim
 horis. Hujus summæ iterum capiatur duo-
 decima, habebimus dies tres, horas viginti
 tres. Hæ ultimæ duæ periodi diurnæ & ho-
 rariæ λεπτομερῇ sive μοιρικῶ habent θεωρίαν,
 priores duæ καθολικῶ. Alio loco scribunt
 iidem Græci, ἐκάστης περιόδου τὸ δωδέκατον τῶν
 ἐτῶν λαβόντες ὅτι γνωσόμεθα πόσας ἑκάστης ἡμέ-
 ρας μερίζει. Cujusque periodi duodecimam acci-
 pientes cognoscemus quot dies singula stella dividant.
 Alias καθολικὰς χρόνους distinguūt ἀπὸ τῶν ἐνιαυ-
 σαιῶν, μηνιαίων, ἡμερησίων & ὡραιῶν. Sic
 enim scribunt. Οἷον ἐὰν τις τῇ Διαιρέσει προσέ-
 χη καὶ πρὸς καθολικὰς χρόνους καὶ ἐνιαυσιαίους
 καὶ μηνιαίους καὶ ἡμέρας καὶ ὥρας ὄρῃ. Per κα-
 θολικὰς χρόνους palam est ab his intelligi perio-
 dos annorum, magnas, medias, parvas, ea-
 rumque quartas & duodecimas partes, quæ

in plerisque stellarum majores sunt annuis. Nam per *ἐνιαυσιαίους χρόνους* omnes intellexerē annos absolutos, qui & proprios habuere *χρονοκερίτορας*, ut & menses & dies & horæ, sicut infra explicabimus. Nam & alibi *μεριστικὸς χρόνος* & *ἐνιαυσιαίος χρόνος* separat à duorum annorum, septem aut decem annorum spatio, quæ sub *καθολικῶν χρόνων* nomine comprehenduntur. Ἐδοξεν ᾧ ἡμῖν αἰχρῶν ὑπαρχέν διορίζεσθαι ἀποτέλεσμα ἔπειτα β', ἡ ζ', ἡ ι', ἀλλὰ ζητῶσι τὸς μεριστικὸς & ἐνιαυσιαίους χρόνους. Ibidem tradit nonnullos usos esse Astrologorum *καθολικαῖς* τῷ *Διαιρέσεων* πρὸς τὰς μικρὰς *περίόδους*, alios πρὸς τὰς τῷ *ὀρίων ἀναγέννησις*, alios vero πρὸς τὰς *δεκαετίας* & *μηνῶν ἐννεάδας*. Hinc & *ὀροκερίτορες* numerantur inter *καθολικὸς χρονοκερίτορας*, ut infra dicam. Cum igitur sine parvis periodis stellarum aut earum partibus, nulla annorum vitæ aut Climactericorum veteribus Mathematicis processerit indagatio, mirum est hodie pro Astrologis se venditare qui hæc ignorant, & Lunæ viginti & octo dies pro sua periodo attribuant, Soli, Mercurio & Veneri annos singulos, Marti binos. Nulla quippe olim genesis collecta est absque supputatione periodorum planetarum quales docuimus, & signorum anaphoricorum temporum. Plura exempla Thematum producantur à Valente & aliis, quibus omnibus anni vitæ & Climacterici

cterici ex periodis erraticarum sicut in genituris dispositæ sunt, & ex anaphoricis signorum temporibus definiuntur. Quæ genituræ si colligerentur ad normam & præcepta hodiernæ Genethliacæ, longe diversa fata habere deprehenderentur, & alia vitæ spatia atq; exordia determinata. Climacterici autem non aliter inveniebantur apud antiquos Genethliacos nisi per *χρονογραφίαν* stellarum & earum *δοσκαΐστικας* periodos, ut eas supra posuimus. Omnium Climacterum descriptio à primo usque ad ultimum qui signatur apud Valentem centesimus ac vigesimus non aliis innititur rationibus nisi ex harum periodorum observatione ductis. *ὑποβόμομν ὃ*, inquit, *καὶ τὰς Διφθοράς τῶν κλιμακτῆρων καὶ τῶν ἀστέρων χρονογραφίαν, καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους δοσκαΐσιν.* Hæc stellarum *χρονογραφία* non solum in numero annorum, mensium, dierum & horarum quas singuli planetæ in parvis suis mediis & maximis periodis habere censebantur, atq; in earum divisionibus & subdivisionibus consistebat, sed etiam in datione sive traditione temporum & acceptione quam inter se mutuitabant. *ᾠροδόσις* & *ᾠρολήψις* dicitur, & *ἀστέρες παρεαδιδόντες* & *ᾠρολαμβάνοντες*. Ex his omnium stellarum *χρονοκρατορία* dignoscebatur, nec sine *ᾠροδόσει* aut *ᾠρολήψει* temporum ullus Chronocrator, aut ullus *Hyleg*

ut vulgo vocant, sciri aut inveniri potest. Quorum tamen omnium altum est apud hodiernos genethliacos silentium, ut proinde mirum non sit eos nescire an Chronocrator & ἀφῆτης idem sit, & an differat ἀφῆτης à genituræ domino. Hæc enim duo invicem confundunt. Ὁ ἀφῆτης, inquam, & ὁ οἰκodespότης τῆς γενέσεως. Nec minore imperitia separant τὸν ἀφῆτην à Chronocratore cum iidem sint. Cum autem hæc duo nomina ἀφῆτης & οἰκodespότης, præcipua sint, & quasi numina videantur totius genethliacæ, utpote quæ familiam ducant in genituris colligendis, ne quidem quid proprie illa vocabula Græcè significant, immo nec quid sint, possunt dicere. Sed nec Arabicè intelligentiores earum rerum sunt quam Græce. Ecce enim *Hyleg* suum & *Alchododen* quæ Græcis vocabulis ἀφῆτης & οἰκodespότης respondent, adeo imperite explicant, ut alterum pro Sole accipiant, alterum pro Saturno. Itaque enim scribit præstantissimus hujus artis auctor in libro de judiciis Nativitatum, ubi tractat de Quantitate vitæ, Primos Astrologos invenisse quandam regulam dictam *Hyleg* & *Alcocodem*, & Solem esse significatorem vitæ dictum *Hyleg*, & Saturnum esse qui concedit annos vitæ dictum *Alcocodem*. Quæ quanti sint pretii, ex his quæ jam dicam animadverti poterit. Certe nullus est planetarum qui non possit esse *Hyleg*, adeo solus
Sol

Sol non est. Sed & omnis planeta potest esse Alcocodes, non soli Saturno ut sit competit. Addit ibidem postea Ptolemæum venisse qui cum hanc regulam plerumque fallacem invenisset, aliam excogitavit. Atqui Ptolemæus & ἀφ' ἐτῶν & οἰκὸς δεσποτῶν in Tetrabibli libris passim agnoscit & per eos vitæ spatia quomodo sint investiganda significat. Hyleg vero ἀφ' ἐτῶν est, & Alcocodes οἰκὸς δεσποτῶν. Ita nec Ptolemæum suum, nec artem intelligunt. Et alibi quidem recte scribunt, communem viam per Hylegiam & Alcocodeam potestatem vitam definire. Ea porro via est quam & Ptolemæus cum antiquis Astrologis calcavit. Alius vir in his scientiis versatissimus, ad lib. III. Tetrabibli notat ἀφ' ἐτῶν dimissorem vocari, & Hyleg Arabicè, item κύριον ζωῆς vitam datorem, ὁπὸ τῆς ἀφ' ἐτῶν, quia pensum possidet ex quo fila demissa dimeriuntur vitæ spatia. Quæ nugæ sunt somniis fallaciores. Nam adeo alius est ἀφ' ἐτῶν à vitæ datore, sive domino genituræ juxta scita antiquorum Astrologorum, ut si annos Apheta pauciores habeat quam Dominus genituræ, tunc ea genesis ἀφ' οἰκὸς δεσποτῆτος judicabatur, & tot annos vitæ habebat quot decrevisset ἀφ' ἐτῶν. E contrario si plures fuerint anni Aphetæ quam domini genituræ, tot annos exiget Genesis quot diviserit dator vitæ sive genituræ dominus. Nam vitæ dator, & dominus genituræ

idem est, quem & Græci κύριον ζωῆς, & οὐνοδεαυτόν τῆς ἡρώσεως appellant, & interdum absolutè οὐνοδεαυτόν. Celeberrimus Mathematicus commentariis in Tetrabiblia Ptolemæi in explicanda voce ἀφῆτης satis ostendit se nescivisse quid hoc nomine significaretur. Nam scribit *Aphetam* significare quemcunque significatorem ab ἀφετῇ quæ est dimissio. Vulgus Mathematicorum ἀφέτῳ Latine reddiderunt *prorogatorem vitæ*, cum in illo nomine Græco nulla sit notio prorogationis. Sed nec vitæ tantum tempus ex *Apheta* cognoscitur, sed omnia quæ fatum constituunt sive bona sive mala sint, fortunæ & fortunarum pericula, atque adeo Climacteres ipsi cujuscunque generis. Scaliger de nominis ἀφῆτης significatione & origine meliora dixit quam quisquam Astrologorum qui ejus ætate vixerunt. Non tamen omnia de eo recte, neque de re ipsa. Nec enim vidit ἀφέτῳ & ἡρονοκρίτῳ eundem esse. Male etiam putavit ἀφέτῳ eum proprie dici qui Romæ editor erat Circensium, eundemque qui ludos committeret. Α'φέτῳ quippe ludum esse curulium, ut munerarius est Gladiatorum. Dicit enim & κύριον τῆς ἀφῆσεως, quia cujus magistratus esset Circensium editio, ejusdem & signi fuisse missionem. Ergo ἀφῆσι ipsi eadem quæ & signi missio. Sed falsus est. Vox hæc à stadii cursoribus sumpta est,

est, non à Circensibus, nec à ludis curulibus, ut paulo post ostendam. Sed nec ἀφ᾽ ἑτῆς, ut idem Scaliger sentire videtur, vitæ initia habere tantum creditus est, verum omnis fati, & omnium quæ corpus & animam spectant, omnisque actus & eventus Sunt enim non unius generis nec unius modi plures ἀφ᾽ ἑται & totidem quot χρονοκράτορες, quia idem ἀφ᾽ ἑτῆς qui & χρονοκράτωρ. Hoc docendum est quia hætenus ignoratum. Nulla mentio ἀφ᾽ ἑτῆς uspiam occurrit apud Firmicum, sed solius *Chronocratoris*, quia res eadem his duobus nominibus signatur, & qui Firmico est *Chronocrator*, Græcis aliis ἀφ᾽ ἑτῆς dicitur. Duobus junctis capitibus de *Domino genitura* tractat, & de *Chronocratore* sive ἀφ᾽ ἑτῆ, quia hi duo totius genituræ summam possident, ideoque junguntur, quia ante omnia quærebatur in omni genitura vitæ dominus & genitura, ut per hunc invento vitæ spatio & à Chronocratore singulis stellis diviso omnia quæ decreta à stellis fuissent, explicari possent. Hinc passim apud Græcos Mathematicos hæc duo junguntur οἰκδεσπότης & ἀφ᾽ ἑτῆς, οἰκδεσπότης τ᾽ ζωῆς & οἰκδεσπότης τ᾽ ἀφ᾽ ἑσσεως. *Dominus vitæ* & *Dominus temporis*. οἰκδεσπότης τ᾽ ἡλικίας & κυράδων τ᾽ ἐτῶν, ut etiā alias vocatur. Primū igitur fuit per *Dominum genitura* spatium vitæ invenire, & deinde à *Chronocratore* singulis stellis illud

tem-

tempus dividere. Quia igitur à Chronocratore, i.e. ab eo qui dominatum temporū habet, incipit eorundem divisio & in alias stellas distributio & ἀρίθμωσις, ideo ἀφ' ἧς etiam dictus, quia ab illo initium, idest ἀφ' ἧς. Firmicus: *Chronocratorem dixerunt Græci temporum dominum, Sed initium temporum in diurnis genituris Sol accipit, in nocturnis Luna. Ubi initium temporum dixit, quam Græci ἀφ' ἧς τὸ χρονον.* Nam ἀφ' ἧς est initium & ἀρχή, ducta metaphora à stadii cursoribus. Quippe locus unde incipiebāt currere, dicitur ἀφ' ἧς. Non enim ipsa signi missio vel dimissio cursorum ἀφ' ἧς appellata est, ut vulgo docti existimant, sed ipse locus. Hesychius, ἀφ' ἧς ὁσπληγῶ interpretatur. Pollux lib. 111. cap. xxx. περὶ δρόμου γυμνικῆς de cursoribus stadii, καὶ ὅθεν μὲν ἀφ' ἧς, ἀφ' ἧς, καὶ βαλβίς, ἢ ὁσπληγῆ καὶ χρονομή. Generatim locus unde emittebantur cursores ad cursum, dicebatur ἀφ' ἧς. In illo loco porro γεγραμμή sive linea cavabatur ad quam omnes cursores æqualiter consistebant pedibus ad eam positis. Alii ex creta inspersa lineam illam fieri voluerunt. Ita Servius ad Virgilium, *limen*, idest initium curriculum quod relinquebant cursores signo dato ut spatia corripere, *signum è creta factum* interpretatur. Unde *creta* apud Varronem *calci* opponitur, ut initium fini. In transverso repagulum vel ex ligno vel ex ferro opponebatur

cur

tur cursoribus ne ante tempus ad currendum
 prosilirent, quod *προεκπηδαῖν* dicebatur. Scho-
 liaſtes Ariſtophanis ἐγκάρσιον ξύλον vocat,
 Mæris Articiſta σιδηροῦ ὀχέα fuiſſe dicit, κα-
 νονιον vocat Suidas. Servius apud Virgilium
Regulam appellat, quod *limen* eſt poetæ unde
 curſores auſpicātur curſum. Id erat quod βαλ-
 βις vel ὕσπληγξ vocabatur. Alii βαλβίδα de
 ipſa dici maluerunt Nonnulli & funem ex
 trāſverſo poſitū fuiſſe continendis curſoribus
 tradunt. Unde & ὕσπληγξ *transennam* Gloſſæ
 reddunt, & interpretantur βρόχον ἐν ἀφῆτη-
 εῖαις πεζυμῶν. Fortaſſean & oſtiis carcerum
 prætendebatur. De quo nos in Plinianis ex-
 ercitationibus. Nam male Scaliger ὕσπληγξ
 vult eſſe funem qui à carceribus ad metas ex-
 tendebatur. Cum ἀφῆτη videbatur tem-
 pus eſſe dimittendi curſores, curabat il-
 lud repagulum removendum, quo factio in
 curriculum ſe dabant omnes ſine obſtaculo.
 Mæridi Articiſtæ βαλβίδες ſunt αἱ ὅτι τῶν
 ἀφῆσεων βάσις ἐγκεχαράμναι αἷς ἐπιβαῖνον
 οἱ δρομεῖς ἵνα ἐξ ἵσθ' ἵσαιντο. Ubi ἀφῆσις vocat
 loca ipſa in quibus γραμμὴ illæ, ſive lineæ
 excavabantur, curſores ut ex æquo omnes
 ad eas ſtarent. Ideo clamabat iis præco,
 βαλβίδα δ' ἀποδός, θέτε πόδα. *Lineam redde, po-
 nite pedes.* In curuli certamine & Circenſi
 etiam ἀφῆσις dicebatur ipſe locus unde
 emittebantur quadrigæ. Sed illæ ἀφῆσις car-
 ceres

ceres fuere, & quidem recti, quibus equi cum curribus continebantur eo usque donec signo dato foribus carcerum patefactis provolarent. Unde & nomen compositum ἰπῶ ἀφ' ἑσῆς in optimis glossis de his carceribus. Apud Pausaniam & Dionysium ἀφ' ἑσῆς ἰπῶων dicuntur. Sed cum hoc nomen ἀφ' ἑσῆς etiam de singulariis cursoribus usurparetur, quorum ἀφ' ἑσῆς solum repagulū habuit ad eorum impetus retinendos, quid opus carceres & quadrigas in cælum è solo traducere ad stellarum ἀφ' ἑσῆς denotandas? Scaliger quia putabat vocem ἀφ' ἑσῆς à Circo esse petitam, ideo etiam & αἰρέσῃς stellarum factiones esse voluit non conditiones, quia factiones in Circo fuere. Sed falsum prius, ergo & posterius. Et αἰρέσῃς stellarū cum sint ἡμέραναι & νυκτεραναι, partim nocte gaudentium, partim die, conditiones sunt & non factiones, nec quicquam habent commune cum Circi factionibus. Certe ἀφ' ἑσῆς nihil aliud significat quam initium cuiusque rei translatione ἀπὸ διοδρόμοις sumpta. Unde & ἀφ' ἑσῆς ὕδατ' locus unde incipit aqua manare. Grammatici ἀφ' ἑσῆς & ἀφ' ἑσῆς quod idem est, interpretantur ἀρχῇ. Limen appellat Virgilius de cursoribus in agone gymnico, limenque relinquunt. At Βατῆρ Pollux pro ipso termino & fine stadii poni notat, id est limen. Sed hoc obtinuit in cursu quem vocabant κάμπιον δρόμον, qui alius est à recto.

recto. Nam metam in eo circumfledebant
 cursores, quæ νύσσα dicebatur & καμπὸς, &
 redibant ad limen ipsum, hoc est βατῆρα, sive
 ἄφεςιν. Anatolius apud Eusebium de dode-
 caremorio in quo æquinoctium vernum con-
 fititur, appellat illud μηνῶν ἀρχὴν, & κεφαλὴν
 κύκλου, & ἄφεςιν ἧ τῶν πλανητῶν δρόμος. Quod
 hoc præcedit μιλῶν ἑξακτον, & τέλος vocat τῶν
 περιόδων τῶν πλανητῶν, *Mensium extremum, & fi-*
nem planetarum periodi. Nam & in stadio ul-
 tima pars in quo cursus terminabatur, τέλος
 vocabatur & τέρμα, quod ἀφῆς, quæ est ἀρχὴ
 unde incipiebant currere, opponitur. *Finem*
vocat maximus Poëta de cursu contendenti-
bus, finemque sub ipsum Fessi adventabant. In-
 sulsum pecus Lojolicum ἄφεςιν ἧ τῶν πλανη-
 τῶν δρόμος, inscite reddidit, *veluti carceres*
circuitus planetarum. Quasi nulla esset ἄφεςις,
 nullus cursus, sine carceribus & quadrigis.
 Scilicet cursores singulares non habuere suas
 ἀφῆς. Suidas, βαλῆς, ἄφεςις τῶν δρόμων, id-
 est, *principium curricularum.* Inde ἄφεςις τῶν
 ἐτῶν, τῶν ἐνιαυτῶν passim apud Astrologos,
initium annorum. Statim atque quippe missi
 erant cursores, repagulo amoto, curricu-
 lum capessere incipiebant. Inde ἄφεςις pro
 initio, & verbum ἀφεθῆναι pro incipere, quia
 missus protinus cursum auspicabatur Stadio-
 dromus. Anonymus Scholiastes Ptolemæi
 ad lib. iv. Tetrabibl. ita accepit pro ἀρχῆς
 his

his verbis, *Κεῖν εἰ τύχη ὁ ἐνιαυτὸς, ἐκθιῶ καὶ μὴν ἐκ τῆς κεῖν ἀφεθήσεται. Si annus sit Arietis, ergo & mensis ab Ariete incipiet. Paulo ante ἀρχαῖον pro eodem dixit, καὶ συμβαίνει τῷ πρώτῳ μὴν αὖ δὲ πέρα ἐτὸς μὴ ἀρχεῖται ἐκ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐνιαυτοῦ. Hinc ἀφ᾽ ἐσιν ποιῶντες ἀπὸ πένδε πᾶς ἢ ζωδίας, ἢ ἀστέρων, ut ab Horoscopo, à Sole, à Luna, id est initium temporum facere. Si quaestio sit de dignitate, gloria, pompa & personis honoratis, à Sole monent faciendam τὴν ἀφ᾽ ἐσιν τῶν ἐτών, ἀπὸ τῆς ἡλίου τὴν ἀφ᾽ ἐσιν τῶν ἐτών vel τῶν χρόνων ποιήσμεθα. Pro eodem dixerunt & διεκβάλλειν & ἀπελύειν. Valens ibidem: ἐπὶ αὐτῶν ζῳιῶν περὶ ζωῆς, σωματικῶν πράξεων, ἢ ψυχικῶν, ἀπὸ τῆς ὠροσκοπικῆς διεκβαλλόμεν. Id est, ab Horoscopo incipiemus. Nam διεκβάλλειν idem quod ἀφ᾽ εἶναι, exitum dare, mittere, atque ex eo pro inchoare: ut διεκβάλλειν ἐνιαυτὸς, χρόνος. Paulus Alexandrinus, ὅσα δὲ αὐτῶν γῆσεις ἔτη κατὰ τοὺς, ἀπὸ τῆς ὠροσκοπιῶν τῶν ζωδίας διεκβαλλόνται; Id est, incipiunt numerari. ἀπὸ λύειν ἐνιαυτὸς pro eodem sæpe dicunt, id est ἀφ᾽ εἶναι vel ἀφ᾽ ἐσιν eorum facere. Nam ἀφ᾽ εἶναι idem quod ἀπολύειν. Inde & διεκβάλλειν ἀριθμὸν, inchoare numerationem ac ducere. Anubion de Horoscopo:*

Πάντα δὲ ἀπὸ ἡλίου διεκβαλεῖται τῶν ἀριθμῶν, *Omnes hunc numerum à Sole ducere incipe* Ptolemaeus & alii ἐκβάλλειν etiam pro eo sæpius usurpant. Nam ἐκβάλλειν est emittere, ἀφ᾽ εἶναι, ἀπ-

Σπολύην. Sic enim scribit lib. iv. c. x. ὅριθμήσαν-
 τες τὰ ἔτη τὰ ἀπὸ τῆς γένεσεως, ὅσῳ ἔσται ὀρίθμὸς
 τῆτον ἐκβαλῶμεν. ἐξ ἑκάστης ἀφετικῆς τόπων εἰς τὰ
 ἐπομῆνα τῶν ζωδίων. *Vbi collegerimus annos qui à*
genesis fluxerunt, quantus eris numerus, ejus ab uno-
quoque loco Aphetico initium faciemus in consequen-
tia signorum. Male reddit Cardanus, *Rejicientes*
annorum multitudinem à singulis Apheticis locis.
 Quod nihil est. Longe melius auctor Arabs,
 ut ex versione Latina cognoscimus, *ab uno-*
quoque locorum Albyleg incipiendo. Hoc enim est
 ἐκβάλλειν, & διεκβάλλειν, & ἀπολύειν, & ἀφείναι,
 vel ἀφείσιν ποιῆσθαι. Inde igitur ἀσὴρ ἀφέτης
 qui curriculum temporis sui auspicatur, vel
 etiam à quo inchoatur annorum vel mensiū,
 cursus. Nam & ἀφέτης pro ipso loco interdum
 usurpatur. Inde Ἀφέται in Laconica apud
 Pausaniam viæ appellatio in qua cursus cer-
 tamen proposuit procis filię suę Penelopę
 Igarius, quo vicit Ulysses. Ἀφέται etiam in
 Attica locus unde solvit Classis Persarum,
 cum tota ab Atheniensibus deleta est. Ἀφέτης
 etiam locus dicitur in Astrologia, unde
 ἀφείσις incipit, ut δυνάμεις τόπων, & μεσσηνίη-
 μα & alii ex duodenis à quibus ἀφείσις datur.
 Ἀφείσις tamen apud Astrologos Gręcos non
 tantum pro initio curriculi sumitur, sed etiam
 pro toto decursu spatii temporis vel periodi
 cujus dominatum accepit ἀσὴρ ἀφέτης, & χρῶ-
 νοκράτωρ. Nec sane sine ratione. Nam ut

S

ἀφε-

noui. Hoc supra jam exposuimus, *significatio*
 etiam proposita. Periodus Solis quæ decem
 & novem annorum est, etiam pro duodecim
 na parte totidem est mensium. Dividitur
 duodecima horum mensium, pars quot die
 & horas colligeret. Etiam tot dies quidam
 singulis planetis tribuerunt *ἡ μείζων* qui
 mensis *ἡ μικρὴ* haberent. Sol accipit *ἡ μείζων*
 decem & novem menses, *ἡ μικρὴ* de
 cem & novem dies. Atque ita de cæteris. Lu
 na viginti quinque annos dividit, aut
 ginti quinque menses, aut viginti quinque
 dies, annos & menses *ἡ μείζων*, dies *ἡ μικρὴ*.
 Mercurius quoque eadem habet in
 capite de vixæ humanæ datore. Planete
 necne cum male decreverint parvas suas pe
 riodos dividere aut totidem menses aut toti
 dem dies. Sol inquit si male decreverit annos
 decem XIX. menses XIX. dies XIX. Atque in
 in reliquis. Addit etiam & Horas. Sed duodecim
 requaliter omnibus, cum ante docuerim
 etiam duodecimam partem diem us
 centi a singulis, quæ divisio iniquam
 unoquoque horarum numerum facit. Sed
 non est hæc cauteatins pertractanda.
 Atque igitur sunt divisiones annorum et
 finem. Nam & mentionem numerum ad
 redigit Valens. Pro novem quippe ac
 mētibz Solis, numerat annum unum
 pecm menses. Pro viginti quinque

ἄφεις cœpta est, ita durat donec finiatur & incidatur occursu stellæ maleficæ αὐρεπκῆ. Ita & ἄφεισιν ὕδατ' auctore Polluce Artici posuerunt pro toto aquæ decursu, & καταφορᾷ vel φορᾷ. In stellis quoque idem ferme ἄφεις quod φορᾷ. Et φορὰν ποιῆσθαι dicuntur, ut & ἄφεισιν, cum spatium temporis sibi destinatum decurrunt. Inde & κύριος τῆ ἀφίσεως ἀστὴρ Mathematicis dicitur is qui non solius initii dominus est, sed totius curriculi. Valens: ἢ μόνοις τοῖς τρισὶν τῶν κυρίων τῆ ἀφίσεως προσ- νέμεσθαι, ὅτι ἡ λοιπὴ διὰ παντὸς τηρεῖται & πεπηγυῖα καθάπερ σημείων χάριν ἐσομένης πα- ρείμῃ. Negat solis tribus stellis dandum esse dominatum τῆ ἀφίσεως, idest temporis decur- sus, sed debere δὲ πάντων τῶν ἀστέρων τὰς ἀφί- σεις ποιῆσθαι. An inquit tribus solis, Lunæ Soli & Horoscopo dominatum τῆ ἀφίσεως dabimus, & reliquas quasi signorum vel scoporum vicem defixas sinemus? Immo, addit, καὶ ἀστὴρ κτλ ἢ ἰδίαν φορὰν ἔσθ' αὐτὸς κ- νέμεσθαι δὲ ποτελεσικὸς ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν γή- σται. Inde & ἀφίσεως τῶν κύκλων apud eundem curriculum spatia & decursus, & ἄφεις τῆ ὑποστάσεως, decursus substantiæ omnium vi- tr̃ annorum. Ibidem: ὅτι ἡ κινδυνώδης & θά- νατηφόρος περὶ αἰσὶς ἐπηκολύθησεν, ἅπερ ἐκ τῶν ἀστέρων ἀφίσεως καταλάβομεν. *Interdum peri- culosa & exitialia accidentia consequuta sunt, ita vocat Climacteres, quæ ex stellarum decursu per- cipimus.*

cipimus. Et sane *αδιδορόμ* qui *ἄφεσιν* accipit ad currendum, non ad hoc dimittitur ut hæreat in ipso limine, sed ut cursum stadii absolvat, & metam contingat. Inde igitur *ἄφεσις* pro toto curriculo stellæ apud Mathematicos Græcos. Durat enim *ἄφεσις* unius stellæ donec in alterâ incidat, quæ *ἄφεσιν* accipit & usque ad tertium perfert, atque ita ad quartam vel quintam. Ut in decursu lampadû, primus cursor facem tradebat secundo, secundus tertio & deinceps. Idem Valens capite *πεὶ ἀφέσεων. οἷον ἐὰν ἀπὸ σελήνης ἡ ἄφεσις ἔλθῃ ἢ εἰς κελὸν, ἢ εἰς παρεχόμενον, ἐκεῖ ᾗ μηδεὶς ἀστὴρ.* Exempli gratia, si *ἄφεσις* quæ à Luna facta sit, perveniat ad Arietem vel Virginem, & nulla ibi stella inveniat. Inde & ἐνιαυσιαῖαι ἀφέσεις apud eundem unius anni curricula, quibus quæ dominatur stella, ἀφέτης ἐνιαυσιαῖα appellatur. Idem dicere liceat *πεὶ μηνιαίων ἀφάσεων, & αἰφετῶν, & ἡμερησίων & ὡραιοῶν.* Adeo vero *ἄφεσις* in eorum scriptis, pro ipso initio non accipitur, sive *ἀρχή*, ut initium ἀφάσεως sæpe nominent, τὴν ἀρχὴν τῆς ἀφάσεως, initium curriculi sive decursus periodici. Valens *πεὶ ἀφάσεως. τὴν ᾗ ἀρχὴν τῆς ἀφάσεως ἐφέξῃ τὸ μὲν στωδικῶν ὁ μὲν τὴν στωδὸν πρῶτον, καὶ ἐξῆς καθὼς ἀρχή.* Idem de temporum divisione quæ incipit à Loco Fortunæ & à Loco Daemonis, καὶ ταύτῃν δυναστικὴν εἶσιν ὑποτάξαι δεῖ, τὴν ἀρχὴν τῆς ἀφάσεως ποιησαι μὲν ἀπὸ κλή-

ρα τύχης ἢ δαίμον^Θ οἱ σημαίνουσιν ἥλιον ἔσε-
 λήνῳ. Ibidem ἀφελικὸς χρόνος vocat quæ alibi
 ἀφέσς ipsi sunt, ut ἀφελικὸὶ πόποι appellantur
 passim ipsa loca à quibus ἀφέσς incipiunt, id-
 est curricula temporum. Quandoquidem igitur
 ἀφέσς spatia sunt temporum quorum do-
 minatum accipiunt singulæ stellæ, & ἀφελικὸὶ
 χρόνοι appellantur hæ ipsæ ἀφέσς, eorum χρό-
 νων ἀφελικῶν domini inde vocati sunt χρο-
 νοκράτορες. Nam οἰκοδεαπότης τῆ ἀφέσεως, & οἰ-
 κοδεαπότης τῆ ἀφελικῶν χρόνων, & ἀφέτης, & χρο-
 νοκράτωρ synonyma sunt Græcis Astrologis.
 Ab eo diversus οἰκοδεαπότης τῆ ζωῆς qui & οἰ-
 κοδεαπότης τῆ γένεσεως dicitur, & interdum
 κατ' ἐξοχὴν, οἰκοδεαπότης. Dominus vitæ alter
 dicitur, alter Dominus temporum. Utrique sæ-
 pe junctim ponuntur, quia magnam habent
 inter se affinitatem & conjunctionem expo-
 testate pæne pari in vitæ temporibus decer-
 nendis. Nam si plures essent anni ἀφέτη, sive
 χρονοκράτορ^Θ, quam Domini genitura, vitæ
 tempora decernebat Dominus vitæ. Sin con-
 tra pauciores essent ἀφέτη quam οἰκοδεαπότης
 ζωῆς, tot anni dabantur genesi quot de-
 cernebat ἀφέτης sive Chronocrator. Ita Græci
 Astrologi hæc exprimunt. Εἰ ἀνὰ τὰ ἔτη ἀφέτη ἦτο-
 να ὄντα ἔτη τῆ οἰκοδεαπότης τύχη, τὰ ἔτη ἀφέτη
 ζήσεται. Item, ἐπεὶ τὰ ἔτη ἀφέτη ἔτη πλείονα τῶν
 οἰκοδεαπότης ἐτῶν ὄντων, παύται ἔτη βιώσει ὅσα
 ὁ οἰκοδεαπότης ἐμέλεισεν. Alius igitur οἰκοδε-
 απότης

αυτῆς τῆ ζωῆς, alius οἰκοδεαυτῆς τῆ ἀφέσεως
 qui idem est cum Chronocratore, sive domi-
 no τῶν ἀφελικῶν χρόνων. Quod facile po-
 test probari ex aliis rebus. Firmicus de tem-
 porum divisione tractans, & de Chrono-
 cratore, & *cui quot annos dividat*, vulgarem &
 usitatissimam tunc apud gentem Mathemati-
 corum divisionem sumit quæ decennio &
 novem mensibus absolvitur. Cum itaque Sol
 dominus est temporum in diurna genitura
 tenet dominatum per annos decem & novē
 menses. Similiter & Luna cum domina tem-
 poris fuerit in nocturna genitura, per idem
 temporis spatium dominatur. Primum uter-
 que decennium accipit, secundum ea stella
 quæ in secundo loco fuerit inventa, tertium
 quæ post secundam fuerit, & simili modo cæ-
 teræ. Valens cum de eodem decennio & no-
 vem mensibus ageret per singulas stellas di-
 videndis, caput inscripsit, *ὅτε ἀφέσεως* libro
 primo ιν. ἀνθολογιῶν. In fine capitis dicit, *μετὰ*
τὸ συμπληρωθῆναι ἔτη λβ' μῆνας ἰ' πάλιν τῆ πε-
τατρὸν κύκλον ἀπὸ τῆ πετάρτης ἀφελικῆς ἀστὲρος
πληπέον. Vocat ἀφετικὰς ἀστέρας τὰς χρονοκαί-
 πους. Unusquisq; per vices dominatum tem-
 poris accipiebat & tenebat per annos decem
 & novem menses. Hanc periodum decenna-
 lem & novem mensium κύκλον appellat. Pri-
 mus Sol in diurna genitura, ut Luna in no-
 cturna κύκλους suos conficiunt. Primus igitur

κύκλος verbi gratia est Solis vel Lunæ, secundus stellæ sequentis, puta Saturni, tertius Iovis. Hi tres circuli annos dant triginta duos cum tribus mensibus. His absolutis tribus circulis, quartus sequitur Martis stellæ, quem τέταρτον ἀφελκὸν ἀστέρα appellat, quem & posuit appellare πέταρτον χρονοκράτορα, quia πέταρτον κύκλον conficiendum accipit, nempe decennium suum cum novem mensibus. Hinc & ἀφέσεις τῶν κύκλων appellant, vel ipsa circulorum curricula, vel initia, quando nimirū incipit stella ἀφελκὴ curriculum suum ingredi. Sed melius ut totum spatium curricula vel circuli nomine ἀφέσεως intelligat. ἐπεὶ γὰρ ἕκαστος ἀριθμὸς κατὰ τὴν ἰδίαν ἀρμονίαν δοκεῖ φυσικῶς ὑπαρχειν πρὸς τὰς ἀφέσεις τῶν κύκλων ἐξαιρετικῶς χρησιώμεθα, πρῶτον μὲν τοῖς Δ' α' β', Δ' α' β' ζῶδια. Hæc est Dodecaeteris Chaldaica ut suprâ notavimus. εἴτα τοῖς ζ' Δ' α' τὰς ἐπὶ τῷ ἀστέρας. Plurimi verò utebantur decennali circulo & novem mensium, ut jam dictū est, ut non solum ex Firmico constat, sed etiam ex Valente qui lib. vi. caput habet πρὸς τὸ εἰς ἑῷ μῆνας θ' διαρέσεως, de divisione temporum in decem annos & novem menses. Ibi ἀφέτω appellat qui Firmico est Chronocrator, ac similiter ut ille Solem in genituris diurnis & Lunā in nocturnis primos accipere dominatum temporum, & primos esse ἀφέτας dicit. Si non sit Sol neque Luna, primam quæ post Horoscopum inven-

veni-

venitur, tempora dividere, secundam quæ post primam posita est, atque ita deinceps cæteras.

Exempli gratia ponit in hac divisione τ' δεκαε-
τηρ δ' Θ' η' μιλων ἐννέα· ἐστιν inquit, ἡλιθ' ἀφέ-
της, λήψε' αὐτὸς ἔτη δέκα η' μῆνας ἐννέα. Idem
dicit quod Firmicus, sed ἀφέτην appellat Græ-
cus quem Latinus voce æque, Græca Chrono-
cratorem. Scholiastes Ptolemæi Græcus ad iv.

Tetrabibli cap. x. χρονοκράτορας appellat quos
ipse Ptolemæus ἀφέτας. Sed & ipse eodem
loco ἀφέτας dixit quos paulo ante nominave-
rat χρονοκράτορας. ἔχ' ἐνα' ἧ, inquit, λαμβάνει
χρονοκράτορα αἰτὰ πλείονας. ἐπεὶ γὰρ ἔκ' ἐν δέχε-
ται ὡς ὅτι τὸ πλείον' ἢ ἀνθρώπινω φύσιν ἀμι-
γρῇ ἔχ' ἐν τῷ ἀγαθῷ ἢ τὰ κακά, ἀναγκασθὲν ἧ εἰς
πλείους λαβεῖν ἀφέτας. Ptolemæus ipse ideo
plures ἀφέσεις sumendas esse pronuntiat. Ergo
ἀφέσεις sunt τ' ἀφετῶν eorundemq; χρονοκρα-
τῶν. Idem Scholiastes alibi, τὴν χρονοκράτορας
eos esse scripsit qui τ' οἰκὸς δεσποτεῖαν τ' ἀφέσεως
habent, qui domini sunt temporum curriculi.

Ἀφέτας, καθολικὴν χρονοκράτορας appellat Pro-
lemæus, quos distinguit ἀπὸ τῶν ἐνιαυσιαίων &
μηνιαίων. Eiusdem Scholiastes mentionem
etiam facit καθολικῷ ἀφέτῃ quem opponit με-
ρικῷ. Proprie tamen is qui ἀφέτης dicitur
idem est cum καθολικῷ Chronocratore. Nam
καθολικῇ vocantur χρόνοι plurium annorum
periodi, ut decem, vel duodecim, vel se-
ptem, & quemcunque habet numerum ἀφε-

σις cuius dominatum aliqua stella accipit. Qui
 autem planeta dividit ipse sibi tempus, &
 aliis tradit non ab altero accipit, ἀφέτης vo-
 catur & ἀφέσεως οἰκοδεσπότης, reliqui qui acci-
 piunt ἔτης κύριοι appellantur, non ἀφέ-
 ται, nec χρονοκράτορες καθολικοί. Solus igitur
 ὁ παραδιδὼς ἀφέτης est, & ἀφέσεως domi-
 nus sive temporum, non ὁ ἀρραλαμβάνων.
 Exempli gratia. Sol in genitura diurna ini-
 tium temporum accipit, idest ἀρχὴν τῆς ἀφέ-
 σεως. Tenet dominatum annos decem & no-
 vem menses. Is solus est ἀφέτης & χρονοκρά-
 τωρ καθολικός totius decennii & novem men-
 sium. Ex illo decennio sibi primum vindicat
 novem & decem menses, hoc est annum
 unum cum septem mensibus, Lunæ deinde ex
 eo numero annorum dividit viginti quinque
 menses, idest annos duos & mensem. Re-
 liquis in ordine sic tempora dividit, Saturno
 triginta menses, Jovi duodecim, & deinceps,
 donec universum spatium decennii & novem
 mensium impletum fuerit. Solus in his igitur
 Sol ἀφέτης & χρονοκράτωρ, reliqui pla-
 netæ ἐτῶν κύριοι. Finito hoc decennio alia
 stella alterius decennii dominatum accipiet
 & similiter partem ex eo sibi retinebit, &
 aliis planetis alias distribuet qui omnes erunt
 ἀρραλαβόντες, ipse solus ἀρραδιδὼς. Apud
 Valentem exemplum est genituræ ubi Mars
 ὁ καθόλου οἰκοδεσπότης habetur, idest ἀφέτης &

καθολικός

καθολικὸς χρονογραφία, cæteri ᾠδραλαβόντες.
 καὶ ὁ μὲν, inquit, καθόλου οἰκοδεσποτὸς ἄρης, οἱ δὲ
 ᾠδραλαβόντες ἀπ' αὐτῶν συγκρινέσθωσαν οἰκείως
 ἢ ἀλλοτριῶς συχνημαλίζόμενοι. Totam quindecim
 annorum substantiam, id est propriam
 periodum, dividit aliis planetis per ordinem.
 Quindecim igitur annorum, id est propriæ pe-
 riodi καθολικὸς est ἀφίτης, sive χρονογραφία.
 Ex ea sibi ᾠπμερίζει quindecim menses, Ve-
 neri menses οἶκο, Mercurio viginti, Lunæ vi-
 ginti quinque, Soli decem & novem, & ita re-
 liquis usque ad consummationem quindecim
 annorum. Post Martem, inquit, Venus acci-
 piet τὰς καθολικὰς χρόνας in annos οἶκο quos
 sunt anni parvæ ejus periodi, quos similiter
 sibi & cæteris planetis dividet pro numero
 mensium quos unusquisque accipit, id est pro
 duodecima parte propriæ periodi. Post Ve-
 nerem Mercurius ᾠδραλήψεται τὸν χρόνον
 eritque χρονογραφία, & ita in ordine reliqui
 prout capere poterit genesis. Hæc divisio tem-
 porum & χρονογραφία καθολικὴ ἔστ' πρὸς τὰς
 μικρὰς περιόδους stellarum, ut etiam alibi mo-
 nuit Valens, cum alias fieret πρὸς δωδεκαε-
 πían, aut δεκαετηρίδα & novem menses, aut
 ἐβδόμηδα annorum, aut alias periodos mino-
 res. Nam & in quartam partem parvæ perio-
 di cujusq. stellæ fiebat καθολικὴ χρονογραφία.
 Exempli gratia, periodus Saturni triginta est
 annorum, quarta pars annos habet septem

cum dimidio. Si Saturnus, ait Valens, iuventus fuerit αφέτης i.e. dominus temporum, καθολικῶς μερίζει annos septem cum dimidio. Sed ex ea summa omnes planetas ὁ ἡμεροσμὸν accipere oportet. Quomodo ea distributio fieret ibi exponit capite περὶ συνδιαρέσεως τῶν ἡμερῶν. De qua jam etiam supra dictū est. Ergo αφέτης is proprie dicitur qui καθολικῶς tempora dividit, & καθολικῶς proinde χρονοκράτωρ dicitur. Id etiam confirmatur alio loco ejusdē Valentis capite περὶ ἐνιαυτοῦ χρηματιστικῆς ubi dicit Saturnum & Jovem τὸς καθολικὰς χρόνους κατέχειν, idest Chronocratores esse catholicos, sive αφέτας, & dominatū temporum habere. Paulo post addit, ἐὰν ᾗ τὸ δώτερον ἢ τρίτον κύκλον Κρόνου ἢ Διὸς ὁπικρατούντων τὸ ἐτέρον, ἢ κείνῳ ᾗ καθολικῶς. Si in secundo aut tertio circulo Saturnus & Juppiter anni sunt domini, non autὲ καθολικῶς πολιῖται sunt, idest non sunt Catholici Chronocratores, sive Aphetæ. Cum Juppiter aut alius planeta dominus est temporum καθολικῶς & αφέτης, non potest id habere nisi in primo circulo, verbi gratia in primo decennio. Nam in secundum circulum alia stella dominabitur καθολικῶς in quo partem accipiet vel ὁ ἡμεροσμὸν cum aliis is planeta qui primi circuli dominatum generalem acceperat. Saturnus igitur qui primi circuli dominus erat καθολικῶς & cæteris tempora dividebat, in secundo & tertio & quarto, immo & quinto & sexto

sexto septimoque temporis ὀπμιερισμὸν accipiet ab illis qui dominium circuli tenuerint, donec finitis septem circulis in orbem vices ejus redierint, & octavi circuli iterum dominatum sortitus fuerit. In singulis igitur circulis qui dominatū non habent καθολικὸν, nec substantiam totam decennii vel alterius divisionis, sed ipsi partes à domino temporis accipiunt, ἔκς κύριοι in illo circulo dicebantur, non χρονοκράτορες nec ἀφέται. Ita enim alibi distinguit ὃ ἔκς κυρδόντας, & τὴ καθολικῶν χρόνων, capite πρὸ φάσεως τὴ ἀστέρων. ἐπὰν δὲ, inquit, ἀναπολικῇ ὀρεθῶσιν ὡρῶα διδόντες ἢ παραλαμβάνοντες, καὶ ὃ ἔκς κυρδόντες ἢ τῶν καθολικῶν χρόνων. Ideo autem dicuntur ὃ ἔκς κυρδόντες qui in aliquo circulo tempora à dominio temporis accipiunt, non ipsi dividunt, quia excepto Saturno & Luna, quorum alter duos annos accipit cum sex mensibus, altera similiter duo cum uno mense, reliqui non plus anno uno & aliquot mensibus accipiunt, Juppiter etiam annum unum integrum, Venus octo tantum menses. Καθολικῇ porro etiam χρονοκράτορες vocantur & ἀφέτῃ qui anni unius dominatum accipiunt, cum ἀφεις unius duntaxat anni est, quæ & ἐνιαυσιαία dicuntur ἀφέτες; & ἐνιαυσιαῖσι χρόνοι. De his tractat Valens capite πρὸ ἀφέσεων ubi ait, ἀφέτες τὴ ἐνιαυτῶν ὁπὸ πάντων τὴ ἀστέρων χρηματίζῃν, ab omnibus stellis sumptas decernere,

nere, sed efficaciorē judicari illam ἀφῆσις
 quæ interdiu quidem, h. e. in diurna genitura à
 Sole fit, noctu vel in nocturna genitura à Lu-
 na, deinde ἢ ἀπὸ αἰροσκόπου tertio loco esse. Fir-
 micus eadem ferme habet, sed annum ab Ho-
 roscopo vult semper exordium sumere, quam-
 vis addat alios in diurna genitura hoc idē à So-
 le facere, in nocturna à Luna. Ptolemæus in
 Carpo, Aphorismo LXXVII. dicit ab Horosco-
 po faciendam esse ἀφῆσιν in his quæ ad corpus
 pertinent, à Sorte Fortunæ in ὀπικτίταις, à Lu-
 na cum agitur de iis quæ communiter ad cor-
 pus & animam spectant, à Medio cælo pro a-
 ctionibus. Addit Arabicæ versionis auctor cu-
 jus mihi copiam fecit Clarissimus Vir & Cele-
 berrimus Jacobus Golius, quod in Latino nō
 compareret *كل سنة*, & unicuique ho-
 minum annus unus. Intelligit ἐνιαυσιαίαις esse illas
 ἀφῆσεις. Hi sunt ἐνιαυσιαῖοι χρονοκράτορες quos
 vocat Ptolemæus in Tetrabiblo I V. cap. x.
 quos licet ἀπὸ τῶ καθολικῶν separet qui plu-
 rium annorum dominium accipiunt, sunt
 tamen καθολικῶι ἀφῆσει vel χρονοκράτορες ra-
 tione eorum qui tempora ab iis in eodem κύ-
 κλω accipiunt, quos & κυκλικὲς propterea ap-
 pellarunt. Ita & ἐνιαυσιαῖοι χρονοκράτορες
 etiam quadantenus καθολικῶι sunt respectu
 eorum planetarum quibus ex eo anni spatium
 dies dividunt. Exempli gratia, anni sit Chro-
 nocrator Sol. Ex eo spatium dies sibi sumit quin-
 qua-

quaginta tres, Lunæ dat septuaginta unū, Saturno octoginta quinque, Jovi triginta, Marti triginta sex, Veneri triginta tres, Mercurio quinquaginta septem. Ita totus annus divisus est. Sequentem annū accipiet Luna, & similiter cæteri post ipsā, prout singuli in genituræ themate positi erunt, dies anni distribuet. In hac temporū divisione Sol & Luna quodammodo sunt καθολικοὶ χρονοκράτορες vel ἀφ' ἑῷ respectu eorum quibus tempora dividunt. Et ipse Valens ita plane sensit in tractatu περὶ ἐνιαυτῶ χρηματιστικῷ, ubi dicit, καθολικῶς μὲν οὖν ὅτι πάσης γενέσεως δεήσει ἅπλῃ ἢ λίγῃ ἢ σπληνῃ ἢ ὠροσκοπῇ διεκβάλλειν ὅτ' ἐνιαυτὸς. Quod est intelligendum de ἀφ' ἑῷ ἐνιαυτῶν, ut ipse titulus capitis indicat. Et præterea alio loco scripsit. τὰς ἀφ' ἑῷ ἐνιαυτῶν à Sole, Luna & Horoscopo esse maximæ efficientiæ. Διεκβάλλειν autem ἐνιαυτὸς idē est, ut antea docuimus, quod exordium annorū sumere, & ἀφ' ἑῷ ἐνιαυτῶν ποιῆσθαι. Pro eo etiam dicebant & χρονοὺς ποιῆσθαι ut Valens. & ἐνιαυτὸς ποιῆσθαι ut Ptolemæus. διὸ δ' εἰ ἀφ' ἑνὸς ἀφ' ἑῷ ἐνιαυτὸν ποιῆσθαι. Etiam διδόναι ἐνιαυτὸν hoc dicebant, ἅπλῃ ἢ λίγῃ διδόναι ἐνιαυτὸς, id est ἀφ' ἑῷ ἐνιαυτῷ quæ initium à Sole accipit. Nam ἀφ' ἑῷ pro spatio temporis quocunq; usurpatur, ut supra docuimus. Idem Valens eodem capite, planetam qui fuerit dominus anni ortus Caniculæ, καθολικῶν anni illius statuit οἰκοδεσπότην.

ἀπότῳ dicit quia annus Ægyptiis ab ortu Ca-
 niculæ incipiebat. Ideo totius primi anni
 χρονογραφίαν illa stella tenebat & quidem
 καθολικὴν, quæ initium anni accipiebat, & do-
 mina erat sideris à quo annus exordium su-
 meret. Idem alio loco. καθολικῶς οὖν ὁ ἔτης
 κύριον ἢ κοσμικῶν κινήσεων οἱ παλαιοὶ ἐκ τῆς
 νεμηνίας ὅθι κατελάβοντο, ἐνθεν γὰρ ἀρχὴν ὁ
 ἔτης ἐποιήσαντο, φυσικώτερον ἢ ἀπὸ Κιωνὸς ὁπλο-
 λῆς. Solus igitur erat καθολικὸς anni domi-
 nus à quo annus incipiebat, cæteri planetæ
 quibus menses aut dies dividebantur κυκλικὸὶ
 τῶν κύριοι vocabantur. Idem de Domino
 ortus Caniculæ planeta, ἔτι καθολικὸς ὁ
 ἔτης δευτέρου κινήσεως, κυκλικὸς ὅ οἱ τῶν
 κύριοι. Hoc idem & in majoribus καθολι-
 κῶν χρόνων divisionibus observabant, ut qui
 primum initium annorum in temporis domi-
 nio acceperat diceretur ἀφ' ἑκῆς, & χρονογραφί-
 τω καθολικὸς, cæteri qui divisiones ejusdem
 temporis ab eo accipiebant, κυκλικοὶ voca-
 rentur. Adjicit ibidem in omni genesis & an-
 tigenesi καθολικὸν εἶναι τὸν ἔτης κύριον, κυκλικὸν
 vero qui Pleniluniorum & Synodorū est do-
 minus. Κυκλικὸς igitur χρονογράφωρ idem qui
 & μερικὸς, qui partem accipit sibi traditam ex
 aliquo temporis spatio ab eo qui totius curri-
 culi dominatum tenet, & qui sibi primam ex
 eo partem facit, deinde reliquis dividit. In
 omnibus his atque minoribus temporum di-
 visio-

visionibus, ut in maximis fecerunt. Ut in ea quam *τεῖτλω* *ἡμερομηνίαι* vocant quæ fit ex duodecimis partibus periodorum quas proprias habent singuli planetæ. Solis periodus est decem & novem annorum, duodecima pars ejus in mensibus totidem. Tot mensium dominatum ubi acceperit Sol, ipse sibi ex eo summet numero mensium menses duos, dies viginti tres, horas viginti duas, minuta quatuor. Mercurio tradet menses duos, dies viginti octo, horas octo, & quatuor minuta: Lunæ menses tres, dies octo, horas quatuordecim, & quatuor minuta, & ita cæteris in ordine prout latius explicavit eo capite prædictus auctor. Omnis igitur planeta qui dominium temporis accipit, quaecunque sit illud tempus, cujus partes cæteris sequentibus ut in Themate genituræ constituti sunt, dividit, is ratione accipientium *καθολικὸς* est *χρονοκράτωρ*, cæteri *κυκλικοί*, quia partes in eo circulo accipiunt. Cum sint autem quidam *καθολικοί χρόνοι* qui ex plurium annorum spatio constant, ut *δωδεκαετηρὶς*, *δεκαετηρὶς*, & parvæ magnæque planetarum periodi, horum *χρονοκράτορες* absolute *καθολικοί* vocati sunt & *ἀφ' ἑ*, ad distinctionem *ἐνιαυσιαίων* & *μηνιαίων*, qui singulorum tantum annorum fortiti erant dominium aut mensium aut dierum. Scholiastes Ptolemæi ad 1v. Tetrabibli notavit tres proprie dici *χρονοκράτορας*,
 7

τὴ ἀφ' ἑτέρου, τὴ ὑπαντήσεως, καὶ τὴ ὁμοκράτει. Certe omnis ἀφ' ἑτέρας proprie est καθολικῆς χρονοκράτωρ sive periodi integræ ἀφ' ἑσιν accipit, sive annui spatii, sive etiam menstrui, ut supra docuimus. Quisquis denique tempora aliis dividit, & quorum ipse prior partem sumit, is ἀφ' ἑτέρας χρόνων dicitur, & καθολικῆς χρονοκράτωρ, & ὡραδιός. Unde & ὡραδοσίς sæpe pro ἀφ' ἑσὶ sumitur, quia planeta ἀφ' ἑτέρας in toto ἀφ' ἑσέως suæ spatio nihil aliud agit quam ut partes temporum post ipsum sequentibus planetis dividat. Totidem igitur sunt ὡραδόσεις quot ἀφ' ἑσίδος. Unde & aliquæ dicuntur μονοειδῆς ὡραδόσεις cum unica est ἀφ' ἑσὶς & unicus planeta ἀφ' ἑτέρας, nec sunt alii qui primo circulo absoluto aliū auspicentur, cum prima nempe ἀφ' ἑσὶς in stellam sive partem ἀπαιρετικῶς incidit quæ cursum ejus interrumpat, & finiat. Quod ad ὁμοκράτει attinet quem inter καθολικῆς χρονοκράτωρας auctor ille numerat, fuere auctores qui inter καθολικὰς διαιρέσεις temporum etiam admiserint τὰς τῶν ὁρίων ἀνταλλαγὰς, ut notavit Valens. Ὅρια sunt fines quos singuli planetæ in singulis signis possident. Nam partes cujusque signi quasi fines proprii singulis stellis dividuntur, quamvis ipsum signum totum sub dominio sit alicujus planetæ. Sic Arietis dominus Mars est. Fines tamen Arietis singulis stellis dividuntur. Nec secus est de temporum

temporum dominio. Nam quamvis uni alicui planetæ proprie totum cedat, partes tamen in eo suas singulæ à domino accipiunt. Circa hanc *δράων* distributionem Ptolemæus ab antiquis dissentit. Sed antiquiorem ad exemplum sumemus opinionem, cum Ptolemæi nota sit. Ex Dorotheo igitur exemplum sumemus, & in Ariete solo. Juppiter sex partes in eo signo pro finibus suis obrinet primas, sequentes totidem Venus, Mercurius octo, Mars quinque, Saturnus reliquas quinque. Quod ille his versibus elegantissime expressit.

Ἐξ δὲ δράων ἐπέχῃ μοῖρας φαέθων ἐνὶ τᾷ τῷ
 Τὰς πρῶτας, μετέπειτα δὲ ἴσας λάχεν ἡ κυ-
 βέρτα,

Ὀκτώ γ' εἰλδων τρίτατος, πυρόφς δέ τε πέντε,

Τὰς δ' ὑποληπομένης ἔλαχεν φαίνων ἴσα θέρω.

Si quis Ptolemæi sententiam scire desiderat de his finibus planerarum in Arietis Dodecatemorio, hæc est: Juppiter sex, Venus octo, Mercurius septem, Mars quinque, Saturnus quattuor. Dorotheum sequutus est Firmicus ut ex his ejus verbis apparet. A prima usque ad sextam partem possidet Juppiter, à septima usque ad duodecimam Venus, à decima tertia usque ad vigesimam Mercurius, à vigesima prima usque ad vigesimam quintam Mars, à vigesima sexta usque ad trigessimam, Saturnus. Cum itaque hi *ἐμοκροτορες* sint domini

T

earum

earum partium quas in Ariete possident, totidem annorum ἀφίσις habent & χρόνον ἐξαρτίας quot annos partes singulæ efficiunt quas unusquisque obtinet. Si ex antiqua & rudiore supputatione, tot annos dabimus signis quot habent μοίρας, ἀφίσις Jovis in Ariete erit sex annorum; Veneris totidem, Mercurii octo, Martis quinque, Saturni quinque. Neque Sol neque Luna in ullo signo ὅρια habent, apud Dorotheum, Ptolemæum & Firmicum, sed solis quinque; aliis erraticis ea dividuntur. Nullam igitur habent ὁρίων ἐξαρτίαν Sol & Luna. Apud Valentem alia ὁρίων sive finium descriptio est in qua per omnia signa tam Soli quam Lunæ sua ὅρια attribuuntur, quæ & colliguntur ratione Domiciliorum, Exaltationū & Trigonorum, sive ut vulgo barbari vocant, *Triplicitatum*. Verbi gratia, Solis domicilium est Leo, Exaltatio Aries, Trigonom Sagittarius. Tria sunt. Ergo per singula signa, tria Soli dantur ὅρια. Lunæ domus est Cancer, Exaltatio Taurus, Trigonom Virgo & Capricornus. Quattuor sunt. Ergo quattuor ὅρια habet Luna in unoquoque signo. Juxta hanc rationem in omnibus signis Saturnus possidet quattuor fines, Juppiter quinque, Venus quinque, & Mars quinque. Sic tricenæ singulorum signorum partes æqualiter finibus septem Planetarum distribuebuntur. Et per Trigona ita eos dividebant.

bant. Primum Trigonum, Aries, Leo & Sagittarius. In eo Trigono à Sole dinumeratio τῶν ὁρίων incipit, quia de die Solis est idem Trigonum, hoc modo: Sol in eo Trigono tres habet fines, Juppiter quinque, Venus quinque, Luna quattuor, Saturnus quattuor, Mars quinque. In totum triginta sunt. Noctu alio ordine numerantur. In Trigono Arietis, Leonis & Sagittarii Juppiter quinque fines possidet, Sol tres, Luna quattuor, Venus quinque, Mercurius quattuor, Saturnus quattuor, Mars quinque. De hoc Trigono rem ita esse his duobus versibus ostendit Dorotheus Sidonius:

Κελὸς, χαϊτήης τε λέων, τόξοιό τε ρυτῆρ
Ἡμαί☉ ἡέλιοιο, Διδὸς δέ τε νυκτὸς ἔασι.

In secundo Trigono Tauri, Virginis & Capricorni, de die Venus primas quinque habet partes pro finibus, Luna noctu quattuor primas, ut idem Dorotheus & Valens scripsere. Sed ille sic.

Ταύρε, παρθενικῆς τε καὶ αἰγοκέρω κρατίεσι
Ἡμαί☉ ἀφρογῶης, νυκτὸς δέ τε διασπλίῃ.
Jam in tertio Trigono, Geminorum, Libræ & Aquarii, primas quattuor de die possidet Saturnus, noctu primas quattuor Mercurius. Quod his versibus expressit idem Dorotheus:

Ἐν δέ νυ παρθενικῇ μαίᾳς πρὸς λάμβανε κῆρον,
Ἐν διδύμοισι ζυγῶ τε καὶ ὑδροχόῳ κρυόεντι
Ἡμαί☉ Φαίνων, ἀπὲρ ἐν νυχ☉ ἀρχαφόντης.

In quarto Trigono Cancrī, Scōrpiī, & Pīsciū
de die Venus primas tenet, de nocte Mars, ut
habet Dorotheus,

Κάρινον. αὐτε λάχεν καὶ σκόρπον ἢ δέ τε
λοίοθης .

Ἰχθυας, ἡματι μὲν κύπρις, πυρός δέ τε νυκτός.
Apud Valentem tamen, de die, ἐν ἡμέραι, pri-
mas quinque obtinet Mars, & noctu pariter
primus. Sed error est in exemplari. Videndus
Ptolemæus in Tetrabiblo de Chaldæorum &
Ægyptiorum opinione differenti circa ὁρίων
designationem. Secundum hanc ὁρίων descri-
ptionem ac distributionem in omnibus si-
gnis easdem habent finium partes omnes pla-
netæ, & paria ergo ἀφίσεων curricula. Sol
tres annos, Juppiter quinque, Venus quin-
que, Luna quattuor, Saturnus quattuor, Mer-
curius quattuor, & Mars quinq;. Præter hanc
χρονοκετορίαν generalem per ordines fi-
nium in unoquoque signo fieri solitam, aliam
etiam ex quorundum sententia dederunt. Nā
Valens scribit; quosdam πρὸς τὰ ὑψώματα
usos fuisse ταῖς καθολικαῖς τ' διαρέσεων ἀγωγαῖς,
quæ plane sunt ἀφίσεις καθολικαὶ & genera-
les. Sæpius quippe & ἀγίρεισιν usurpant, id-
est divisionem temporum, pro ipsa ἀφίσι vel
ἀγρόδοσι. Omnis enim ἀφίσις ἀγίρεισιν habet
temporum & ἀγρόδοσιν, qualem ἀφίσις tem-
porū unicuique sequentium dividit & tradit.
Hinc illa loquutio, si ἀγίρεισις à Dæmonis
Loco

Loco perveniat ad Sortis Fortunæ locum, id est ἀφesis vel ᾠξείδοσις. Caput etiam habet idem Valens, πρὸς τὸ ἀπὸ ὑψώματος εἰς ὑψωμα παραδόσις, id est de Aphesi quæ fit ab Altitudine in Altitudinem. Hæc χρονογραφία etiam haberi debet pro καθολικῇ, ut & illa quæ fit per ὁρογραφίαν, ἥτις τὴν ὁρίων ἀγγελῆσαν. Eodem capite meminit & παραδιδόντων ἀπὸ ιδίων οἰκῶν εἰς ὑψωμα, à domiciliis propriis in Altitudinem, & vice versa ex Altitudine in domicilia. Sunt & παραδόσις à dejectione in dejectionem. Quæ ἀφesis vel παραδόσις ut maxime generales sunt & per plura signa fiunt, ita plurimas etiam signorum μοίρας transeunt. Aliæ autem periodi stellarum, sive ἀφesis, ἥτις ζώδια fiebant, aliæ ἥτις μοίρας. Specimen extat apud Scholiastem veterem Ptolemæi genituræ quæ Horoscopum habuit, in decima & nona parte Tauri, & Venerem temporum dominam. Dominium illius ibi extenditur à decima nona parte Tauri usque ad vigesimam. δεσποσύνη, inquit, ἥτις χροίων ἀπὸ τῆς 19' μοίρας μέχρι κ'. Deinde Mars eam excipit, & temporum dominatum accipit à vigesima parte usque ad vigesimam primam, atque ita per ordinem reliquæ stellæ sicut in ea genitura dispositæ memorantur usque ad trigessimam Tauri μοίραν. Quot menses, dies aut annos singulis illius signi partibus tribuat incertum est. Nam in Geneth-

liaca veterum non solum periodica & ἀφελικά & stellarum tempora, sed etiam signorum anaphorica interdum per annos computabantur, interdum per menses, per dies & horas. Inde illud Græcorum de anaphoricis temporibus, καθολικὴ regula. Ὅσον ἕκαστον ἀναφέρειται ζωδιον εἰς συμπλήρωσιν ͵ϛ ξ, τὸ ͵ϛ Διόμετρον ἐφέξει. καὶ ὅσων ὥρων ἕκαστον εἰς συμπλήρωσιν ͵ϛ δ' ὥρων, τὸ ͵ϛ Διόμετρον. καὶ ὅσων ἡμερῶν ἐμῶν, καὶ ὅσων ἐτῶν τὸ ͵ϛ Διόμετρον ἐφέξει. Quæ nos infra explicabimus. In annuis χρονογραφίαις sive ἀφέσεις, unicuique signo annus unus dabatur, ut est apud Ptolemaeum & ejus paraphrasten & Scholiasten. In mensuris temporum dominiis, non triginta dies singulis signis dabantur, sed viginti octo, ͵ϛ ἡμῶν ἐκβάλλοντες, ἔπειτα ἡμέρας ὅσων καὶ ὁ μῶν ἐστὶν δώσωμεν ἑκάστῳ ζωδίῳ, ἀλλὰ καὶ. Cujus rationem & ibi reddit. Falsa est igitur tertia ea interpretatio quam producit ad locum Ptolemæi Cardanus, quod divisio per menses sit in duodecim & totidem signa & tunc prodeant triginta dies pro mense. Si mensis dies haberet tricenos in hac divisione menstruarum ἀφέσεων sive χρονογραφῶν, menses omnes duodeni essent, & in duodecim signa caderent, atque ita contingeret primum mensem secundi anni non ab anni principio sumere exordium, sed inde ubi prior annus defuisset. Ponatur annum primum

annum esse Arietis. Ergo & mensis ab Ariete initium capiet, id est ἀφ' αὐτοῦ primi mensis ab Ariete incipiet. Si ergo triceni dies singulis signis depurantur, numerus in piscibus desinet. Itaque secundi anni, qui Tauri esse debet, mensis primus non à Tauro initium acciperet sed ab Ariete. Quod si quis inferat mensem in ἀφ' αὐτοῦ menstrua non inde auspicari debere unde annus auspicium sumit, illud inde absurdum continget, quod signum unum intercedet inter finitum & cœptum annum. Prior quippe annus desierat in Piscibus, at secundus incipit in Tauro. Quid fiet Arieti qui in medio relictus est? Ita legendum apud illum Scholiastem. Nam vulgo deest negatio quæ sensum efficit contrarium, εἰ γὰρ ἐκ τῶν γε ὅθεν ὁ ἐνιαυτὸς ἤρξατο, λέγοι ἢς μὴ ὀφείλῃν ἀρχεσθαι τὴν μῆνα. Quod & interpretes male sequuntur. Ut autem in ἀφ' αὐτοῦ menstrua mensis inde incipere debebat unde & annus, ita & in ἀφ' αὐτοῦ sive χρονολογία diurna diē inde exordiū sumere oportebat, unde & mensis incipiebat. Καὶ τὰς ἡμέρας, inquit τοῦ ἀπὸ τῆς παλαιότητος τοῦ μηνὸς ἐκείνου ἀρχόντι γὰρ καὶ αὐτῷ ὅθεν ὁ μὴν ἤρξατο. Per signa mensium παραδόσης computabant, per partes signorum eas quæ sunt dierum. Unde legimus apud Valentem quod jam supra notavimus. Ἡ' λ' ♂, inquit, καὶ μὲν ζώδιον μερίζει μῆνας 18, καὶ τὴν μοῖραν ἡμέρας 18. Atq; ita de reliquis, ut de Luna dicit eam μερίζειν καὶ ζώδιον

ἐπιβ' μιλῶα ἔνα, καὶ ἡ μοῖραν ἡμέρας κε'. Idem
 alio loco ἡμεροσμὸν mensium καὶ ζώδιον fieri
 docet hoc modo. Mars in aliqua generis tem-
 porum est dominus, οἷος δεσπότης τῶν χρόνων. Di-
 vidit ergo ex propria periodo annos quindecim.
 Ex illo spatio quindecim annorum sibi
 primum vindicat quindecim menses, deinde
 Veneri tradit οὐκὸν menses, καὶ τὸν ταῦρον.
 Mercurio καὶ τὰς διδύμους, menses viginti. Lu-
 να καὶ τὸ κάρκινον, menses viginti quinque, Soli
 καὶ τὸ λέοντα, menses xix. Atque ita de aliis.
 Et generalis quidem est χρονοκρατεία sive
 ἀρχή οὗτος illius stellæ quæ tempora suæ parvæ
 periodi cæteris planetis generatim dividit, sed
 dum reliquis stellarum suam cuique partem tra-
 dit, ea ἀρχή οὗτος speciales sunt. Et sic καὶ ζώ-
 διον quidem menses distribuunt, καὶ μοῖραν
 vero dies. Quod autem hoc loco quem supra
 attulimus ὁμοκρατείας inter καθολικὰς χρονο-
 κρατείας recenset mirum est quod alibi με-
 κὲ χρονοκρατείας nomine sive ἀφ' ἑτέρου με-
 κὲ quod idem est, eum planetam qui τῶν ὁρίων
 est dominus impertit, καὶ καθολικὸν μὲν οὖν τὸ
 ἀφ' ἑτέρου ἔστιν ὁ ἀείπων φήσιν, μερικὸν δὲ
 τῶν ὁρίων κύριον. Nisi dicamus alium esse κύριον
 τῶν ὁρίων, alium τὴν χρονοκρατεία. Quod nō po-
 test. Sed illa Scholia videntur ex diversis esse
 compilata. Et cum Valens tradit ex quorun-
 dam sententia inter καθολικὰς temporum ἀξι-
 οῦσας reponi eam quæ fit καὶ πᾶσι τῶν ὁρίων ἀνα-
 ληθίαν,

λαβίαν, argui inde potest alios in diversa fuisse sententia. Καθολικὸν autem ille Scholiastes αἰφέντω cum esse dicit cujus est *ᾠείπαλ*, idest cujus est *ἄφεις*, sive *δρόμ*. Nam *ᾠείπαλ* idem quod *δρόμ*. Ἀφεις autem cum sit proprie initium cursus, unde Grammaticis ἡ βαλβίς quæ est initium curriculi, exponitur ἄφεις δρόμ, accipitur etiam pro δρόμω ipso sive *ᾠείπατ*, ut supra posuimus. Ita interpretandi veniunt Græci qui scribunt, *ὅτ' ἡ ἀνατηφόρος ἡ ὀπικινδυνὴς κλιμακτῆρας γίνεσθαι ἐκ τῆς καὶ ᾠείπατον σιμωντίσεως ἡλίου καὶ σελλύης, καὶ ὠρεσκόπου πρὸς τὰς τ' κακῶσιων ἀκτῖνας.* Ubi *ᾠείπαλ* est ipsa ἄφεις, cujus cursum interrumpit aut perturbat vel incidit malevolarum stellarum *σιμωντίσεις*, i. e. occursus, & Climacteres inde facit vel letiferos vel periculosos. Arabs interpret in Centiloquio Ptolemæi *ᾠείπαλον* quæ est ἄφεις, Arabico vocabulo expressit quod est *سببر*. De quo nos infra. Solum igitur generalem αἰφέντω agnoscit eo loco Scholiastes cujus est ἄφεις sive *ᾠείπαλ*. Nec mirum, cum juxta veterum quorundam astrologorum opiniones, solites αἰφέντω agnoscerentur legitimi, Sol, Luna & Horoscopus. De quo paulo post. Præter hos igitur nulli *χρονοκράτορες* vel αἰφένθ catholici illius sententiæ auctoribus, multo minus tales *ὀμοκράτορες*. Ptolemæus tamen etiam finium dominos inter *καθολικῶν* tem-

T 5 porum

porum rectores & arbitros reponit his verbis sicut apud ejus Paraphrastem leguntur, Τὴν μὲν οὖν καθολικὴν τῆς ποιότητος ἰδιότητά, & χρόνον τὴν ἑκτάσιν, ὃ τὸ ἀφέςσεως πᾶσι σημαίνει, καὶ ὃ κύριον τῶν καθολικῶν χρόνων, καὶ ὃ κατέχων τὰ ὅλα. Quibus tamen verbis palam est distingui planetam qui finium dominus est ab eo qui dominus est τῶν καθολικῶν χρόνων, quem vocabant proprie καθολικὸν χρονοκράτορα. Nam etsi finium dominus significet χρόνον τὴν ἑκτάσιν, & τὴν καθολικὴν τὴν ποσότητα ἰδιότητα, non tamen proprie censendus est καθολικὸς χρονοκράτωρ. Restat ut explicemus qua ratione motus idem ille Scholiastes τὴν ὑπαντήτορα inter tres καθολικὰς χρονοκράτορας recensuerit, Sic enim posuit: εἰσὶ τρεῖς καθολικαὶ χρονοκράτορες πρῶτος, ὃ ἀφότης, καὶ ὃ ὑπαντήτωρ, καὶ ὃ εὐνοκράτωρ. Cur ὑπαντήτωρ inter generales temporum dominos? aut quis hoc nomine proprie vocatur? Ἀφότης is dicitur cujus est ἀφότης: quique dominatum temporum accipit & cæteris planetis suam cuique partem distribuit. Is autem ὑπαντήτωρ vocatur. Estque stella quæ occurso suo, τῇ ὑπαντήσει vel radiis, τὴν ἀφελικῆς tempora incidit, si ita malefica sit, & tunc ἀναιρετικὸς αἶθρ dicitur: vel interturbat & interrumpit, periculisque afficit, & κλιμακτηρικὸς αἶθρ tum dicitur: vel etiam juvat, & felicitatem auget τὴν ἀφέςσεως. Sunt ergo ὑπαντήσεως malæ, sunt aliæ bonæ.

bonæ. Ut plures sunt, si omnes sint beneficæ omnia prospera contingunt: si omnes malæ, omnia infauſta. Si plures κακῶποιοι, Climacteres & Climacterica inde exiſtunt tempora. Non ſolum igitur ἀφέςεις, ſed ὑπαντήσεις conſiderandæ ſunt. Proclus ex Ptolemæo, Εἴη ἡ καὶ πόπον εἶναι καὶ τὸ αὐτὸν εἰ πάσαι καὶ ὁλαμβάνουσιν αἱ ἀφέςεις ἢ αἱ παλείται, ἡ καὶ μὴ ἕως ἔχουσιν αἱ ἀφέςεις, οἱ χρόνοι δὲ ὁρεθῶσιν πάσας τὰς ὑπαντήσεις ἢ τὰς παλείσας ἀγαθοποιὰς ἔχοντες ἢ κακοποιὰς, καὶ πάντα ὁμῶς ποιήσουσιν εὐτυχεῖς ἢ δυστυχεῖς. Vult ad felicitatem aut infelicitatem ſummam pertinere ſi unus locus à pluribus aut omnibus Apheticis maleficis aut beneficiſ occupatus fuerit, aut cum differunt ſi eadem tempora plures vel omnes occuſus complexa ſint. In decurſu igitur temporum, quum exordium accipiunt Apheticæ ſtellæ in locis Apheticis poſitæ, ſtellarum aliarum occuſus vel radii, prout benevolæ plures aut malevolæ fuerint, beatos aut miſeros efficiunt. Ptolemæus eodem capite ſcribit occuſantes ſtellas, ὅτι ὑπαντῶντας ἀστέρας, cum de aliis rebus quæritur quam de ſpatio vitæ, non ſolos ἀνααιρετικὰς eſſe accipiendoſ, ſed etiam ſimul omnes. Ergo cum quæritur de vitæ temporibus, ſoli ἀνααιρετικοὶ ὑπαντήπρες accipiendi ſunt. Οἱ δὲ πρὸς τὰς ἀφέςεις ἀπαντῶντες, ἀλλ' ἔχει μόνον οἱ ἀνααιρετικοὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν χρόνων τῆς ζωῆς, ἔδὲ μόνον οἱ ſωματικῶς ἢ καὶ

καὶ ἀμέτερον, ἢ περὶ γανον χρημαλίζοντες,
 ἀλλὰ ἐοὶ καὶ τείγωνον, ἐξάγωνον. Occursum
 stellarum proprie de corpore ipso & præsenti-
 tia earum dici Plinius innuit lib. v i i. cap.
 x l i x. his verbis. *Negavere illi quæquam XC.*
partium exortivam mensuram, quod Anaphoras
vocant, transgredi, & has ipsas incidi occursum male-
ficorum siderum, aut etiam radiis eorum solis. Hoc
 est. καὶ σῶμα, ἢ καὶ χῆμα. Ipse etiam Ptolemæus
 τῶν ἀπαντῶντας distinguunt ὑπὸ τῇ μαρτυρουώ-
 των his verbis lib. i i i. capite de modis Aphē-
 sis: αἱ δὲ τῇ ἕτως ἀπαντῶντων ἢ μαρτυρουώτων ἀτέ-
 ρων ἀφαιρῶσι μόνον ἢ πρὸς ἡμέρας ἔτη. Ubi
 ἀπαντῶντες sunt quæ corpore occurrunt, μαρ-
 τυρουῶτες, quæ conspiciunt. Eodem capite ὑπὸ
 ἀπαντῶντας, σωμαλίκως distinguunt ὑπὸ τῇ ὀπφε-
 ρόντων ἀκτῖνα, quæ radios conjiciunt. Sunt hi
 μαρτυρουῶτες. Valens quoque aliquot locis,
 συνάντησιν & ἀκλινόβολίαν quasi diversa sepa-
 ratim nominat, καὶ συνάντησιν καὶ ἀκλινόβολίαν.
 Alii pro iisdem dixerunt, συμπαρασίαν &
 ἀκτῖνα. Aliud tamen ἀκκινόβολία, aliud μαρ-
 τυρία, ut infra dicetur. Ἀναγρηκαὶ sunt il-
 læ stellæ & ἀπαντήτορες quæ occursum suo vel
 radiis incidunt vitæ tempora dum πρὸς τὰς
 ἀφῆρας ἀπαντῶσιν. Quod & Græci ἀφῆ-
 ρην dicunt. Valens, πάντοτε ἔν τῃ ἀφῆρῃ
 μοίραν ὀρόντας σκοπεῖν δεήσει τὴν κεντρικὴν ἀφῆ-
 ρημα πρὸς φάνει, καὶ ἕως ἐκείνης τῇ μοίρας τῇ ἀφῆ-
 ρῃ ποιείσθαι ἑαυτὸς μηδεὶς ἀναγρητῆς ἀφῆρῃ.

In

In spatio vitæ solus ille ὑπαντήτωρ ἀναιρε-
 χὸς vel ἀναιρετὴς ἀστὴρ spectandus venit, non
 alii occurrentes, quia una tantum ἀφῆσις
 in ea locum habet, ut infra dicam, non aliæ.
 Ἀφῆσις igitur illa currit donec incidatur oc-
 cursu maleficæ & interemptricis stellæ, aut
 cursum inoffensum usque ad finem absol-
 vat. Dicuntur & ἀναιρετὴν ἢ χρόνων. Ideo
 scripsit Plinius, temporum mensuram ana-
 phoricam & legitimam vitæ, eorum occursum
 incidi, vel radiis. Unde & traditur ab hujus
 artis peritis, si Dominus vitæ recte collocatus
 fuerit, nullum ἢ χρόνων ἀναιρετὴν futurum.
 Tunc enim planeta qui vitæ dominium acce-
 perit, integros annos decernet. Καλῶς γὰρ ὁ
 οἰκηδεσπότης περὶ χότου ἐκέλεῖ οἱ ἀναιρετῶν
 χρόνων γρήσσινται. Si male constitutus fuerit,
 aut nullus generis ac vitæ dominium habue-
 rit, quam γῆσιν ἀνοικηδεσπότητον appellant,
 tum monent perspicendam occurrentium
 ἀναιρετῶν præsentiam aut testimonium, h. e.
 ut loquutus est Plinius, occursum, corporis
 nempe, vel radiationem. Nec solum Diame-
 tram aut Quadratam, sed etiam Trigonam
 & Hexagonam, ut ante ex Ptolemæo notavi-
 mus. Idq; confirmat Valens, cujus verba ita le-
 genda sunt, εἰ ἀνὶ πῶς ἀνοικηδεσπότητης ὄρεθῇ
 ἢ γῆσις, ἀφῆσις ἔσθῃ, σκοπεῖν τότε δεήσει τὰς
 συμπαρσίας ἢ ἀναιρετῶν ἢ ἐπιμαρτυρίας ἐξα-
 γώνους, τεργώνους, τετραγώνους, ἢ ἀξομέτρους. Ubi
 ὅτι

ἑπιμαρτυρίαι sunt *χημαῖσμοι* vel radiatio-
 nes , συμπαρεσΐαι vero *occursus* qui *σωμα-
 λικῶς* fiunt. Sunt autem *ἀναιρετική* stellæ,
 sunt & loca in signis singulis , & *μοῖραι ἀναι-
 ρητική*. Cum in illis partibus & locis signo-
 rum *διααιρετικῆς* stellæ maleficæ inveniuntur
 per radorum conjectus *ἀναιρετική* ipsæ exi-
 stunt. *Αναιρέτας* stellas numerant , Saturnum,
 Martem , Solem , & Lunam ὅτι φάσιν φερο-
 μένῳ , cum in coitu est nimirum. Certe inter
 quinque Planetas Saturnum & Martem *κα-
 κηποιὺς* faciunt. Hi si in locis *ἀναιρετικοῖς* si-
 gnorum inventi fuerint , *ἀναιρέσειν* faciunt ;
 Sed ὡς ἀντίτῳ ille *ἀναιρετικὸς* non potest esse
χρονοκράτωρ καθολικὸς , cum potius tempo-
 rum sit incisor & finitor , non dominus &
 moderator. Cum ergo dixit ὡς ἀντίτῳ esse
χρονοκράτορα generalem , de aliarum stella-
 rum *occursu* id intelligendum quam quæ
 præsentia sua vel radiis *ἀναιρέσειν* inducunt.
 Videndum igitur quænam illæ stellæ sint quæ
occursantes τοῖς ἀφαιρετικῆς , & ipsæ non minus
χρονοκρατῶσι quam *ἀφαιρετική*. Certe vix aliæ
 possunt esse quam quæ tempora accipiunt ab
 illis quæ ἀφείσιν *auspiciantur*. Παραλαμβάνον-
 τες dicuntur. Sed hæ non videntur dici posse
 temporum dominæ καθολικῆς , quia id nomen
 meretur ea sola quæ cæteris tempora tra-
 dit , non illæ quæ accipiunt. Εἰ τῶν χεῖροι hi ap-
 pellantur tantum , non *χρονοκράτορες καθολικῆς*.

Ho-

Horum sunt ἀφελήσεις non ἀφαιρέσεις. Una
 est generalis ἀφαιρέσις nempe illius stellæ
 quæ tota tempora partitur universis, cujus
 est nimirum & ἀφαιρέσις. Particulares autem
 sunt ἀφαιρέσεις quibus unicuique sua tempo-
 radividit. Ita Sol Chronocrator catholicus
 Lunæ tradit menses viginti quinque. Hæc una
 est particularis ἀφαιρέσις. Sequitur altera
 qua Saturno dat triginta, deinde alia qua Jup-
 piter eo tradente accipit duodecim menses.
 Fortassean igitur per ἀπαντήτορας intellexerit
 non eas stellas quæ in circulo decennii ut puta
 vel dodecaeteridos, vel alterius periodi partē
 annorum vel mensium accipiunt ab ea quæ
 magistra est totius circuli, sed quæ alterum
 inchoant circulum & deinde alterum, ut il-
 las quæ secundo & tertio quartove loco post
 primidecennii dominium ἀφαιρῶν acceperint
 temporum. Videtur ergo nomine Α'φείτε pro-
 prie & κατ' ἐξοχήν designasse eū planetam qui
 primū decennium accipit, ut est Sol in diurna
 genitura, Luna in nocturna: Reliquos autem
 qui in secundo aut tertio loco fuerint inven-
 ti ἀπαντήτορων appellatione donare. In geni-
 tura cujus specimen supra dedimus, primum
 decennium datur Lunæ; quæ & propterea Va-
 lenti dicitur ἀφείτης τῶν καθολικῶν χρόνων. Pri-
 ma igitur ex proposito genesis illius annorum
 numero, decenniū & novem menses accipit.
 Post eam Venus in Ariete decem & novem
 men-

menses, & deinde cæteri, sicut in Themate
 illo fuerant dispositi. Sola igitur Luna καὶ
 ἐξοχὴν nomen ἀφ' ἑτῆς ἑ καθολικῶν χρόνων me-
 ruit, quia primum circulum ex omnibus acci-
 pit. Ita alio loco idem Valens, ex tribus ta-
 libus circulis decennii & novem mensium
 numerum annorum composuit, triginta duo-
 rum & mensium trium, quorum generalis
 ἀφ' ἑτῆς ille planeta fuit qui primus circulum
 inchoavit. Reliqui qui singulorum tantum
 circulorum domini fuere, etiam χρονόκε-
 πτες appellati καθολικῶν, sed non ἀφ' ἑτῆς καὶ
 ἐξοχὴν, quamvis & ipsi revera ἀφ' ἑσιν sui de-
 cennii habuerint. Ideo & idem Valens in
 alia genesi cuius Mars primus ἀφ' ἑτῆς fuit &
 ὁ καθ' ὅλας οἰκοδεσποτῆς, post eum Venerem ὅτι
 καθολικῶς χρόνος suscipere dixit ὅτι ἐτη ὀκτώ, ad
 annos octo. Nam tot annorum fuit ejus pe-
 riodus. Sic inter signa Aries ἀφ' ἑσιν δρόμων ἑ
 πλανητῶν accipere dicitur Anatolio. Genera-
 lis igitur ille ἀφ' ἑτῆς periodorum omnium
 planetarum, cum tamen & singula signa sui
 temporis & ἀναφορᾶς domini sint & ἀφ' ἑται.
 Excepto igitur primo ἀφ' ἑτῆς sive χρονόκε-
 πτε, qui ἀφ' ἑτῆς καὶ ἐξοχὴν appellatur, reliqui
 qui in ordine sequebantur, & dominium
 temporum post primum accipiebant, vocati
 sunt ὑπαντήτες. Ideo & ex tribus καθολι-
 κοῖς χρονόκεπτεσι duos primos nominavit,
 ἑ ἀφ' ἑπιν qui καὶ ἐξοχὴν sic dicebatur, quia pri-

pri-

primus erat ἀφίτης, ἢ ὑπαντήτωρα qui secundus erat vel tertius vel quartus. Hi tamen ex æquo καθολικῇ χρονοκράτεια, quia paris temporis spatii omnes dominatum accipiunt. In alia genesi idem Valens Jovem facit πρῶτον καθολικὸν κρονοκράτορα, i. e. χρονοκράτορα, Mercurium secundum, quem dicit ὃν ὑπὸ τῷ Διὶ παρέλαβεν, tertium Martem qui à Mercurio accipit, quartam Venerem quæ à Marte. Totidem autem generales fuere παρεξάσεις quot ἀφίσεις, ut jam diximus. Sed particulares etiam ὑπερξάσεις erant considerandæ, quia multum intererat, utrum malevola stella tempora divideret malevolæ, ut Saturnus Marti, vel Mars Saturno; an benevola benevolæ, ut Iuppiter Veneri, Venus Iovi; an benevola malevolæ & contra. Mirum est porro ὑπερξάσεων & ὑπερξλήψεων nullam in Ptolemæo extare mentionem quæ ubique occurrunt in libris aliorum Γενεθλιαλόςων, sed pro ὑπερξάσεσιν, ὑπαντήσεσιν haberi, quas considerandas etiam esse præcipit, non solas ἀφίσεις. Hoc idem ἐπὶ παρεξάσεων præcipiunt et alii veteres Astrologi Græci, quorum hæc sunt: συγκρίνεν οὐὼ δὲ ὅταν πᾶσαι ὑπερξάσεις γίνωνται, πότερον αἱ τῷ ἀγαθοποιῶν ἢ τῷ κακοποιῶν ὠλεονάζουσιν. Paria omnino scripsit ἐπὶ ὑπαντήσεων Ptolemæus sub finem lib. iv. τῆς περὶ βίβλου. Auctor Carpi qui vulgo putatur Ptolemæus, Aphorismo L x v i. ex versione

Pontani. Aliam versionē non habeo. *Sola*, inquit, *profectione ne utare, sed etiam attributionibus & ademptionibus stellarum*. Pro profectione in Græco est, *ᾠείπαι* ☉, estque idem quod ἄφεσις. Pro attributionibus Græcus textus habet, *δόσεις*. Alii vocant, *ᾠδεδόσεις*, nempe traditiones. Addit Pontanus, & *ademptionibus*. An legit in Græco suo codice, *ἀναιρέσεις*? Sic melius reddidisset, *Interemptionibus* aut *peremptionibus*. Sed in Græco est, *καλήψαι*. Alii auctores vocant *ᾠδραλήψαι*. Quæ sunt susceptiones temporum. Alia stella tempora tradit quæ temporum nimirum domina effecta fuerit, alia suscipit, ut jam ante notavimus. Hinc *ᾠδεδόσεις* & *παραλήψαι*, quas auctor iste *δόσεις* & *λήψαι* appellavit. Pontanus qui hæc non intellexit, *λήψαι* Latine reddidit *ademptiones* quia cum aliquid ex acervo sumitur, inde demitur. Ita enim interpretatur quod Latine reddidit, *Bonos bonarum stellarum aspectus addere, malarum malas irradiationes auferre, multumque de promisso tempore vitæ subtrahere*. Non potest hic esse sensus vocis *λήψαι* quæ eadem est cum *παραλήψαι*. Non licet autem jam ignorare quæ sint *δόσεις* & *λήψαι* ex iis quæ supra diximus de *παραδόσει* & *παραλήψει* stellarum in temporibus tradendis invicem & accipiendis. Tres ibi Aphorismi continenter leguntur qui de temporibus vitæ tractant. Primus est LXV. In quo hæc

hæc habentur, ἐν τῇ ἐλαχίστῃ σῳόδῳ ἡ Διὰφο-
 ρὰ τῆς μέσης, καὶ ἐν τῇ μέσῃ ἡ Διὰφορὰ τῆς μεγίστης
 σῳόδου. Ut vulgo hæc interpretantur, neque
 solum neq; cælum tangunt. Nihil enim minus
 agit quam de Saturni & Iovis conjunctioni-
 bus, aut de Solis & Lunæ. An possunt osten-
 dere, quæ sit ex his ἐλαχίστη, μέση & μεγίστη con-
 junctio? At sunt Stellarum περίοδοι ἐλαχίσται,
 μέσαι & μεγίσται, ut jam docuimus. De his hic
 auctor intelligit. Aut igitur scripsit περίοδος
 non σῳόδος, aut σῳόδον in ea significatione
 posuit. Cujus appellationis hæc ratio est. Σῳό-
 δος proprie unâ euntium cœtus, & congre-
 gatio. Capitur & pro eo qui viæ comes est.
 Suidas, σῳοδία, τὸ μετὰ πολλῶν συμπεριπαλεῖν.
 Sane & περίπαλοι vocantur stellarum ἀφ᾽ ἑσθῆς
 & περίοδοι, quæ in Genethliaca sunt totidem
 σῳόδοι, vel σῳοδίαι. Nulla est cujusquam
 stellæ periodus quin etiam sit σῳόδος, id est
 plurium stellarum cœtus & agmen, propter
 illas quas dixi παραδόσεις & λήψεις. In Gene-
 sis exemplo quod supra attulimus, Mars par-
 væ suæ periodi in genitura dominus est. In ea
 dividenda sibi sumit quindecim menses, dat
 Veneri octo, Mercurio viginti, Lunæ viginti
 quinque, Soli decem & novem, atque iterum
 Mercurio viginti, & aliis deinceps donec to-
 ta periodus Martis completa sit. Hæc perio-
 dus plane σύνοδος est. Nec secus de aliis
 quæcunque in divisione temporum ad spa-

tia vitæ colligenda & res alias inveniendas
 usum & locum habuere. In minima autem pe-
 riodo differentia est mediæ, & in media maxi-
 mæ quia invicem omnes differunt. Nam Solis
 parva periodus exempli gratia, est novende-
 cim annorum, media sexaginta novem &
 sex mensium, maxima centum & viginti. Ex
 maximæ & parvæ simul junctæ dimidia parte
 media periodus componitur. Ita de aliis. Hic
 igitur Aphorismus pertinet ad eam divisionem
 temporum quæ maximas medias & parvas
 planetarum periodos complectitur. Ita vi-
 detur explicanda hoc loco vox *συνόδου* aut
 refingenda in *περίοδου*. Quam mutatam ab
 illis fuisse verisimile est, quia non legerant in
 Astrologorum veterum scriptis, *ἐλαχίστας, μέ-
 σας & μεγίστας* planetarum periodos. Item
ἐλαχίστας, μέσας & μεγίστας χρόνων ὅρας. Tum
 quia in præcedentibus proxime Aphorismis
τῶν συνόδων & συνόδούντων ἀστέρων facta est
 mentio. Ex hoc loco maximas, medias & mi-
 nimas planetarum conjunctiones commenti
 sunt aut hariolati Arabes quidam recentiores
 Astrologi, quæ nihil ad geneses neq; ad gene-
 thliacam pertinent. Nam Saturni & Jovis ma-
 ximam conjunctionem evenire tradunt qui-
 dam post annos ducentos fere & quadragin-
 ta. Quod autem per has magnas conjunctio-
 nes de mutationibus mundi generalibus ju-
 dicium fieri volunt, nemo veterum Mathe-
 ma-

maticorum earum meminit, non ipse Ptolemæus. Alii scribunt maximam fieri singulis nongentis annis, mediam vero ducentis & quadragenis. *Massabalab*, ut dicitur vulgo, ماشا الله, qui vixit temporibus Almanforis & Almamonis Chalifarum, & Judæus fuit, in arte Astrologiæ, quam vocant vulgo Judiciariam, Græci ἀππλεσµατικῶν, celeberrimus, in Libro de conjunctionibus Planetarum, triplicis generis facit has conjunctiones, Maximam, mediam & minimam. Maxima illi est Saturni & Jovis, media Martis & Saturni, minima Jovis & Martis. Si de his *παρόδοις* hic Aphorismus accipi posset, etiam facile esset expedire quod in hac sententia obscurum est atque involutum. In minima quippe Synodo differentia est mediæ, quia Martem habet, qui cum Jove differentiam mediæ facit conjunctionis. Rursus ἐν τῇ μέσῃ ἀφασεῖ est τῆ μεγίστης παρόδος, quia media conjunctio habet Saturnum qui cum Jove constituit differentiam maximæ Synodi ab aliis duabus. Verum ne hic sensus hic valeat, vox *σύνωδος* efficit quæ nunquam Græcis absolute poni solet nisi de cœtu, sive conjunctione Solis & Lunæ. Nec ille ipse Carpi auctor in illis centum Aphorismis uspiam aliter hanc vocem usurpavit, cum eam simpliciter & absolute posuit. Neq; vero alii Græci Astrologi quorum scripta versavimus, alia significatione

τῶν σῳόδον accipiunt. Σῳόδ⊙ & πανσίλη-
 ν⊙ passim de Luna dicuntur. Unde & σῳο-
 δικαὶ ἡμέρας vel σῳοδικὰ Themata, quæ circa
 conjunctionem Solis & Lunæ Horoscopum
 habuerint. Cum de aliorum Planetarum con-
 junctionibus loquuntur, eas nominibus earū
 stellarum solent exprimere. Ut idem Carpi
 auctor, Aphorismo LXXV. ὅτε σῳοδᾶς ὁ ἄρης
 τῷ κυρίῳ ἔωροσκοπῶ. & LXXX. ὅτε σῳοδᾶς
 ἀφροδίτη τῷ ζηνί. Item LXIII. ἴδε ὅτε σῳο-
 δᾶς ὁ κρόν⊙ καὶ ὁ ζᾶς. At σῳόδον absolu-
 tē de Lunæ cum Sole conjunctione. Vt in A-
 phorismo qui eum de quo hic agimus, præ-
 cedit, τῷ ὠροσκοπῶν τῷ σῳόδῳ vocat. Aphorif-
 mo, LVIII. ὁ πέπ⊙ τῷ σῳόδῳ. LII. τὸ λεπὶον
 τῷ σῳόδῳ. XLIX. τὰ κέντρα τῷ σῳόδῳ. Quæ
 sunt conjunctiones, Solis & Lunæ, LXXXIV.
 ὁ οἰκὸς ἀπὸ τῆς σῳόδῳ ὑπὸ κέντρῳ⊙. *Synodi tempore
 in cardine constitutus.* Non de alia potest accipi
 Synodo. At Aphorismo XIX. ἡ σελλύνη σῳοδᾶς
 τῷ διί. *Cum Iove Luna coit.* Nimirum nomen
 planetæ exprimit cum alius est à Sole: Καὶ ἔξο-
 χλὺν vero σῳόδ⊙ est quando cum Sole
 conjungitur. An de aliis igitur σῳόδοις vide-
 tur exponendus Aphorismus L. qui sic ha-
 bet, μὴ ὡς ἀράμης τὰς εἰς σῳόδους. ἐν αὐταῖς
 γὰρ κεῖται ἡ γῶσις τῷ γινομένην ἐν τῷ κόσμῳ
 τῷ ἡμέσεως καὶ τῷ φθινοῦ; Certe cum σῳόδοι
 numero plurium dicuntur, de Synodis om-
 nium planetarum intelligendæ sunt, cum
 σῳό-

σώδ & singulariter dicitur, non alia accipi debet quam Solis & Lunæ. Centum autem & decem ac novem cœtus sunt Planetarum si quis omnes numeret omnium planetarum congressus, binorum primo, deinde ternorum, mox quaternorum, quinquorum, senorum & septenorum, exceptis duobus luminibus. In his cxi. planetarum congressibus quæ maximæ Synodi dici queant, quæ mediæ & quæ minimæ, videndum. Sed non dixit Carpi auctor, ἐν ταῖς ἐλαχίσταις σωόδοις, sed ἐν τῇ ἐλαχίστῃ. Item μέσῳ & μεγίστῳ dixit. Cœtus planetarum τὰς σωόδους appellavit Agellius lib. xiv. cap. 1. ex Phavorino, & cum circuitibus conjunxit, id est ᾠείδοις. Et quæ tempora satis esse visa sunt ad percipiendum quid præmonstrarent, aut cœtus stellarum, aut circuitus, aut transitus. Ἐν αἰσέριον σωόδοι, ἢ ᾠείδοι, ἢ ἐπεμβάσεις. Eodem capite, stellarum motus, & vias, & discursus, & cœtus intuentes. τὰς ᾠείδους cum σωόδοις junctim posuit quia σωόδοι fiunt post certas periodos. Ut suprà magnæ, mediæ & minimæ periodi, ita ergo & Synodi. Præter eas quas supra exposuimus planetarum maximos, medios & parvos circuitus, alias etiam tres conversiones sive ᾠείδους ponit Macrobius, maximam, mediam & minimam, Maximam esse anni secundum Solem, mediam mensis secundum Lunam, minimam diei secundum ortum & occasum. De his tribus conversionibus

explicandos esse Manilii versus, sicut eos supra interpretati sumus, planetiquet.

———— *Venit omnis ad astrum*

Hora die bis, mense dies semel, unus in anno Mensis.

Ubi media $\omega\epsilon\iota\omicron\delta\textcircled{\text{C}}$ mensis secundum Lunam etiam media $\sigma\omega\acute{o}\delta\textcircled{\text{C}}$ dici potest, quatenus singulis mensibus Lunæ & Solis $\sigma\omega\acute{o}\delta\omicron\varsigma$ contingit. Addit & quartam conversionem Manilius Dodecaeteridis Chaldaicæ,

—— *Et exactis bis sex jam solibus annus.*

Arabs interpres Carpi Aphorismo LVIII. $\tau\lambda\omega\sigma\omega\acute{o}\delta\omicron\nu$ qui de Lunæ cum Sole congressu ibi omnino intelligi debet, minimā conjunctionem exponit. Græca sunt: ἴδε τὸ πῶν τὸ $\sigma\omega\acute{o}\delta\omicron\varsigma$ ἐν ποίῳ τόπῳ ἐστὶ τὸ ὠροσκόπῳ τὸ $\chi\rho\acute{o}\nu\omicron\varsigma$, τὸ δὲ σύμπλωμα τότε ἐστὶ ὅτε καὶ ἀντήσῃ ὁ $\omega\epsilon\iota\omicron\pi\alpha\tau\textcircled{\text{C}}$ ἐκεῖ. Arabica translatio quam mihi communicavit ὁ $\pi\acute{\alpha}\nu\upsilon$ Golius, habet, انظر الى موضع القران الاصغر. Id est. *Vide ad Locum conjunctionis minima.* Atqui certum est de conjunctione Solis & Lunæ intelligi quam tanti fecerunt veteres omnes Astrologi in genituris colligendis inspicere, ut in Synodicis genituris initiū ἀφίσεως darent planetæ qui à Synodo primus inveniebatur. aut sequētibz prout essent dispositi. In iis quæ tempore plenilunii contrigissent, ὁ μετὰ $\tau\lambda\omega\pi\alpha\nu\sigma\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega\nu\pi\epsilon\acute{\omega}\tau\textcircled{\text{C}}$, $\tau\lambda\omega\alpha\phi\epsilon\sigma\iota\nu$ susciperet. In eo tamen Aphorismo quidam de Jovis Saturnique conjunctione

hoc

hoc tradi scripsere, ut notat ad eum locum Pontanus. Quod est mirandū cum Arabs interpretes de minima intellexerit. At Jovis & Saturni conjunctio maxima est. Maxima vero auctorum inconstantia est de harum conjunctionum, quas in maximas, medias & minimas dividunt, temporibus. Quod magis mirum est, in una Saturni & Jovis conjunctione quidam has tres differentias statuunt. Mathematicus quem citat Pontanus, triplicem ponit Saturni & Jovis conjunctionem, remotissimam & maximam quæ singulis nongentis annis contingit, mediam vero quæ post ducenos & quadragenos annos fit, minimam quæ post videnos annos. Non hinc longe abit eorum sententia qui conjunctionem magnam Saturni & Jovis in principio Arietis fieri volunt habita ratione Trigonorū quam ajunt patrari in annis septingentis nonaginta quinque. Cum enim sint Trigona quattuor in signiferi circulo, igneum, terreum, aereum & aqueum, in annis centum nonaginta novem dictam Saturni & Jovis conjunctionem transire de Trigono in Trigonom redeundo ad igneum & Trigonom primum. Sed hīc duæ sunt conjunctiones quas in unam confundunt. Quomodo enim hæc constare possunt? Magnam Saturni & Jovis conjunctionem patrari dicunt in annis septingentis nonaginta quinque, habita ratio-

ne Trigonorum. Mox tamen ait eandem conjunctionem transire de Trigono in Trigonum, & redire ad primum sive igneum in annis centenis nonaginta novem. Sed hoc velle videntur, cum quattuor sint Trigona, de Trigono in Trigonum transire eam conjunctionem annis centum nonaginta novem. Ubi autem per quattuor Trigona transierit & ad primum, id est igneum transierit, eum numerum quadruplicari & fieri conjunctionem maximam in annis septingentis nonaginta quinque. Sed ex quadruplicato numero transitionis de Trigono in Trigonum summa tantum colligitur septingentorum & sex annorum. Præterea cum alii maximam & mediam conjunctionem agnoscant, illam nongentorum annorum, hanc ducentorum ac quadragenorum, isti pro duabus unam tantum faciunt, quam videri volunt mediam & secundam ratione primæ & principalissimæ quæ est conjunctio capitis Arietis octavæ sphæræ cum capite Arietis nonæ & primi mobilis, & absolvitur spatium annorum quater millenis & nongentis, secundum Ptolemæum ter millenis sexcentis, secundum Albategnium, ter & vigesies millenis septingentis triginta, ex Tychonis sententia quinquies & vigesies millenis ac ducentis. Hanc maximam esse conjunctionem, primamque Saturni ac Jovis qualem supra exposuimus, mediam & secundam.

dam. Tertiam vero eorundem Saturni ac Jovis nulla habita ratione Trigonorum, quæ consummatur annis vicens. Alii plerique tres conjunctiones Saturni ac Jovis esse volunt, maximam, mediam & minimam. Nalirodinus Thufius celeberrimus in Oriente Mathematicus commentariis Persicis in Carpum Ptolemæi, cujus locum mihi suppeditavit vir summus in litteris Orientalibus & Mathesi Jacobus Golius ad eum locum Carpi docet primam conjunctionem Saturni & Jovis eam esse quæ incidit in Trigonum igneum, mediam vero quæ in alio Trigono prima occurrit, cæteras vocari minimas. A conjunctione itaque una maxima ad alteram annos intercedere circiter mille. Id est cum Saturnus Jovi *συνωδῶν* in igneo Trigono ad quem redit Saturni stella percursis omnibus Trigonis. A conjunctione vero media una ad alteram ejusdem temporis dari partem ferme quartam, nempe ducentos circiter quinquagenos annos. Per totidem igitur annos de Trigono in Trigonum transit. A minima vero ad minimam viginti plus minus annos dari. Videantur & aliæ summorum Astrologorum dissensiones de magnis, mediis & minimis conjunctionibus Saturni cum aliis planetis apud Picum Mirandulanum adversus Astrologos lib. v. cap. 1v. Hæc enim piget pluribus persequi. Cæterum quod attinet ad eas
tres

tres differentias conjunctionū Saturni & Jovis nullo modo possunt quadrare cum loco Ptolemæi Aphorismo Lxv. quo meminit τῆς ἐλαχίστης σωόδου, τῆς μέσης, & τῆς μεγίστης. Nam σωὸδⓄ aut generaliter accipitur de omnium planetarum cœtu, & tunc frequentius σωὸδοι dicuntur numero multitudinis, aut proprie & κατ' ἐξοχὴν de Lunæ cum Sole conjunctione hæc vox sumitur. Nusquam vero legitur σωὸδον absolute sumi de Saturni & Jovis conjunctione. Non potest igitur hoc loco σωὸδου ἐλαχίστης, μέσης & μεγίστης appellationibus, trina illa differentia conjunctionum Saturni intelligi. Ex eo enim sequeretur σωὸδον Græcis etiam sumi κατ' ἐξοχὴν solere pro Saturni & Jovis conjunctione. Si generaliter vero sumatur appellatio σωὸδου de planetarum conjunctione, absurdum esset minimam accipi omnium de ea Saturni ac Jovis quæ peragitur viginti annorum spatio cum aliæ multæ sint quæ minore temporis intervallo absolvantur, ut Saturni & Martis quam volunt fieri mensibus viginti quinque, Jovis & Martis mensibus viginti septem, Saturni & Solis mense tertio decimo. Luna vero cum Sole singulis mensibus conjungitur. Cum σωὸδον vero Græci omnes Astrologi proprie appellent & absolutè hanc Lunæ & Solis conjunctionem, non potest tamen de ea accipi Aphorismus hic. Non enim triplex

plex differentia hujus *συνόδου* in maximam, mediam & minimam dari potest. Belle sensus constaret si *συνόδος* hîc esset periodus cujusque planetæ, ut ante diximus, cum singuli *ἐλαχίστω*, *μέστω* & *μεγίστω* habeant, quarum maximus usus fuit apud antiquos Genethliacos. Nulla autem harum periodorum fuit quin etiam *συνόδος* esset, si hoc vocabulum accipiamus ut etiam Græcis accipitur pro *συμπερίπαις*, id est cœtu una euntium. Quæ & *συνωδία* dicitur. In genesibus quippe colligendis stellarum *περίοδοι* tam parvæ quam mediæ quam maximæ totidem tales fuisse *συνόδοι* ob divisionem temporum in unaquaque periodo, cum partes ex cujusque curriculo singuli planetæ traderent acciperentque invicem per *δόσεις* ac *λήψεις* mutuas. Ut *συνόδος* utrumque significat apud Græcos, ita etiam *cætus* apud Latinos. Nam & pro multitudine accipitur simul ambulantium & pro congressu planetarum, ut ex Agellio supra docuimus. Nam *cætus* est *coitus*, id est plurium itus vel *itio*. Verbum quoque *συνωδᾶν* utrumque notat, & cum aliis ambulare, & conjungi eo modo quo planetæ solent cum altera alteri *καίθρον* subiecta deprehenditur. Auctor Carpi multa vocabula usurpavit præter communem auctorum Græcorum, immo & Astrologorum ipsorum usum. *Περίπατον* appellat quæ aliis vetustioribus Astrologis est
ἄφε-

ἀφῆσις. Vocat ὁπικρατήτορα absolute qui vulgo aliis χρονοκράτωρ. Cum & Ptolemæus ὁπικράτησιν & ὁπικρατῆν etiam de Domino genituræ usurpet, qui οἰκοδεσπότης dicitur. Μεσημβρινὸν nuncupat quod alii μεσουράνημα. Alia etiam talia observavi quæ ne longior sim omitto. Quibus hoc non probabitur, explicent mihi illam ἐλαχίστη, μέσση & μεγίστη συνόδον de planetarum vera conjunctione, & viri sunt. At meam interpretationem non parum confirmat quod proximè sequens Aphorismus LXVI. quem jam explicavimus, ad eam distributionem temporum pertinet quæ fit per δόσεις & λήψεις planetarum in eadem periodo, & quæ præstat ut unaquæque περιόδῳ sit etiam συνόδῳ, id est συνωδίᾳ simul περιπατιῶτων ἀστέρων. Qui tertio loco sequitur nempe LXVII. eodem etiam plane spectat. Sic enim habet, Ἐλαττωῦται τὰ ἔτη δι' ἀδυναμίαν τῶν δεχομένων αὐτά. Id est, *Breviuntur tempora propter inefficiam stellarum quæ ea suscipiunt.* Δέχονται & ἐκδέχονται tempora dicuntur οἱ ὁρᾶ λαβόντες. Cum igitur stella imbecillis tempora suscipit, eorum mensuram solet abbreviare. Ut ergo alii non solas τὰς ἀφῆσις sive περιπάτης spectandas esse præcipiunt sed etiam δόσεις & λήψεις, ita Ptolemæus loco ὁρᾶ δόσεων & λήψεων τὰς ὑπαντήσεως appellat, & eas comparandas esse πρὸς τὰς ἀφῆσεως utrū concurrant cū omnibus, aut cum

p!uri-

pluribus earum ad felicitatem aut miseriam summam genituræ conciliandam, prout malevolarum fuerint stellarum aut benevolarum. Ἀφesis & ὑπαντήσις relativa sunt, ut ἄφesis & παρὰληψις & παρὰδοσις. Nam cujus est ἄφesis, ejusdem est & παρὰδοσις, ἢ ὑπαντήτων vero planetarum est παρὰληψις, siquidem tempora accipiant quibus dominantur. Non enim omnis ὑπαντήτωρ etiam χρονοκράτωρ, ut de ἀναιρέτη sive ἀναιρέλικῳ, sidere diximus. Ποιέσθῃ autem παρὰδοσιν dicitur, ut & ἄφειν, qui temporum dominatu accepto ἢ ὀπμηρισμὸν cæteris distribuit. Sic & παρὰληψιν ποιέσθῃ qui suscipit ab alio tempora. Græci: οἶον ἐὰν κρόνῳ ἢ ἄρης ὅπῃ τῷ ὠροσκόπῳ ὄντες τῷ παρὰδοσιν ἢ παρὰληψιν ποιήσωσιν. Ut autem παρὰδοσις est ἢ καθολικῶν χρόνων, quæ est generalis & proprie ἄφesis, ita etiam παρὰληψις est καθολικῶν χρόνων aliqua ipsa καθολική, quam qui accipit ὑπαντήτωρ, is etiam vocatur χρονοκράτωρ καθολικὸς. Iidem Græci, μετὰ τῷ ἄριῳ ἀφροδίτῃ παρὰλήψεται ὅτῳ καθολικὸς χρόνος. Si nulla autem sit ἄφesis aut παρὰδοσις, nulla est παρὰληψις, nec ulla etiam proprie ὑπαντήσις χρονοκρατορική. Nam, ut dixi, ut παρὰληψις ad ἄφειν & παρὰδοσιν relativa est, ita ὑπαντήσις ad ἄφειν, ut constat ex multis Ptolemæi locis, qui etiam verba ἀφείναι & ὑπαντᾶν ita conjungit, ut ἀφείνῃ ἀστέρα & ὑπαντῶντα, ut τῶν πρὸς ἡ hæc esse videantur.

Εάν

Εάν ᾗ, inquit, σωμαμάτων ὄντων ἀμφοτέρων τῷ πε
 ἀφίεντο, καὶ ἔῃ πάντων. Idem ἀφίεναι
 τοῦ χρόνου dicit Horoscopus cum ἀφίτης
 est τῷ χρόνων, & ἀφίσεως dominus. lib. III. ca-
 pite quot sint Aphetæ: εἰ ᾗ μὴ, πελάταιον ὁ
 ὠροσκοπὸς ἀφίησι τοῦ χρόνου. Si hoc non sit,
 ultimo Horoscopus initium temporum accipit. Ita &
 capite sequenti σελήνῳ ἀφιεῖσθαι appellat quæ
 temporum curriculum auspicatur, σελιῶν ᾗ
 ἀφίσεως ἔῃ ἡλίου τόπος ἀναρεῖ. Pro quibus
 Proclus posuit in sua paraphrasi, καὶ ἡ σελιῶν
 ᾗ ἀφελικὴ ἀπάρχεται. Quod omnino à curri-
 culis τοιοῦτον desumptū est ut supra osten-
 dimus. Unde apud Aristophanem quidam
 poscens se cum socio in certamen cursus
 mitti:

Ἀφές δὸτ' ἑ βαλβίδων ἐμὲ καὶ ταπὸν,

Hunc meque tu mitte ad currendum à limine.

Manilius eadem metaphora de signis no-
 vum tempus auspicantibus:

*Excipiunt hyemem, nova dantque in tempora si-
 gnum.*

Sic enim legendum. Nam dato signo & re-
 pagulo remoto in spatium se dabant cursores.
 Ut cursores ἀφεθῆναι dicebantur cum cursum
 inchoabant, ita & tempora. Unde & ἀφεθῆ-
 ναι τῷ μεῶν supra dictum notavimus de men-
 se qui curriculum incipit. Cum est ἀφεις
 porro, est etiam ἀπ' αὐτῆς τῷ αἰέτων, & ἀφ' αἰ-
 ληψις τῷ χρόνων. Ubi non est, neutra est. Sunt
 enim

enim & quædam genituræ quæ nec ἄφεςιν
 proprie habent, neque οἰκθδεαπολείαν, ut ex his
 Valentis constat: Πολλὰ κίς γὰρ μηδεμιάς ὀπικρε-
 γήσεως οἰκείως ὀρεθείσης, μήδε οἰκθδεαπολήκης παρ-
 φάσεως, μήθ' ἑτέρας ἀγωγῆς ἐνδὲξ αὐτῆς ἐνέ-
 ρηται, μέγαλα αἵτια ἀγαθῶν & ἀπορροδοκήλα ἐγένετο.
 In quibus verbis ὀπικρέτησιν idem esse innuit
 quod ἄφεςιν sive χρονοκρατορίαν, ut infra do-
 cebimus. In illis autē genituris quæ nec ἄφεςιν
 proprie habent, neque οἰκθδεαπολείαν, causæ illæ
 ingentium & præter expectatum contingen-
 tium bonorum ex stellis veniunt secundum
 ventum suum currentibus, quæ ὑπὸ πᾶν ὥσαι dici
 non possunt, quia ὑπὸ πᾶν ὥσις non est. Neque
 ὀπικρέτησις χρονοῦ dici potest, nisi sit ἄφεςις &
 ὀπικρέτησις & ὀπικρέτησις. Πᾶς γὰρ αἰὲρ, inquit,
 καὶ τὴν ἰδίαν φορὰν ἔχει ἀνέμῳ κινούμενῳ ὁπλεσ-
 τὸς ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν γενήσεται. Omnis autem stel-
 la quæ fertur secundo cursu venti proprii, boni aut
 mali efficientiam habet. Quod quid sit paulo
 post explicabimus. Τὴν γὰρ πορρο stellæ
 ἄφεςιν πορρο, & occurrentium corpore vel
 radiationem immittentium, ita etiam firmat
 Valens his verbis: Ἐδοξε τῷ πᾶσι τὸν λόγον φυσικώ-
 τερον ὑπάρχοντα περὶ πορρο καὶ μοιρακῶς καὶ παν-
 αἰτησιν καὶ ἀκλινροβολίαν, καὶ ὁπὸ πᾶν ὥσαι τῶν αἰ-
 τῶν αἰσέως ποιῶνται, καὶ συγκρίνεται τὴν ἐκάστην
 αἰσέως ὥσαι ἐκάτερον ὁπλεσματολογερίαν.
 Nempe contendere & conferre sideris ὑπαν-
 τῶν ὥσαι effectum cum αἰσέως efficientia. Ita

alibi τὸ παραδιδόντα cum τῷ παραλαμβάνοντι comparandum esse ait & videndum, an ὁ παραδιδὼς τὸ παραλαμβάνοντα οικείως ὀφειλέτης; Si tradens accipientem commodò conspectu afficiat. Interdum ἄφεσις nullam ὑπάντησιν habet, cum nimirum illa cadit in vacuum, id est, in illud signum cui nulla stella præsentiam suam commodat. Quod εἰς κενὰ ἐλθεῖν dicebant. Idque ita explicant; ἐὰν ὁπὸ σελήνης ἢ ἄφεσις γενομένη ἐλθῇ ἢ εἰς κελὸν, ἢ εἰς παθόν, ἐκεῖ ᾗ μηδεὶς ἐπ' ἣ. Interdum etiam ὑπάντησις erat sine illa παραλήψις χρόνων & χρονοκαταστάσεως, cum nimirum ὑπαντήτωρ erat ἀναρελικός, id est cum malefica stella reperiebatur in Loco vel Zodio ἀναρετικῷ. Ptolemæus quando de vitæ spatio agitur, solas ἀναρελικὰς ait spectandas, cū quaeritur de aliis rebus, universas ὑπαντήσεως. Idem eodem capite scribit rarum esse & vix contingere ut occursum, ἀπαντήσεως, omnium maleficarum aut beneficarum stellarum πρὸς πάσας τὰς ἀφέσεις aut plurimas conveniant, quia non fert humanæ naturæ ratio ut omnibus supremis malis obruatur, aut omnibus bonis summis evehatur, sed variat vices æque in malo ut in bono, & alternat. Hoc est quod dixit Manilius his versibus ex lib. III. qui vulgo corruptissimi sunt.

*Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
Unius ut signi pariter si mitis ἔσ' annus,
Asperiores is agat mensem: Si mensis in astra
Latius*

Latius inciderit, signum sit triste diei.

Si fortuna diem foveat, sit durior hora.

Cui annus mitis est is plerunque mensem in anno illo tristem agit. Cui mensis in lætum astrum inciderit, diē experitur infaustum. Cui dies faustus, hora diei aliqua illi plerunque infelix. Ita ἐναλλάττει πρὸς τὰ ἀγαθὰ ἔ καὶ συμμέτρως ἡ ἀνθρώπινη φύσις. Cum igitur alternari soleant luctus & gaudia, felicitates & infortunia, & plerunque in uno anno, in uno mense vel die mixtura fiat bonorum & malorum accidentium, non ab una ἀφ' ἑσθ' debemus eorum quæ cuique eventura sunt prædictiones captare, nec ab uno Chronocratore apotelesmata experiri. Nam ex naturæ suæ vi ac proprietate unus Chronocrator aut bonos aut malos effectus de se dabit in uno anno aut altero aut etiam tribus, sed cum intra unius anni spatium, ut diximus, immo mensis, immo diei diversa eveniant ἀποτελέσματα, & improsp̄eris simul successibus & prosperis temperata, hæc tam varia uno velut tempore contingentia non possunt ab una ἀφ' ἑσθ' vel ab uno Chronocratore confici, sed plures perspicendi sunt. Nam quod felicitatis ab una benevola stellâ promittitur, aliarum maleficarum occurſu & radiis resolvitur, & infelicia similiter unius stellæ prognostica interventu beneficarum mitigantur. Idem Manilius :

Et subtexta bonis mala sunt, lacrimæque sequuntur

*Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem,
Vsq̄ue adeo permixta fluunt.*

Ideo scripsit Valens, ταῦτα δ' ἐκ οἶμαι ἀφ' ἐνὸς θεσμοκράτορος σωλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πολλῶν. Et rationem addit quam probant res ipsæ. Εὐείσημεν γὰρ, inquit, ὅτι γενέσεως καθ' ἓνα χρόνον δόξας ἐκ κληρονομίαν, καὶ ηγορίαν ἢ φοροδιδαν, ἢ πάλιν ἀρχὴν ὀπίσημον, & quæ sequuntur. Deinde addit, καὶ πῖνας μὲν πρὸς τὸ σῶμα κακοδαμονῶντας, πρὸς δὲ τὸ βίον ἐνυχῶντας. Non in uno tantum tempore, sed de una eademque re diversos effectus & eventus contingere docet Ptolemæus, ut cum ex carissimæ personæ morte hæreditatem cernimus. Ex uno tunc eventu luctus simul & lætitia obvenit. ὡς ὅταν τις ἀποβαλὼν πρὸς σωπὸν οἰκεῖον λάβῃ κληρονομίαν, & νόσῳ κατὰ κλιθεῖ καὶ τὸ αὐτὸ καὶ τύχη πινῇ ἀξίας & πρεσβείας. Sed hoc ultimum ad idem tempus debet referri quo quis morbo decumbit & dignitatem aliquam vel processum adsequitur. Non potest igitur unus idemque ἀφ' ἑαυτοῦ vel Chronocrator sive benevolus sit sive malevolus, duorum simul contrariorum auctor existere. Si benevola quippe sit stella, bonum efficiet tantum. Si maligna malum. Ubi autem simul accidit eodem tempore vel ex eadem re bonum & malum, ad diversos ἀφ' ἑαυτοῦ referenda est. Valens dixit ἐκ ἀφ' ἐνὸς θεσμοκράτορος, qui idem est ἀπὸ χρόνου, hæc perfici, ἀλλὰ ἀπὸ πολλῶν. Ptolemæus

lemæus ὑπὸ πολλῶν αἰφύσεων lib. IV. capite
 de Temporum divisione, ὑπὸ τῶν κυριαρχούντων
 αἰφύσεων ποιησόμεθα, πασῶν μέρτοι, ὅτι ὑπὸ
 μιᾶς ὥστερ ὅτι τῶν ζώης χρόνων. Scholiastes
 ejus Anonymus cum locum interpretans
 modo χρονοκράτορας nominat, modo αἰφύ-
 τας. Εἰπὼν, inquit, ὡς τῶν καθολικῶν χρόνων
 καὶ χρονοκρατόρων, νυνὶ φησὶ ὡς τῶν μερικῶν τῶν
 ἐν ἐκάστῃ γένεσιν θεωρημένων. ἔχ' ἓνα ὃ λαμβάνει
 χρονοκράτορα, ἀλλὰ πλείονας. Εἰπεὶ γὰρ ὅτι ἐν-
 δέχεται ὡς ὅτι πολλοὶ τὴν αὐθροπίνην φύσιν
 ἀμιγῆ ἔχον τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ἀναγκαῖον
 εἶναι πλείους λαβεῖν αἰφύτας. Πολλοὶ γὰρ ἐν τῷ
 αὐτῷ χρόνῳ συμβαίνει λύπη καὶ κέρδι. Καὶ ὑπὸ
 τῶν αὐτῶν αἰφύτων τὰ ἐναντία λέγονται ἢ διωσόμεθα,
 ἀλλ' ἐξ ἑκάστης καὶ ἑκάστης. Cum dixisset de generalibus
 temporibus & Chronocratoribus, sive temporum do-
 minis, nunc scribit de particularibus, qui in una-
 quaque genesi spectantur. Non unum autem acci-
 pit Chronocratorem, sed plures. Quoniam enim ut
 plurimum non capit natura humana, ut sincera ha-
 beat mala vel bona, necesse est ut plures accipiantur
 Apheta. Sæpenumero quippe usu venit ut uno eodem-
 que tempore dolor & lucrum homini uni contingant.
 Non possumus autē ex vno Apheta contraria predicere,
 sed ex alio atq; alio. Ex quibus luce liquidius pa-
 tet αἰφύτῳ & χρονοκράτορα eundem esse. Id-
 que ex alio ejusdem Scholiastæ loco manife-
 stum est in hæc verba: ἔστι γὰρ ὥστερ ἐν τῷ ὡς
 χρόνων ζώης ἓνα. ἵνα αἰφύτῳ ἐκείνῳ, ἔτω καὶ
 ἐν-

ἐνταῦθα, καὶ ἡ αἰτία δὲ ἦν πλείονας λαμβάνει
 χρονοκράτορας ἐν τῇ πρεσβείᾳ ὁρᾷ. Atqui
 Chronocrator diversus est ab eo quem no-
 minarunt Dominū vitæ vel genituræ, & Græ-
 ci κύριον τῆς ζωῆς, κύριον τῆς γένεσως & οἰκο-
 δεσποτῆν τῆς γένεσως & τῆς ζωῆς. Male ergo
 Ἀφείτῳ Cardanus semper reddit Ptolemæi
 Tetrabiblo, *vita moderanda principem & vita gu-
 bernatorem*. Nec rectius viri Græce doctissimi
 ἀφελικὰ Loca interpretantur à quibus vitalem
 auspicamur decursum. Hoc proprie perti-
 net ad Dominum genituræ quem & *Datorem
 vite* nominabant, teste Firmico. Ἀφέτας autem
 & ἀφέςς, id est χρονοκράτορας & χρονοκρατο-
 ρίας ad alia etiam sumi auctor ipse est Ptole-
 mæus, qui lib. iv. cap. ultimo, ex quinque κυ-
 ριωτάταις quas vocat ἀφέςσιν, eam ἀφείν
 quæ ab Horoscopo sumitur, ad ea quæ cor-
 pori accidunt, facere ait. τὰ σωμαλικά τῶ συμ-
 πλωμάτων appellat. Item ad peregrinationes.
 Quæ à Fortunæ sorte, ad possessiones, πρὸς
 τὰ τῆς κτήσεως. Quæ à Luna incipit currere,
 eam sumi ad animi passiones, & convictus.
 Quæ à Sole fit, ad dignitates & gloriam per-
 tinere. Quæ à medio cælo deducitur, ad re-
 liquas vitæ transigendæ rationes, ut sunt a-
 ctus vitæ omnes, amicitia, & liberorum pro-
 creatio. Hi omnes ἀφέται & ἀφέςς ad vitæ
 spatium nihil prorsus faciunt. Eadem ferme
 habet auctor Carpi qui non est Ptolemæus,
 Apho-

Aphorismo LXXVII. his verbis. Ποίησιν τὸν
 εἰπατὸν ὃ ὠροσκόπος Διὰ τὰ σωματικά, ἢ ἡ κλί-
 ρα ἢ τῆς Διὰ τὰ ὁπτικὰ. τῆς ἡ σελήνης Διὰ
 τὴν σωματικὴν ὃ σῶματ' πρὸς τὴν ψυχικὴν, ὃ
 ἡ μεσημβρινὴ Διὰ τὰς περὶ τῆς. Quattuor no-
 minat non quinque, & Solem omisit. Arabs
 interpres addidit, sed præter auctoris senten-
 tiam & ex Ptolemæo ut apparet, اورج
السلطان. Quæ Pto-
 lemæi verba sunt. τὰ ὁπτικὰ non sunt exter-
 na, sed possessiones quæ acquiruntur, acqui-
 sitiones, τὰ κτηνικά. Legendum autem, τὸ με-
 σημβρινὸν pro ἡ μεσημβρινὸν. Ὁ μεσημβρινὸς
 est meridianus circulus. τὸ μεσημβρινὸν subau-
 ditur κέντρον, estque μεσσηνία. Sic τὸ με-
 σσηνίαν dicitur, & τὸ διῶον, & intelligitur
 κέντρον. Ita ὑπόγειον vel ὑπόγονον etiam ap-
 pellatur, & κέντρον debet intelligi. Firmicus
 in libris scriptis, *Mesuratum, Hyrogeon*. μεσση-
 νοῦ, ὑπόγονον. Græci enim τὸ μεσημβρινὸν ap-
 pellant pro meridie, ut τὸ ἐωθινὸν pro mane.
 Cum meridies est, Sol μεσσηνίαν. Unde &
 μεσημβριάζην idem quod μεσσηνίαν, ut su-
 pra notavimus. Pollux lib. IV. cap. XX. de
 Astronomicis nominibus, μεσημβριάζην, τὸ
 ὑπὲρ κεφαλῆς εἶναι, τὸ μεσσηνίαν ὃ Αἰγυ-
 πτίων. Potest tamen & ὁ μεσημβρινὸς dici pro
 μεσσηνίαν, si subintelligatur τὸ π' . At-
 que ita etiam vocarunt. At Astrologi quibus
 hodie *Meridianus* dicitur τὸ μεσσηνία cui

opponitur *Septentrio* pro ἀήμεσθρῆνῆμα, tota veri regione errant. Περίπατον autem auctor Carpi in verbis supra allatis manifesto appellat quæ Ptolemæo ἄφεις. Valens qui eadem ferme habet de his Aphesibus, ἄφειν τῶν ἐτῶν appellat cum de Sole loquitur, ἐπὰν πρὸς δόξης, ἢ πρὸς εὐρίας καὶ φαντασίας καὶ πατρὸς καὶ μεζόνων πρὸς ὧπων καὶ ὅσα ποτὲ ἡ φύσις ἔῃ ἡλὶς εἴωθεν ἀποτελεῖν ἀπ' αὐτῆς πλὴν ἄφειν τῶν ἐτῶν ποιησόμεθα. Ergo πείπατον πείσθαι & ἄφειν πείσθαι idem est. Ea voce & alibi hoc eodem sensu utitur auctor Carpi, ut Aphorismo LXXXVIII. Ὅτε βεβλόμεθα ποιῶσιν τὸ πείπατον ἔκ κλήρης τὴν τύχης ἐν ὧ τῷ ἐοικαυτῷ τῆς ἐναλλαγῆς, λαμβάνομεν ἀπὸ ἔῃ ἡλὶς ὑπὲρ σελήνῃ καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ἔῃ ὠροσκοπῆς. Hoc alii dicunt ἄφειν πείσθαι. Sed & cum dixit Aphorismo LXVI. μὴ μόνον τῷ πείπατῳ χρῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι δόσεσι καὶ τῷ λήψεσι τῶ ἀτέρων, ibi omnino πείπατῳ idem quod ἄφεις. Scholiastes Ptolemæi cum scribiteum esse καθολικὸν ἀφῆτῳ cuius est πείπατῳ, idem dixisset si scripsisset, cuius est ἄφεις. Περίπατῳ idem quod δρόμῳ, & ἄφεις cum sit initium δρόμου, pro δρόμῳ ipso accipitur. Arabes reddiderunt قسبر. Quinque igitur aut quattuor illi ἀφέται nihil ad vitæ spatium vel βιωσίμους χρόνους attinent, neque tempora vivendi dividunt, sed alius ex his felicitatem aut infeliciem exitum actuum portendit, alius modum.

ac-

acquirendarum facultatum dat aut adimit, alius ad dignitates evehit aut iis spoliat, alius denique ad affectiones animi valet, prout bene aut male collocati fuerint, & alias stellas *σωεργύσας* aut *δοποσωεργύσας* habuerint. Quoniam autem hæc sine tempore non fiunt, & diversis temporibus accidunt, ideo & temporum in his divisione opus est & partitione inter occurrentes stellas beneficas aut maleficas. Et plurimum refert quid quæque stella suscipiens tempus ab alia decernat. Omnia enim, ut ait Firmicus & Græci Astrologi, quæ cuique proveniunt bona vel mala ista temporū ratione colliguntur. Inde ergo *ἀφesis* & *ἀφελίδες* stellæ, quæ sic tempora quibus ista eveniunt inter se distribuere solent. Inde & *χρονολόγοι* qui temporis accepti à se, vel ab aliis traditi, dominatum accipiunt. Hoc sensu *ἀφῆται* non sunt vitæ prorogatores, nec vitæ gubernatores, sed temporum domini, & curriculum spatii moderatores, dum ea incipiunt ipsi, & aliis post se tradunt decurrenda. Generaliter hæc vera est ac propria vocum *ἀφῆτης* & *ἀφesis* significatio. Quæ & ipsa locum habet in spatio vitæ decernendo, id est temporibus definiendis quæ cuique genefi decreto stellarum attributa finguntur. Ubicumque enim initium temporis ponitur, curriculum, & finis, ibi etiam *ἀφῆσις* esse necesse est, & *ἀφῆται* qui initium illius temporis faci-

ciat & curriculum absolvat. Ideo & Ptolemæus cum de spatio vitæ tractat, & χρόνοις, ut vocat, βιωσίμοις, ἀφέτας etiam ibi nominat, & ἀφελπκὺς πῶπκς & ἀφέσεις. Sed aliter ea res procedit in statis vitæ temporibus, aliter in aliis rebus & eventis quæ in tempore aliquo vitæ eveniunt. In temporibus vitæ præstitutis, una tantum ἀφέσις opus est unoque ἀφέτη, quia de universali cursu vivendi tū est quæstio quam καθολικῶν ἐτῶν ὑπόστασιν vocant. Ea ut cœpta est, ita ad finem debet decurrere, nisi incidatur occursum aut radiis malevolarum stellarum. Una ergo stella est vel unus ἀφέτης qui dominus est atque arbiter totius illius ἀφέσεως vel ὑπόστασεως ἐτῶν quæ à natali die cursum incipit, & ad exodium usque quasi ad metam decurrit. Nulla ergo temporum divisio aut distributio inter tradentes & accipientes stellas ibi requiritur, quia unus vitæ cursus est quem una stella potest moderari & regere ab initio usque ad finem qualiscunque ille futurus est. In aliis quæ vitam intercurfant negotiis & accidentibus variis, quia mixtura eorum multiplex è bono & malo simul temperata est, aut modo à bono incipit & in malum definit & contra, idcirco non una ἀφελσις in his locum habet, ubi tot dissimiles incidunt eventus effectusque, & sæpe numero contrarii. Duobus locis diversis Ptolemæus de Aphetis, & Aphesibus, & Aphescon

seon modis & locis tractavit, primum libro tertio ubi *ἐν χρόνῳ ζωῆς* titulum tractationi illi fecit. Quæ vitæ tempora, ut dixi, eo usque æquali tenore decurrunt donec quocunque modo finiantur, ideo & ab uno *ἀφ' ἑνὸς* diriguntur & unā habent *ἄφεσιν*. Secundo de Aphetis dixit lib. 1 v. & *ἐν χρόνῳ ἀφαιρέσεως* inscripsit, diserteque ibi scripsit, non ab una *ἀφ' ἑνὸς* ut cum quæritur de vitæ spatio, tempora illa esse æstimanda & metienda, sed ab omnibus. Rationē subjungit, quam supra attulimus. Quia nempe vitæ curriculi unus tenor est, de quo non aliud quæritur quam quantus sit futurus, & quando finem habiturus. Ea gratia ab uno petenda est ejus directio & moderatio. In aliis quæ vitæ accidunt, cum una stella bonum simul & malum decernere nequeat, quod sub idem tempus plerumque solet contingere, plures sunt *ἀφ' ἑνὸς* vel temporum domini constituendi. Et hæc causa est illius *χρόνου ἀφαιρέσεως* quæ non habet locum nec usum ubi agitur de solo vitæ curriculo & termino. Quis igitur ille unus *ἀφ' ἑνὸς* qui universæ *ἐν τῷ χρόνῳ* dominium & arbitrium accipit? Is est quem dici diximus *οἰκοδεσπότην τῆ ζωῆς*, & *οἰκοδεσπότην τῆ ψυχῆς*. Interdum etiam absolute *οἰκοδεσπότην*, ut ait Firmicus & alii confirmant. Is est magnus *ἀφ' ἑνὸς* & generalissimus omnium. Qui possint hoc munus tueri, quattuor vult principa-

cipales esse idem Ptolemæus, Solem, Lunam,
 Horoscopus, & Sortem Fortunæ, eosque qui
 proprie domini genituræ dicebantur, id est
 reliquos quinque planetas, si modo notas ha-
 berent quæ necessariae sunt ad dominatum
 genituræ accipiendum. Alia præterea est ratio
 ἀφετῶν cum tempora dividunt quando quæ-
 stio est de generali annorum vitæ ὑποπόσις.
 Primum unus tantum dominatum universi
 vitæ spatii tener, & una est quæ ab eo decurrit
 ἀφ᾽ ἑσῆς usque ad finem. Deinde non alios
 tunc agnoscit ἀφ᾽ ἑτίας quam qui in locis ἀφε-
 λικῆς constituti fuerint. Loca autem ἀφεπικὰ
 sola quinque admittit, cum de spatio vitæ
 agitur. Nam omnino in locis ἀφεπικῆς inve-
 niri oportere statuit qui dominus τῆ ἀφ᾽ ἑ-
 σεως esse debet. Πρῶτον, inquit τὸ πᾶς ἡγήτειον
 ἀφελικὸς ἐν οἷς εἶναι δεῖ τὸ μέλλοντα πλὴν κυρίαν
 τῆ ἀφ᾽ ἑσεως λαμβάνειν. Sola autem loca probat
 ad eam ἀφ᾽ ἑσιν quæ vitæ annorum substantiam
 auspicatur & decurrit, illa quæ supra terrā emi-
 nent: Nam τὸ ὑπὸ γλῶσσαν ἀφ᾽ ἑτητίον. Om-
 nis locus qui sub terra est ad hujus ἀφ᾽ ἑσεως domina-
 tum rejiciendus est. Ratio, est quia omne quod sub
 terra est vitæ, & luci parum idoneum. Nec om-
 nia tamen loca probat quæ in superno sunt
 hemisphærio. Nam & octavum improbat. Is
 quippe locus mortis est, & nulla societate cum
 Horoscopo ligatur. Duodecimum etiam lo-
 cum non recipit inter loca ἀφεπικὰ, quamvis
 supra

supra terram sit, & ante Horoscopum quem præcedit oriatur, quia, inquit, è terra exhalationes sursum tendentes puritatem ejus inficiant. Quod est ineptum & inscitum, quasi vapores è terra ascendentes eo usque pervenire possint. Sola igitur quinque loca ἀφελια recipit, in quorum aliquo nisi sit qui Aphesis dominatum accepturus est, non potest esse ἀφής, hoc est vitæ dator & genituræ Dominus. At in Aphetis qui sunt Chronocratores, & Chronocratorias ad alias res obtinent quam ad ὑπόστασιν τῶν βιωσίμων ἐτῶν, etiam locorum subterraneorum ἀφής sumebantur, ut ἔτι παλαιῶν cum quæstio erat de fundamentis ponendis, aut de fundis aut de rebus absconditis aut mortualibus, ut est apud Valentem. Loca hæc fuerunt supra terram quæ pro ἀφελιαῖς habenda sola censet Ptolemæus cum de vitæ substantia agitur, sive de ἀφής τῆς ὑποστάσεως ut eam alii vocarunt, Medium nempe cælum, qui decimus est ab Horoscopo locus, ipse Horoscopus qui primus est τὸ δωδεκάρονον, undecimus qui est ἐναντιοῦς Medii cæli cui & succedit, Occasus, qui septimus est locus, & nonus qui præcedit Medium cælum. Non est ergo idoneus ad suscipiendam τὴν ἀφῆσιν τῶν βιωσίμων χρόνων nisi qui horum locorum quinque aliquem possideat. Circa ipsos autem ἀφῆτας qui talem ἀφῆσιν accipiunt, sive ἀφῆσεως dominatῆ, quæ annorum vitæ curriculum

omne

omne perficitur , Ptolemæo quattuor sunt præcipui & principales, ut diximus, Sol, Luna, Horoscopus, Pars Fortunæ, & ex aliis quinque planetis qui domini fuerint genituræ effecti. Ita enim accipiendum in Ptolemæi verbis, καὶ ταῦτα ἡ πάλιν ἀφέτας ὡς ἀληπλέον οὗ κυριωτάτης πείρας τῶν πέντε, ἥλιον καὶ σελήνην, ὠροσκοπον, κληρον τύχης, ἔσθ' οἰκοδεσποτήσαντας. Quæ verba nos infra plurimus sumus explicaturi. In quibus notandum est Solem & Lunam & Horoscopum cum Sorte Fortunæ ἀφέτας quidem dici & esse, sed non οἰκοδεσπότης, id est genituræ sive vitæ dominos. Quod & alio loco confirmat Ptolemæus ubi exponit quot sint ἀφέτες. Ibi enim scribit omnium Aphetarum primum ac præcipuum esse Solem in diurna genitura si sit in loco Aphetico, deinde Lunam. Si non sit Luna neque Sol in loco Aphetico, is accipiendus est planeta qui plures habuerit notas οἰκοδεσποτίας, sive genituræ dominatus, id est plura suffragiorum puncta per quæ οἰκοδεσποτία alicui stellæ defertur. Ea suffragia, λόγος vocat Ptolemæus, Hephæstion etiam ψήφος. Quinque sunt, ut idem ait lib. iii. capite de Horoscopi colligendi modo. τρίγωνον, οἶκος, ὕψωμα, ὄρειον, φάσις ἢ συζημαλισμός. Trigonum, domicilium, altitudo, finis & irradiatio sive configuratio. Qui ex his quinque calculos plures tulerit, is οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως constituendus est. Hephæstion, ὁ δὲ τῆς γενέ-

γενέσεως οἰκοδεσπότης πλείονας λόγους ἔχων ᾧ
 πέντε, τέττερι οἴκῳ, ὑψώμαλθ, τεργών, ὀρίων,
 φάσεως πρὸς τὸ ἥλιον. Ipse Ptolemæus, τέττερι
 ὅταν οἰκοδεσπολικῶν τρόπων πέντε ὄντων τρεῖς ἔχη
 πρὸς ἓνα ἢ καὶ πλείονας ᾧ εἰρημύμων, εἰ ᾧ μὴ, τελευ-
 τῶν ᾧ ὠροσκόπον. Ex quibus liquet neque So-
 lem neque Lunam dominos genituræ esse
 posse, neque etiam Horoscopum, neque Sor-
 tem fortunæ. Dicit primo in diurna genitu-
 ra prius Solem esse accipiendum pro ἀφότη ἢ
 sit in loco Aphetico: si non sit, Lunam: si neu-
 ter sit, aliquem ex planetis quinque qui pos-
 sit esse οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως, id est qui
 plures calculos ex quinque supra dictis tu-
 lerit. Si non sit planetarum aliquis οἰκοδεσ-
 πότης, tum ultimo Horoscopus erit pro Aphe-
 ta. In nocturna autem genitura Luna pri-
 ma est ἀφελίς accipienda, aut si non sit, Sol:
 deinde inquit, σὺν πλείονας λόγους ἔχων τῆς
 οἰκοδεσποτίας, nempe aliquis planeta qui possit
 esse genituræ Dominus. Si nullus sit, tum Ho-
 rosopus, deinde Sors fortunæ. Ideo autem
 Sortem Fortunæ in nocturna genitura deligit
 non in diurna, quia ὠροσκόπος est σεληνιακός,
 nocturnus nempe Horoscopus. Addit ibi-
 dem Ptolomæus; εἰ ᾧ μὴ, τελευτῶν συνοδικῆς
 μὲν ἔσης τὸ πρὸς γεννημῆος συζορίας, τὸ ὠροσκόπον
 πανσεληνιακῆς ᾧ τὸ κλῆρον τῆς τύχης. εἰ ᾧ μὴ, τε-
 λευτῶν ὁ ὠροσκόπος ἀφίησι σὺν χρόνους. Si con-
 junctio luminum præcesserit, Horoscopum accipie-
 mus.

*mus. Si oppositio, partem Fortuna. Sin minus, ultimo Horoscopus incipit tempora, ἀφίησι τὸν χρόνον, idest ἀφέτης ἐστὶ τῶν βιωσίμων χρόνων. Ex quibus animadvertere licet, neq; Horoscopū, neque κληρον Fortunæ, neque Lunam, neque Solem, genituræ dominos, sive οἰκθδεσποῦτας τῆς γενέσεως appellari, sed solos quinque planetas qui modo suffragia ea tulerint quæ desiderantur ad dominatum genituræ, idest οἰκθδεσποζίαν, assequendum. Quibus consentit quod notavit Firmicus lib. IV. cap. XI. *Mud autem scire debemus quod neque Sol, neque Luna in aliqua genitura domini efficiantur. Totius enim domini dedignantur partis dominia sortiri. Sic enim ille locus legendus. Quod & repetit sequenti capite XIII. Scire autem nos oportet, sicut superius comprehendimus, quia Sol & Luna nunquam accipiunt genituræ Dominatum. Ideo & eodem capite XII. quo tractat de domino genitura, ut habetur titulus in vetusto exemplari, de solis quinque planetis narrat, qualia eorum futura sint decreta, si domini genituræ fuerint inventi aut effecti. Quod idem deprehendere est apud Ptolemæum lib. II. cap. VIII. ubi memorat generalia & particularia, quatenus ad vitam hominis pertinent, quinque errantium ἀποπελέσματα cum dominatum genituræ acceperint. ὁ χρόνος ἀσχηρόν ἐστι τῶν οἰκθδεσποζίαν λαχόν. Ita de aliis. Pro quo dixit Firmicus, Saturnus si dominus genitura fuerit effectus. Nam οἰκθδεσπο-**

δεαυτότης absolute Dominus est genituræ, ut
 eodem capite monuit idem Firmicus, Do-
 minum genitura quem Græci οἰκοδεαυτότην vocant,
 quæ ratione colligere debeas. Hephæstion lib. i. ca-
 pite *ὡς καὶ τοῖς ὀπισκίψεων ἔσπιλεμύων*,
 eadem ferme habet quæ Ptolemæus de quin-
 que Planetaris qui οἰκοδεαπολίαν sive κυρίασιν
 acceperint, & simul etiam explicat quænam
 οἰκοδεαπολία sit intelligenda cum ait, λαμ-
 βάνει) ἢ ἡ τέτων οἰκοδεαπολία ὅτι μὴ τὸ πλάνω-
 μύων ἔτις, & adjicit qui ex quinque illis su-
 pra memoratis suffragia plura habuerit, ἐκεί-
 νῳ λήψει) μόνῳ τὴν οἰκοδεαπολίαν. Soligitur
 & Luna, item Horoscopus & Κλῆρῳ Fortu-
 næ in genituris ἀφίεται esse possunt, non item
 οἰκοδεαυτότης. Reliqui planetæ οἰκοδεαπολίαν ge-
 nituræ ita accipere possunt, si unum vel plura
 vel omnia puncta tulerint ex supra dictis. τέτ-
 τιν εἰ ἐν πῇ. ὅ πλείονα τέτων ἢ καὶ πάντα ὁ ζητέ-
 μῳ ἔχη τόπος πρὸς τὸ μέλλοντι οἰκοδεσποτήσιν,
 ut scribit Hephæstion lib. ii. capite *ὡς ὁροσ-
 κοπέσης μοίρας*. Valens quoque *ὡς πρὸς οὐ-
 σεων τῆς σελήνης*, Solem & Lunam & Horosco-
 pum in genituris ita generalem ἀφείσιν τὴν ὑπο-
 στίσεως, accipere dicit, universæ annorum sub-
 stantiæ, ut eas distinguat à dominis genituræ
 planetis qui similiter eam ἀφείσιν suscipiunt
 cum domini genituræ effecti fuerint. εἰάν πως
 καὶ ἡ ἀφείσις τῆς ὑποστίσεως *ὡς τὸ ἥλιον ἢ τὴν σε-
 λήνην ἀρεθῇ* & *ὡς τὸ οἰκοδεαυτότην*. Ergo οἰκοδεσ-
 ποτής

πότης, i.e. genituræ dominus, etiam ἀφίτης est
 cum ἀφείσιν τῆς ὑποστάσεως habet, sed Sol &
 Luna & Horoscopus cum talem ipsi ἀφείσιν
 fuscipiunt non etiam accipiunt τὴν οἰκοδεσπολίαν
 τῆς γενέσεως, nec vocantur οἰκοδεσπόται τῆς ζωῆς,
 sed generales sunt ἀφίται totius substantiæ an-
 norum vitæ. Ut autem quinque Planetæ pro-
 prie accipiunt οἰκοδεσπολίαν τῆς γενέσεως & inde
 appellantur, non minus & ἀφειτῶν generalium
 sive καθολικῶν appellatione gaudent. Hujus-
 modi ἀφίται & οἰκοδεσπόται, sive domini to-
 tius genituræ, separantur à Chronocratoribus
 sive temporum dominis, quos minorum gen-
 tium ἀφίτας soleo vocare. Hi ad reliqua vitæ
 fata sumuntur, actiones, negotia, accidentia
 varia, fortunas & alia ejusmodi, & vocantur
 domini earum rerum quarum significationes
 & eventus prosperi aut infelices ab his petun-
 tur. Nam is unde petitur actionum bonus
 aut malus exitus, vocatur οἰκοδεσπότης τῆς πρά-
 ξεως, quem & τῆς πράξεως κυρίαν λαβεῖν δι-
 xit Ptolomæus. Is qui honores & dignitates
 promittit, οἰκοδεσπότης τῆς δόξης. Sic & ὁ πρῶτος
 βασιλεὺς βασιλείας vocatur auctori Carpi, qui
 regit temporis quo quis regnat dominatū ac-
 cipit, qui potest etiam dici, οἰκοδεσπότης τῆς βα-
 σιλείας. Anonymus Scholiastes apud Ptole-
 mæum lib. iv. ad hæc verba ἐκ τῆς τῆς οἰκοδεσ-
 πολήσαντων, οἰκοδεσποτίας, inquit, λέγε οὐτὶς κυ-
 εῖας πράξεων, οἵτινες ἐν τῷ μεσσηνίματι ἡ ὥρη
 γυμνέ-

γυμνῶν πᾶσι & ἡλίας δειλῶν). Sic apud eundē
 Ptolemaeum alius οἰκοδεσποῖαν τὴν ψυχῆς καβαλῶν
 dicitur, qui rerum ad animam pertinentium
 moderamen gerit. Est etiam qui dicitur θανάτου
 κύριος, qui mortis dominatum, τὴν κυρίαν, ac-
 cepit, per quem nimirum quacunque via mors
 venit, pro ut est planetę natura qui θανάτου mor-
 tis dominus fit. In genere omnes ad istum mor-
 dum minores ἀφ' ἐκείνου, vocantur etiam οἰκοδεσπο-
 τῆς τῆς ἀφ' ἐκείνου, sed hæc ἀφ' ἐκείνου non est το-
 tius geniturę sive substantię vitę annorum;
 sed alicujus negotii, casus, tempotis nempe
 subservi in quo aliqua accidentia contingunt.
 Sic sæpe οἰκοδεσποτῆς τῆς ἀφ' ἐκείνου, & οἰκοδεσπο-
 τῆς τῆς γενέσεως distincti apud auctores ge-
 nethliacos reperiuntur. Cæterum illa ἀφ' ἐκείνου
 non est ἀφ' ἐκείνου τῆς ὑποστάσεως, sed spectat ali-
 quas τῶν πραγμάτων ἀφορμὰς & οὐκ ἐπὶ τὸν βίον γενε-
 μῶν αἰρέσεως. Sic οἰκοδεσποτῆς ἐτῶν & χρόνων ubiq;
 appellantur ipsi Chronocratores, qui tamen
 sunt diversi ab illis ἀφ' ἐκείνου quos οἰκοδεσποτῆς
 τῆς ζωῆς vel γενέσεως vocatos docuimus. Hæc
 οἰκοδεσποτῶν varietas magnam peperit con-
 fusionem in scriptis Arabum & recentiorum
 Astrologorum qui malas eorum versiones lo-
 quuti sunt. Ne Græcorum quidem nonnulli sa-
 tis distincte hæc explicare potuerunt, cum falsi
 essent perturbate de horum nominum permuta-
 tione multa offendi in veterum scriptis. Pot-
 phyrius Isagoge sua ubi tractat de differentia

οικοδεσπότης ἢ κύριος ἢ ἡγεμὼν, perperam
discernit κύριον τῆ γενέσεως ab eo qui dicitur
οικοδεσπότης τῆ γενέσεως. Sic enim habet, πινὲς ἢ
ἀπὸ λῶς τῶ ὄροσκοπῶντα ὁρίων κύριον οικοδεσπότην
πρῆσσι τῆ γενέσεως & σιωοικοδεσπότην τῆ ζῳδίας,
κύριον ἢ τῆ γενέσεως, οἱ μὲν τῆ μεσσηρινήματος δε-
σπότην ὀρίζον. Non una quidem fuit veterum
opinio de ratione inveniendi domini genitu-
ræ, sed certum est κύριον τῆ γενέσεως & οικοδεσπο-
τήν τῆς γενέσεως eundem esse; Nam & οικοδεσπο-
τία & κυρία idem est Ptolemæo, Hephæstioni,
Valenti & aliis. Et οικοδεσποτίαν & κυρίαν λα-
βεῖν, dominium accipere. Sic κύριος τῆ ἀφέ-
σεως & οικοδεσπότης τῆ ἀφέσεως idem, ut οικοδε-
σπότης ἔτης & κύριος ἔτης. Præter οικοδεσποτήν
τῆ γενέσεως, qui & aliquando absolute κατ' ἐξο-
χὴν οικοδεσπότης appellatur, hoc nomē proprie
datum est ab astrologis antiquis Græcis ei pla-
netæ qui domicilii erat dominus. Ita enim He-
phæstion, οικοδεσπότης λέγει ὁ ὅστις κύριος,
σιωοικοδεσπότης ἢ ὁ συμμετέχων οἴκῳ, ὅταν ὅστις
οἶκος ἢ, ὅστις ὑψωμα, ἢ τείνωνον, ἢ ὅστις ὅριον. Oeco-
despotes dicitur domicilii dominus, Synoecodespotes ve-
ro qui consors est domicilii, ut cum alterius est domus,
alterius altitudo, alterius trigonum vel finis. Subjun-
git οικοδεσπότην τῆς γενέσεως vocari eum plane-
tam qui plures ex quinque supra memoratis
calculos habuerit, nempe domicilio, trigono,
fine, altitudine, & configuratione. De quo
nos jam in superioribus. Alii aliter definie-

funt

runt genituræ dominum. Ex pluribus sententiis eam verissimam esse affirmat & ab omnibus comprobata, ut sit genituræ dominus cujuscunque signum post natum hominem Luna relicto eo signo in quo est, secundo loco fuisset ingressa. Ita enim ex veteribus libris scribendum. Sed hæc non agimus hoc loco. Quod ad nomen Ὀπικρατήτορος attinet, is est omnino qui alio nomine χρονοκράτωρ appellatur, qui & κρατεῖν τὸ χρόνων & Ὀπικρατεῖν apud auctores dicitur. Unde & Ὀπικρατήτωρ absolute vocatur. Et Ὀπικράτης pro χρονοκρατορία. Unde & sæpe jungitur cum οἰκοδεσποτία, ut Ὀπικρατήτωρ cum οἰκοδεσπότη. Et tunc intelligitur per οἰκοδεσπότην Dominus genituræ, per Ὀπικρατήτορα Chronocrator vel ἀφότης. Valens lib. III. cap. I. ὅθεν ἐπὶ αὐτῷ Ὀπικράτησιν ἢ τῷ οἰκοδεσποτείαν ὄρωμεν οἰκείως, πρὸς τὸ μείωσιν χρυσόμεθα τῇ περικλήμῃ ἀγωγῇ. Paulo post οἰκοδεσποτίαν τὴ ζωῆς & ἀφесιν ita distinxit, ut hoc loco Ὀπικράτησιν & οἰκοδεσποτίαν. Eodem capite Ὀπικρατήτορα appellat absolute Chronocratorem vel ἀφότην. ὅθεν σκοπεῖν δεήσει τὸ κύριον ὅρις πῶς πρὸς τὸ Ὀπικρατήτορα χηματίζεται. Is est Chronocrator sive dominator temporum. Idem in tractatu περὶ σωοδικῆς καὶ πανσελλωιακῆς ἀγωγῆς, manifesto quam Ὀπικράτησιν prius dixerat, ἀφесιν paulo post vocavit, & utramque ἀπὸ τῆ οἰκοδεσποτίας separavit, id est à dominio ge-

νικηται. Ἐν δ' ὅτε ἔστιν ὁπικρατήσεως ἢ οἰκοδεσποτίας
 ἔστιν, ἔστιν αὐτῇ αἵρεσις συντρέχει τῇ ἀφῆσιν ἢ τῇ οἰ-
 κοδεσποτείᾳ. Dicit, existente ὁπικρατήσιν ἢ οἰκο-
 δεσποτείᾳ, quia, ut supra diximus, quædam sunt
 geneses quæ neq; ἀφῆσιν habent siue χρονοκρα-
 τείαν, neque οἰκοδεσποτίαν, quæ & ἀνοικοδεσπο-
 τηται inde vocantur. In capite τοῦ χρόνων ἀφῆ-
 ρείσεως, ὁπὸ κλήρε τύχης, ἔστι δαίμον, ὁπικρατήσεως
 & οἰκοδεσποτίας conjunxit eodem sensu, ut ni-
 mirum ὁπικρατήσεως eadem sint cum χρονοκρα-
 τείᾳ. In Carpo qui Ptolemæo tribuitur, ὁπι-
 κρατήτωρ multis locis nominatur, ut Aphorif-
 μο χχv. πρὶν τὸ εἰπεῖν τὸν ὁπικρατήτορος ὅτι ἐστὶν
 ἐν μεσσηνίᾳ, ἀλλὰ τὸ ἀναφορῶν τὸ σφαίρας, ὅτι
 ἐστὶν ἐν τῷ ὠροσκοπίῳ, ἀλλὰ τὸ ἀναφορῶν τὸ κλίμα-
 τος. Vbi εἰπεῖν τὸν ὁπικρατήτορος appellat, τὴν
 ἀφῆσιν τὸν χρονοκράτορος quæ cum sit à Medii celi
 parte, per sphaeræ rectæ ascensiones facienda
 est, cum ab Horoscopo, per Climatis. Hoc alii
 vocant ἀφῆσιν ποιῶν, ὁπὸ τὸ ὠροσκοπίον & ὁπὸ τὸ
 μεσσηνίαν. Item, Aphorismo xxxi. ὁπι-
 κρατήτωρ βασιλείας appellat quem alii οἰκοδεσ-
 πότῃν τὴν βασιλείας appellant, Chronocratorem
 nimirum vel ἀφῆτῃν qui in illustribus ac re-
 galibus genituris tempora regnandi dividit,
 ut οἰκοδεσποτίας genitura vivendi tempora di-
 stribuit, ὅτι, inquit, ὁ ὁπικρατήτωρ τὴν βασι-
 λείας εἰς κλιμακτικὸν τὸν ἐμπέση, τελειότητι
 τῆς αὐτῆς ὁ βασιλεὺς ἢ ἄρχων πρὸς μέγας ἐν αὐτῇ.
 Item alio Aphorismo, ὁπικρατήτωρ & οἰκο-
 δεσπο-

δεσπότη junctim meminit, ut & Valens plu-
 ribus locis supra citatis, & per ἑπικρατήτορα
 Chronocratorem vel Apheten, per οἰκο-
 δεσπότην Dominum genituræ designavit. Οἱ
 ἑπικρατήτορες ἢ οἰκοδεσπότες ὑπὲρ τῆς σωδὸς ἑπι-
 κεντῶσιν ἑπικυχῶν δηλοῖ πάντα τὰ γινόμενα ἐν
 ἐκείνῳ τῷ μηνί. Quæ verba ita reddenda fue-
 re. Si Dominus temporum, aut Dominus geniturae,
 cum Luna in conjunctione est, in aliquo Cardinum
 inventus fuerit; significat in illo mense eventura
 quæ prædicta sunt. Vulgo reddunt, Si domina-
 tor, aut hospitator interlunii; quasi domi-
 nus signi in quo Luna cum Sole coit, duabus
 illis vocibus intelligatur. Quod ineptum est.
 Nec moris est auctoribus, illis duobus voca-
 bulis idem significantibus rem aliquam expo-
 nere. Male etiam ad aeris statum ex Lunæ &
 Solis conjunctione cognoscendum illius A-
 phorismi sententiam referunt, cum de genesi
 sit intelligenda. Aphorismo XLV. ἐπικρατή-
 τορας ἔχουσιν ἡμετέρας appellat, Chronocratores vel
 Aphetas natalis diei. Πᾶς ἀνθρώπος μὴ ἔχων
 οὐδὲ ἐπικρατήτορας ἔχουσιν ἡμετέρας αὐτῶν ἢ τῶν ὁμοό-
 πων, ἐν ἀνθρωπίνῃ ζωῇ οὐκ ἔστιν ἀποξενωμὸς αὐτῶν. Ubi perperam ἑπικρατήτορας accipiunt
 de Dominis genituræ quos οἰκοδεσπότες τῆς
 γενέσεως appellant; & ipse etiam Carpi au-
 ctor Aphorismo LII. οἱ μακρῶν ἀνδρῶν οἰκο-
 δεσπότης τῆς γενέσεως. Vocat plurium nume-
 ro, quia de pluribus etiam viris sermo est. Ar-

qui unicus est singulis genituris dominus geneleos, ut unicus Horoscopus, multi autem ὀπικρατήτορες sive χρονοκράτορες ob eas quas supra attulimus rationes. Et ipse etiam Ptolemæus ἀπὸ μιᾶς ἀφύσεως spatium vitæ, quam vocat βιωσίμων χρόνων ὑπόπασιν, deducendum esse diserte scribit lib. iv. in aliis tribui ἀπὸ πασῶν. Cum plures autem quasi disputabant planetæ in genitura de dominio vitæ, præferabatur cæteris, & solus ad οἰκοδεσπολίαν deligebatur qui pluribus suffragiis & prærogativis ad hoc niteretur. Hic ergo ὀπικρατήτορες non possunt esse genituræ domini sive οἰκοδεσπότου ἢ γένεσεως, cum uni genesi plures assignet, & unum Horoscopum. πῶς αὐθροπὸς μὴ ἔχων οὐδὲ ὀπικρατήτορας ἢ τὸ ὠροσκοπὸν ἢ γινεθλίαν αὐτῆς ἐν αὐθροποῖς ζώδιοις. Quod & alio Aphorismo idem etiam aperte ostendit ubi explicat quot modis temporum ratio percipitur in genesibus. Primum memorat qui percipitur ἀπὸ τῆς ἀφαιρέσεως δύο ὀπικρατητόρων. Quod manifestò intelligendum de distantia quæ intercedit inter duos Chronocratores. Nam de duobus dominis genituræ ratio quam supra exposuimus refutat. Nusquam enim mentio extat duorum in una genitura dominorum genituræ. Perperam vero enarrator illius Aphorismi duos illos ὀπικρατήτορας interpretatur de ambobus dominatoribus Ascendentis & Loci

in

in quo collocata est significatio rei inceptæ vel consultæ. Intelligit quippe auctor de duobus Chronocratoribus quorum unus primus circuli ἀφῆσιν suscepit, alter secundi. Ut in decennio primo cuius dominatum Sol suscepit, & secundo Luna, tertio Saturnus, quarto Juppiter. Quæ est ἀλλάξις inter duos χρονοκράτορας, inter Solem & Lunam, hanc & Saturnum, inter istum vero & Jovem, ea est temporum intercapedo, de qua loqui hic voluit auctor. Idem de aliis periodis temporum quantæcunque sint, quæ cum suis Chronocratores, sive ἀφῆται singulæ habeant, quantum est intervallum inter duos Chronocratores, id efficit curriculum illius periodi cuius ἀφῆσιν suscepierant singuli planetæ. At οἰκοδεσπότης τῆ γῆς ὅλης universam sine æmulo & socio τὴν ἐποικίαν vitæ peragendam accipit, eamque usque ad finem decretum fato perfert, nisi stellæ Anæreticæ occursum vel radiis tela vitæ incidatur, ut supra diximus. Hæc ἀφῆσις dominorum genituræ tot annos absolvit quot singuli planetæ decernunt, prout optime vel pessime aut mediocriter collocati fuerint. Ideo tres unicuique periodi adscribuntur, maxima, media & minima. μεγίστη, μέση & ἐλαχίστη. De quibus jam dictum est. Cum maximam decernunt, τέσσα ἔτη μετὰ εἰς τὴν dicuntur, id est, ut reddidit Firmicus, *integrum annorum numerum*. Cum mediam

πρὸς μέσση ἔτη, cum minimam πρὸς ἰδίᾳ ἔτη & πρὸς ἐλάττω. In primis igitur diligenter inspiciendum de Datore vitæ, id est Domino genituræ, & videndum quo in loco positus, & in quali signo, & in quibus partibus. Sed & dominus signi ipsius in quo ille erit constitutus, quo sit in loco, & in quo signo, & in quibus partibus positus. Item quatenus Luna & benevolæ stellæ cum respiciant. Ex his definiebant totius vitæ substantiam. Sic vocat Firmicus quæ Græcis καθολικὴ ὑπόστασις, dicitur, & ὑπόστασις ἐτῶν, item ὑπόστασις τῶν βιωσέμενων χρόνων. Ita Saturnus, si dator vitæ fuerit, hoc est dominus genituræ, integrum decernit annorum numerum hoc est πρὸς πέλητα ἔτη, periodi suæ maximæ annos LVII. Si medie, XLII. & menses sex. Si male, annos xxx. aut menses triginta aut dies triginta. Ita de aliis quæ jam supra explicata sunt. Sed de Saturni stella & de reliquis planetis liceat dixisse, *Si dominus genitura fuerit.* Nam illi soli οἰκοδεσπόται τῆς γένεως dicuntur & sunt. De Sole autem & Luna qui οἰκοδεσποῦνται τῆς γένεως non accipiunt, sed ἀφέονται duntaxat vocantur, simpliciter possis dicere, ut & dixit Firmicus, *Sol si bene decreverit, Luna si bene decreverit.* Post ea omnia subjungit idem Firmicus : *Si itaque dominus vitæ vel dator vitæ, id est dominus genitura, in domo sua, vel in altitudine sua, vel in finibus suis fuerit, & conditionis suæ,*
bonam

bonum ei testimonium perhibeant, id est bona illum radiatione respiciant, & ipsa stella qua testimonium perhibent bene sint posita, major annorum decernitur numerus. Per maiorem numerum intelligit τὴν μεγίστην περιόδον, vel τὰ τέλεια ἔτη singulorum planetarum quæ dominium genituræ acceperint. Quattuor autem ibi memorat λόγους ex quinque, quorum calculo vel suffragio planeta aliquis τὴν οἰκοδεσπολίαν accipit, ἢ οἶκον, τὸ ὕψωμα, τὰ ὄρεα, & τὰ χηματισμὸν. Quintum omisit τὸ τρίγωνον. Mediam vero, inquit, ætatem tunc præcipuè decernunt, si dator vitæ quidem sit in finibus suis, vel in suis domiciliis, aut in ortu suo, & dignitate sua, malevolis tamen sit radiationibus impeditus, vel in detrimento loco positus, aut nullius stellæ testimonio munitus. Per mediam ætatem intelligit τὰ μέσση ἔτη sive μέσσην περιόδον cuiusque planetæ. μέσσης χρόνος etiam vocat Valens. μερίζουσι ἦ, inquit, οἱ ἀστέρες καὶ οὗτοι μέσσης χρόνος ὧν δεσπόουσιν ἑταῶν. De maximis periodis idem ait, μερίζουσι ἦ καὶ τὰς τελείας περιόδους ἢ ἀναφοραί, ὅταν καλῶς τύχωσιν. Cæterum in illa generali omnium annorum vitæ ὑποστάσει, quam domini genituræ gubernant, cum una sit ἀφεσις hujus ὑποστάσεως quæ ab initio ad finem durat, cuiusque dominium unus obtinet planeta qui aut maximæ, aut mediæ, aut minimæ periodi annos ei dividit, quis locus Chronocratoribus? Aut ex tota illa tem-

poris

porum substantia quibus vitæ spatium definitur, quam ipsi partem accipiunt aut quomodo aut quando vel cur? Si enim unum est curriculum vitæ quod ab uno planctus domino genituræ decernitur, interdum longissimum, interdum brevissimum, interim vero inter utrumq; medium, ad quid temporum illa divisio quæ per Chronocratores invicem accipientes & tradentes certum annorum numerum vel dierum vel mensium? Dominus genituræ qui unicus est, solam dispensat annorum vitæ *ὑπόστασις* hoc est universum vivendi spatium quod extendit aut corripit prout bene aut male positus in genitura fuerit. In illo spatio vivendi, diversa intercurrent tempora felicitatum aut infortuniorum, gaudiorum aut dolorum, lucrorum & damnorum, ægritudinum & sanitarum, item periculorum & variorum casuum quibus in vita sua homo est obnoxius. Eorum temporum ut *ἀφίεσις* sunt speciales, ita stellæ etiam eas moderantur, ac præsentia sua, aut benevola vel maligna radiatione bonum vel malum decernunt. Inde etiam sunt *Climacteres* & *Climacterica tempora*, quæ & suas *ἀφίεσις* habent & earum moderatrices stellas quæ *Climacterica* ex eo etiam appellantur, & *κλιμακτηρίσματα*. Non præcidunt eæ occursu vel radiis, nec decoquunt decretum à genituræ domino vivendi spatium, ut faciunt

ἀναι-

ἀναιρέται, sed in discrimen adducunt vel vitæ vel fortunarū. Non evertunt nec prosternunt hominem, sed inclinant. Quod est proprie κλιμακίζειν & κλιμακτίζειν, & ἡ palæstra sumptum est, ut paulo post dicturi sumus. Hinc ἀναιρέτης & κλιμακτηρικός ὑποαντίστος Ptolemæo distinguuntur lib. III. quia illæ tollunt, istæ periclitari faciunt. Climacterum Apheses quidam à Luna deducendas putabant, ut est apud Valentem qui melius existimat ab omnibus eas stellis accipere. Εἰς πᾶσης οὐρανῆς γενέσεως ἔδοξε μὴ μόνον ἀπὸ τῆς σελήνης τῶν ἀφῆσεων τῶν κλιμακτῆρων ποιέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πάντων ἀστέρων, ἐξ ὧν οἵτε θανάτοφόροι χρόνοι καὶ βιωτικὰ σκυλμοὶ συννοηθήσονται. In omni autem genitura visum est non solum à Luna auspicationes facere Climacterum, sed etiam ab omnibus stellis, à quibus cognoscuntur letalia tempora, & vita vexationes. Ad hæc omnia igitur notanda tam felicia quam infelicia tempora Chronocratoræ valent, & Chronocratores ab Astrologis introducti sunt quibus ideo ejusmodi temporum distributio ac dispensatio data. Primum igitur fuit à domino genituræ tempus vitæ sive ὑπόπαισιν καθολικὴν ἐτῶν quærere, & per eum inventum vitæ spatium à Chronocratore singulis stellis dividere. Singularem librum de utroque scripsisse se ad Mutinum scribit Firmicus lib. IV. cap. XIV. De Domino nempe genituræ, & de Chronocratore. Sic igitur

igitur ait. Tempus ergo vita à Sole & Luna & ab Horoscopi parte, & quod est potissimum à Domino genitura diligenti debes ratione discutere, quæ omnia licet in hoc opere sparsim dicta sint, specialiter tamen in singulari libro quem de Domino genitura atque Chronocratore ad Mutinum nostrum scripsimus, & comprehensa sunt & explicata. Laborandum itaque est, & omni intentionis solertia quarendus genitura Dominus, ut per hunc invento vita spatio, & à Chronocratore singulis stellis diviso, omnia possimus quæ decreta fuerint explicare. Universum igitur vitæ spatium, τὸ ὅλιν πάσι, genituræ Dominus decernit, aut Sol aut Luna aut Horoscopus. Ex quibus confirmari vides quæ supra notavimus, solos quinque planetas οἰκοδεσπότας τῆς γενέσεως proprie vocatos, Solem vero & Lunam & Horoscopum quibus etiam addendus κληρὸς τῆς τύχης, ἀφ' ἑταί. Tota illa annorum vitæ substantia quantum ad vivendi spatium & terminum attinet à Domino genituræ per quem invenitur, etiam dispensatur: quantum vero ad specialia tempora, annos, menses vel dies quibus homo aliquid facit aut patitur boni malive, ea à Chronocratore singulis stellis dividitur. In quibus vides & Chronocratorem eum dici, quem & καθελεπὸν χρονοκράτορα appellant, qui aliis stellis tempora dividat, cum ipse sit ὡδεδίδας, reliqui planetæ ὡδελαβόντες. Inter illa specialia tempora quæ Chronocratoribus cedunt

dunt administranda, etiam *Climacterica* veniunt & *Climacteres*. Ideo ibidem continuo subiungit Firmicus. *Extra ceteros Climacteres septenni anni & noveni per omne vita tempus multiplicata ratione currentes naturali quadam & latenti ratione variis hominem periculorum descriminibus semper afficiunt.* Ex his patet qui sint proprie Chronocratores, & quatenus Dominis genituræ discernantur, & maximam hanc eorum esse differentiam, quod Chronocratores plurimi sint quia varia dentur tempora in universo vitæ spatio, res adversas & prosperas vehementia. Unus autē datur Dominus genituræ, quia licet intercisum sit diversis calibus vitæ tempus qui suo quoque tempore accidunt, unus tamen est vitæ curriculi tenor, quamvis infuscatus sit multis vicibus de malo in bonum aut de bono in malum transcurrentibus, aut ex utroque simul mixtis. Unus igitur principalis est & generalis ἀφ' ἑνὸς qui nempe vitæ est dominus, ut una est ἀφ' ἑνὸς universæ vitæ substantiæ. Ut plures autem sunt particulæ illius totius vitæ curriculi, ita & plures particulares ἀφ' ἑνὸς & χρονολογίαι. Quidam Arabum in ea sunt opinione per Aphretem sive Chronocratorem investigari eum quem vulgo *Alchocoden* corrupta voce Arabica appellat, ipsi vero Arabes *الليل* vocant, id est vitæ dominum, & Græci *ζωῆς διχοδεσπότης*. In ea sententia videtur etiam esse Porphyrius in
 Ifago-

Ifagoge his verbis, ὅταν ᾗ σῆσις ὀικραλήτορα, ἐκ
 τῆς οἰκοδεσπότης ληφθήσε. Sed fortasse an in-
 tellexerit de οἰκοδεσπότῃ communi qui domici-
 lii dominus est. Nam addit statim, ἔο στωιγο-
 δεσπότης, ὃ ᾗ ὅρων στωιγοδεσπότης. τῆς οὐ
 δεῖ ὀπισκέπτεσθαι πῶς κείν) ἢ ἐν πῶι χήματι εἰσί.
 Nam ille οἰκοδεσπότης cui jungitur στωικοδε-
 σπότης non potest esse nisi domicilii dominus,
 cuius στωικοδεσπότης habetur is cuius ὅρων est.
 Et sane ratione caret, ut per minorē Apheten
 major investigetur & inveniatur, cum de tota
 genituræ ὑποπόσι & vitæ spatio prius constare
 debeat. Vt in agrorū divisione *subscivā* intelligi
 nequeunt antequā universus agri modus men-
 sura comprehensus sit. Circulus major omnes
 minores cōtinet, ita ἀφείσις ὑποπόσιως omnes
 alias comprehendit minores ἀφείσις. Nullum
 autē tempus sine ἀφείσι, hoc est initio, ut nul-
 lum curriculi spatium quamlibet longum aut
 breve sit, quin ἀφείσιν habeat, id est locum unde
 cursus incipit. Sed & ipsa ἀφείσις pro toto sta-
 dii curriculo, ut hic. Prius ergo sciri debet quā-
 tum sit futurum vitæ totius spatium, quam in-
 quiratur qualia ejus diverticula aut particulae
 esse debeant, aut quid in his geri aut evenire.
 Frustra prædixero hunc aut illum vigesimo an-
 no vitæ nuptias feliciter contracturum, aut tri-
 gesimo ad magnas divitias perventurum, aut tri-
 quingagesimo aliquem dignitatis gradum
 conscensurum nisi compertum habuero ad
 cum

eum usque terminum ὑπόκεισιν ejus vitæ, si-
 ve ἄφεσιν ὑποκρίσεως, processuram. Idem est
 de Climacteribus vel Climactericis tempo-
 ribus. Quomodo enim prædicere ex arte
 cuiquam potero, trigésimo anno vitæ aut vi-
 gesimo aut quinto decimo, in magnum peri-
 culum vitæ aut fortunarum venturum, nisi
 prius dominum genitaræ ejus invenero, & eo
 invento quamdiu sit victurus exploravero?
 Ante notavimus Saturnum cum in Ariete po-
 situs est trigésimum vitæ annum pro Climacte-
 rico daturum. Scire itaque prius convenit an
 ultra illum annum ἄφεσις vitæ ὑποκρίσεως per-
 ventura sit. Idem de aliis Climactericis. Et
 certe Ptolemæus lib. III. ubi tractat de vitæ
 temporibus, ex omnibus quæ homini post diē
 natalem accidunt primā ait haberi debere ra-
 tionem τῶν χρόνων ζωῆς. Ridiculum enim esse
 καὶ τὸ ἀρχαῖον, cuiquam prædicere velle, quæ in
 singulis vitæ partibus ipsi eventura sint, τῷ
 μηδὲν ὅλως ἐκ τῶν βιωσίμων ἐτῶν ὑποκρίσεως ὅτι
 τὰς δὲ πελεσεκὰς αὐτῶν χρόνους ἤξοντες. Ei qui per
 substantiam annorum quos est victurus non
 queat ad illa tempora vitam prorogare quibus
 effecta astrorum eventum sint decretum sorti-
 tura. Ἀρχαῖος ille Petosiris est, cujus aliquo-
 ties meminit sive ejus sententiam sequatur
 sive rejiciat. Imperite vertit Cardanus, *Quando-*
quidem veterum de more ridiculū est. Rectius Scho-
 liastes anonymus, φησὶν ὁ παλαιοὺς, dicit *Antiquus.*

idest Petosiris. Illa autem *ὑπόστασις* annorum
vitz per dominum genituræ qui & *dator* vitæ
& *dominus* vitæ dictus est, debet investigari
& inventi, ut supra docuimus. Inde enim
οἰκοδεσπότης & *κύριος* τῆς ζωῆς & τῆς γενέσεως ap-
pellatus est. Ptolemæus, ut hæc *ὑπόστασις* inve-
niatur, tria requiri docet, primum loca *ἀφε-
λικά* in quibus esse oportet planetam *ἀφ' ἑτέρου*,
deinde ipsos *ἀφ' ἑτέρας*, postremo *ἀναιρέτας*.
Nam *ἀφ' ἑ* vitam auspicantur & decurrunt,
ἀναιρέται finiunt. Generalis igitur vitæ *ἀφε-
σις* & tota *ὑπόστασις* ab initio *ἀφ' ἑσέως* usque ad
finem quem dat *ἀναιρέτης* spectatur. Hoc fe-
fellit eos qui tradidere per *Aphetem* inve-
stigare quem vocant *Alchochoden*, qui est vi-
tæ dominus. Immo ipse ille *Alchocodes* est
ἀφ' ἑτης, & per illum & ab illo ducitur tem-
pus vitæ, quod totum dixit pendere ab *Aphe-*
ticorum locorum disquisitione, & ab illis qui
dominium τῆς ἀφ' ἑσέως accipiunt, & ex perem-
ptoriis locis & stellis. Græce dixit, *ἐκ τῆς αὐτῆς*
ἀφ' ἑσέως *ἡπικρατέωντων*. Sed & supra *ἡπικρατέωντων*
appellavit τῶν κυριαπύτων τόπων per quam di-
spici perhibet πλὴν ὑπόστασιν τῆς βιωσίμων χρόνων.
Quæ voces *ἡπικρατέωντων* & *ἡπικρατέων* vitæ sunt
imperitis de eo qui proprie dictus est *ἡπικρατέ-
ωντων* accipiendæ. Sed & *ὁμωνομία* vocis *ἀφ' ἑτης*
eos decepit, quæ cum communis sit *Chrono-*
cratorum & Dominorum genituræ, ita eam
confuderunt ut per *ἀφ' ἑτέρου* crediderint eum
qui

qui vitæ est Dominus, quem barbari *Alchocoden* appellant investigari. Hæc homonymia mire perturbavit Arabes ipsos eorumque interpretes, omnesque adeo recentiores vel in hac arte tribacissimos. Omnis οἰκοδεσπότης ἢ γενέσεως etiam ἀφ' ἧς, sed omnis ἀφ' ἧς non est οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως. Chronocratores omnes etiam ἀφ' ἧς sunt & dicuntur, sed particularitῶς ἀφ' ἑστέων arbitri & moderatores. Οἰκοδεσπότης ἢ γενέσεως, sunt etiam ἀφ' ἧς, sed ἀφ' ἑστέως quæ ad universam vitæ pertinet substantiam, & quantæ ejus sit futura longitudo decernitur, quæ inde etiam ἀφ' ἑστέως ἢ ἀποστάσεως appellatur, ut ex Valente supra notavimus. Cum plures autem esse possint οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως, non potest esse nisi unus in unaquaque genitura. Aut enim Sol est, aut Luna, aut Horoscopus, aut Sors fortunæ aut Medii cæli pars, aut quilibet alius ex quinque planetis, sed cum hac differentia quam jam signavimus. Si Sol sit, aut Luna aut Horoscopus aut Sors Fortunæ, aut Medii cæli pars qui generalis hujus ἀφ' ἑστέως dominatum accipiunt, simpliciter ἀφ' ἧς tantum appellantur: si quis alius sit quinque planetarum, οἰκοδεσπότης ἢ γενέσεως & κύριος ἢ ζωῆς vocatur. Nec minus ipse est ἀφ' ἧς. Sed præter hanc appellationem ex re & officio debitam, etiam illam alteram obtinet quam nec Sol nec Luna, neq. alia tria loca ἀφ' ἑλικά possident. Hic vero genitura Dominus non per ἀφ' ἧς investigatur i. e. per Chronocratorē qui &

ὁπικρατήτωρ proprie dicitur, sed ipse Domi-
 nus vitæ etiam ἀφότης est, sed principalis
 ἀφότης, & universalis vitæ ἀφότης Dominus.
 Verba autem ὁπικρατεῖν & ὁπικρατήσις apud
 Ptolemæum non de illo ὁπικρατήτωρ specia-
 tim posita sunt, sed generaliter pro qualibet
 οἰκοδεσποτία & κυρία. Sed neque posito ἐπι-
 κρατήτωρ idest Chronocratore, vitæ Domi-
 nus exploratur. Immo contra prius est αἰτο-
 δεσπότεμ vitæ invenire, deinde Chronocra-
 tores quærentur, per quos dividitur tota vitæ
 substantia quam decernit vitæ Dominus in
 plures. & varias particulas sive particulares
 ἀφότης ex quibus tempora prænotari possint &
 prædici, quibus quidque eventurum est lævi
 aut prosperi. Pars in toto invenitur & post
 eorum, non contra. Sic in Aphesi τῆς ὑποστά-
 σεως reliquæ ἀφότης inveniuntur, & post illam
 & per illam. Valens: ἐὰν πως ᾖ ἡ ἀφότης τῆς ὑπο-
 στάσεως ὡς τὸ ἥλιον, ἢ τὴν σελήνην ἢ τὸ ὥροσκόπον
 ὡς τὸν οἰκοδεσπότην. Ex quibus patet
 per οἰκοδεσπότην ab eo intelligi planetam aliū
 quemlibet ex quinque qui Dominus vitæ vel
 genituræ fuerit. Solem autem, Lunam & Ho-
 roscopum non esse οἰκοδεσπότης vitæ, sed esse
 ἀφότης generales, quia τὴν ἀφότησιν τῆς ὑποστά-
 σεως dirigant, idest totam annorum vitæ sub-
 stantiam. Sequitur apud eundem Valentem,
 ὡς μὲν τοὶ τὰς λοιπὰς τῶν πραγμάτων ἀφορμαί,
 καὶ ὡς τὸ βίον γενόμεναι αἰρέσεις χρεὶ τὰς λοιπὰς

ἡ ἀσέρων ἀφέσεις καὶ ἀκλινολογίας & μαρτυ-
 ρίας προσέχιν. Quod ad varias attinet negotio-
 rum opportunitates, & vitæ conditiones; oportet
 attendere ad reliquas stellarum ἀφέσεις, testimonia
 & radiorum conjectum. Posita ἀφεσις τῆς ὑπο-
 στασεως, cujus moderator est aut Sol, aut Luna,
 aut Horoscopus, aut quilibet genituræ do-
 minus ex aliis planetis, quæ ἀφείσις univer-
 sum vitæ spatium signat, transit ad alias
 particulares ἀφέσεις, quæ colliguntur ad om-
 nes vitæ actus negotia, casus, easq; etiam con-
 siderandas præcipit. In his quæ subjungit,
 μοιραίας eas ἀφέσεις vocat, ad distinctionem τῆς
 καθολικῆς illius quæ ὑπόστασιν τῶν ἐτῶν conti-
 net. Πῶς γὰρ ἔχει, inquit, χρόνον & καὶ ἄρης καὶ
 μοιραικῶν ἀφείσιν καὶ τῶν ὠροσκοπῶν ἢ τῶν ἡλίου ἢ πλὴν
 σελήνης γινόμενοι, ὑποστάσεως ἐτῶν ἕως ἀσθεν-
 νθαι καθύπερθε αἰσούσι, καὶ αἰφνιδίως κλιμακῆ-
 ρας, ἢ πατρὸς, ἢ μητρὸς θάνατον, ἢ μὲζόνων
 ἐχθρας, ἢ δόξης καθάρσεις, καὶ φόβους ὀπισθαλαΐας,
 καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἡ φύσις αὐτῶν ἀδιδκνύει. In
 primis considerandum ait πλὴν ἀφείσιν τῆς ὑπο-
 στασεως. Idest decursionem generalem to-
 tius vitæ substantiæ, quæ vel à Sole ducitur,
 vel à Luna, vel ab Horoscopo, vel ab alio
 planeta qui dominus sit genituræ. Deinde
 particulares, quæ nempe ducuntur à singu-
 lis Chronocratoribus. Non enim aliter fieri
 posse. Si Saturnus & Mars in particulari sua
 Aphesi decurrenda juxta Horoscopus inve-

niantur aut Lunam aut Solem, quin imbecillitatem creent, aut Climacteres sive pericula, aut patris vel matris mortem, aut majorum inimicitias, aut gloriæ dejectionem, aut metum ancipitem, & alia quæcunq; pro naturæ suæ proprietate duæ illæ stellæ solent significare. Et notanda verba illa Valentis, *ὑποστάσεις ἔσσις*. Si detur vitæ substantia, id est tale vitæ spatium ut in eo hæc omnia possint occurrere. In eam quippe vitam quæ *ὑπόστασις* non habet, id est aliquam longitudinem, hæc non possunt cadere. Eodem capite ut distinxit *ἀφ᾽ ἑσιν τῆς ὑποστάσεως & μοιραίας ἀφ᾽ ἑσῆς*, ita etiam separatim meminit τῆς καθολικῶν ὑποστάσεων & χρονογραφίων, quod ultimum nomen posuit pro χρονογραφίᾳ. αἱ γὰρ καθολικαὶ ὑποστάσεις ἐ χρονογραφίαι ἐκ τέτων τῶν ἀφ᾽ ἑσῶν *Διαιρετικῶν*. Nisi quis malit eo loco legere χρονογραφίαι. Sed χρονογραφίας, id est temporum descriptiones sive divisiones pro Chronocratoriis dixit quas singulæ stellæ possident. *ὑποτάξιμον γὰρ καὶ ταξιθετορὰς τῶν κλιμακτῆρων καὶ τῶν ἀστέρων χρονογραφίαν καὶ τὸ πρὸς ἀρχῆς ἀποκαταστάσιν*. Subjiciemus & differentias Climacterum secundum stellarum Chronocratoriam, & periodorum inter se restitutionem. Alio loco in verbis Petosiris χρονογραφίαν interpretatur τὴν ἡέσιν, quia nulla ferme est genesis sine temporum descriptione & Chronocratoria. ἐπὶ τὴν χρονογραφίαν
 ὑπ

ὥς ὅψιν ἐκπεθείσης, τῷ τε τῷ ἡμέσεως χρονογραφίᾳ ὅσοις αὐτὸς τύχῃσι περὶ πάντας λέγεται ἐν αἰσῶν. Sed omnino ibi legendum suspicor, τῷ χρονογραφίᾳ ὥς ὅψιν ἐκπεθείσης, ὅτι τῷ ἡμέσεως χρονογραφίᾳ. Nam ridiculum est, ut χρονογραφία dicatur genitura cum significet tantum χρονοκρατορίαν. Ad solos quippe χρονοκράτορας pertinet hæc χρονογραφία non ad universam genituræ substantiam. Nam & paulo ante dixit, ἐὰν ἡ μόνη κακοποιῶν χρονογραφία σωδράμη, κινδύνος, κατὰ τῶν, καὶ πολλῶν αἰσῶν ὅτι φορὰς περὶ λέγεται. Cum maleficarum stellarum Chronocratoria concurrerit, pericula, κατὰ τῶν, & multorum malorum insultus significat. Pro eodem paulo ante dixit, ἐφ' ὅσον αὐτὸς ἀγαθοποιοὶ ἀφαιρετῶσιν, idest, in quantum benevole temporum domina fuerint. Idem igitur ἀφαιρέσεις τῷ χρόνων & χρονογραφία. Utraque ad ἀφαιρέσεις τῷ χρόνων pertinet, quæ sola divisio temporum propria est τῷ χρονοκράτορων. Nam ἀφαιρέσεις τῷ ὑποστάσεως individua est per se, quatenus universum vitæ tempus quale fluxit à die natali usque ad emortualem, designat. Sic enim ibi scribit, τῷ αὐτὸν τῷ περὶ καὶ ὅτι τῷ χρόνων ἀφαιρέσεως σκοπεῖν δεήσει ἐφ' ὅσον μὲν αὐτοὶ ἀγαθοποιοὶ ἀφαιρετῶσι μέγιστα καὶ περὶ καὶ ἐπαγγέλλονται, ἐὰν ἡ ἀναμεμίσγῃ, ὁμοίως. ἐὰν ἡ μόνη κακοποιῶν χρονογραφία σωδράμη, κινδύνος, κατὰ τῶν, καὶ πολλῶν αἰσῶν ὅτι φορὰς

πρὸς λέγουσιν. Ad eundem modum in temporum divi-
 siqne considerare oportebit in quantum fieri poteris, an
 benevola temporum domina effecta sint. tunc enim
 magna & efficacia promittuntur. Si mixtum bona &
 mala, similiter. Sin vero sola maleficorum Chrono-
 graphia concurrat, pericula, depositiones, & mul-
 torum malorum insultus pronuntians. Hæc do-
 cent quid sit *χρονογραφία* & quatenus à *καθο-
 λικῇ* *ὑπόστασι* differat. Ista ad dominum ge-
 nituræ, illa ad Chronocratorem pertinet.
 Non omnis autem vita *ὑπόστασι* habet, sed
 ea tantum quæ satis longa est ut eorum even-
 tum quos diximus capax esse possit, nuptia-
 rum contrahendarum, liberorum quæren-
 dorum & educandorum, divitiarum acqui-
 rendarum, & honorum gerendorum, & alio-
 rum *συμπλημάτων* quæ in brevem vitam non
 cadunt, quæque ideo *ὑπόστασι* non habet.
 Valens capite de traditione ab Altitudine in
 Altitudinem, τῇ ἡγεσίᾳ βοηθημένης καὶ ὑπό-
 στασι ἐχούσης τῷ βίῳ καθαιρούσιν ἢ τῇ δόξῃ. Cum
 genesis adjuvatur & hypostasim habet, for-
 tunis spoliatur & gloria. Neque ὁ βίος idest
 fortunarum substantia, neque gloria & digni-
 tas competunt ætati juvenili vitæque ὀλιγο-
 χρονίῳ. Eam vero demū vitam hypostasim ha-
 bere videntur existimasse quæ per periodos
 annorum posset computari, & quæ quin-
 quagesimum aut sexagesimum contingeret.
 Idem Valens: ἐπὶ αὐτῇ δὲ ὁρῶμεθα ἡμέτεροι ἐτῶν ἢ
 ἢ ξ,

ἢ ξ', πλὴν ἀφῆσιν τ' ἐτῶν ποιησώμεθα ἄπὸ κλήρε
 πύχης ἢ δαίμονος, ζωδιακῶς διδόντες ἐκάστῳ τ'
 περίοδον τ' ἐτῶν ἐφ' ὅσον διώκεται ἐπακύν, εἴτα
 μῶνας δώσομεν, εἴτα ἡμέρας, καὶ ὥρας. ἐὰν
 τ' ἡγίαι ἢ χλῆσεις ὀρεθῇ ἄπὸ τῆς ὠροσκοπικῆς ἀφῆ-
 στως πρώτον μεριῶμεν, εἴτα ἡμέρας καὶ μῶνας.
*Vbi invenerimus genesin quinquaginta annorum
 aut sexaginta, à Sorte Fortuna Aphesin auspicabi-
 mur, vel à Sorte Daemonis dantes unicuique signi-
 liter periodum annorum in quantum res ferre pote-
 rit, deinde menses dabimus, deinde dies, & horas.
 Si infantis genesis inventa sit, ab Aphesi horas pri-
 mum dividemus, deinde dies, postremo menses. De
 Aphesi intelligit quæ competit genituræ do-
 mino vel Aphetæ qui vicem habet domini
 genituræ, quia agitur de spatio vitæ & sum-
 ma, quæ ita pendet à generali Apheta sive Do-
 mino genituræ, ut tamen per Chronocrato-
 res dividatur. Sed primam Aphesin obtinet
 Apheta generalis vel Occodespota, & est A-
 phesis τ' ἀποστάσεως. Male enim Campanella
 lib. iv. cap. iv. dicit Dominum genitura qui est
 potentissimus planetarum roborare vitam non me-
 riti, ut putant Arabes, nisi sit princeps Apheta. Non
 videtur intellexisse quis esset princeps Apheta
 aut quis Dominus genituræ. Omnis enim
 dominus genituræ etiam princeps est Apheta,
 ut sunt quinque Planetæ, Sol & Luna ex-
 ceptis. Sol autem & Luna, item Horoscopus &
 Fortunæ Sors sunt principales & generales*

Aphetæ, sed non Domini genituræ. Idem tamen præstant quod domini genituræ in vitæ spatio metiendo. Perperam etiam autumat cum scribit eodem libro, cap. eodem, de vitæ spatio agnoscendo, *semper esse plures Aphetas in iis qui adoleſcunt, & debilem esse qui habet unum.* De Aphetis qui vitæ spatii moderamen habent & ἀφῆσιν τὴν ὑποστάσιως hoc non potest dici, ut ex his quæ docuimus constat, sed verum est de Aphetis qui Chronocratoriam habent. Hoc vero pertinet etiam ad diversos geniturarum gradus quarum aliæ humiles sunt & abjectæ, aliæ mediocres, aliæ splendide & illustres. Mediocris est genitura quæ unam stellam in domicilio suo constitutam in principalibus genituræ locis habuerit. Qui vero duas habuerit, majore felicitate nititur. Ultra modum felix & λαμπρὸς potensque habebitur, qui tres. Qui quattuor habeat rarò datur, isque ad deorum putatur felicitatem accedere. Ignobilis autem & miser & abjectus undequaq; est, cui nulla stella adfuerit nascenti in suo domicilio constituta. Sed hæc nihil faciunt ad annos genituræ & ὑπόφασιν καθολικῶν quam unus regit & principalis Apheta vel Oecodespota. Tēpus porro vitæ in quattuor classes dividitur. Prima est eorum qui in ventre necantur, & mortui ex alvo prodeunt, ut abortivi, vel statim ut lucem hauserunt ea excidunt. Secunda τῶν ἀτρί-

ἀνθρώπων qui intra annum ut plurimum moriuntur. In eorum genesi non quaeritur quot annos victuri sunt, sed quot menses, quot dies, vel quot horas. Ἀνθρώποι enim proprie dicebantur, ὅσοι μὴ ὑπερβαίνουσιν τὸ ἐνιαυτόν. Tertia eorum qui non vivaces sunt, sed ὀλιγόβιοι. Quarta eorum qui senilem ætatem attingunt. Atque horum proprie est ὑπόστασις. Nam vitæ tempus habent quod possit esse ὑπόστασις multorum eventuum quos breve non videt ævum. Hanc ὑπόστασιν gubernat οἰκοδεσπότης unus vel ἀφότης generalis. De Sole igitur & Luna & Horoscopo cum agitur de spatio vitæ, semper dicitur quod sint ἀφῆται, nunquam quod οἰκοδεσπόται. Valens: εἰ γὰρ ἀροσκοπέῃ ἀφότης κελδεῖς ἢ ἡλιῶς ἢ σελήνης, καὶ τὴν φερέν ποιέμεν, καὶ τὴν τῶν χρόνων μετέλθουσιν πρὸς τὰς τῶν ἀγαθοποιῶν ἢ κακοποιῶν ἀκτινοβολίας ἢ μοίρας ὡς ἀρχιμόρφοι αἵ ποιοῦν ἀγαθῶν ἢ φάουλων καθίστανται, ὅτε ἢ καὶ τὸ τέλος ἐπάγῃσι, πῶς ἔχῃ μᾶλλον ἢ τῶν λοιπῶν ἀσέρων δυνάμεις ὑπονήσῃ πρὸς ἀφῆταις ἐκ ἀκτινοβολίας; Hoc dicit ideo quia quidam sentiebant tres tantum ἀφῆτας agnoscendos esse. Solem nimirum, Lunam & Horoscopū. Inde est quod alio loco præcipit ὑπὸ πάντων τῶν ἀσέρων ποιέσθαι τὰς ἀφῆτας, non solum à Sole & Luna & Horoscopo. Ubi tamen fatetur, ἐνεργεσίας horum trium esse ἀφῆτας. Quod & Ptolemæus confirmat, sed tribus prædictis addit partem For-

τι-

tunæ, & sic quattuor principales ἀφέτας admittit qui non sint οἰκοδεσπόται. Sed si nemo eorum adsit in genitura ad ὑπόπασιν vitæ gubernandam, tum & unum aliquem ex aliis planetis recipit qui hoc eodem munere fungi possit sub nomine οἰκοδεσπότου. In illis autem verbis Valentis apparet eum non de communibus Aphetis qui varios vitæ eventus & accidentia significant, sed de principalibus qui vitæ ὑπόπασιν dirigunt, intelligere, cū scribat: ὅτε ἡ ἐν τῷ τέλει ἐπαύξει. Nam cum de ἀναιρέσει sermo est vel stella ἀναιρέλικῆ, ea semper opponitur ἀφέτη generali. Vt enim huius officiū est vitæ cursum dirigere, ita illius perimere. Numerus quippe annorum quem vivendo implemus, sumitur ex Apheta & loco ἀναιρέλικῆ. Quantum igitur est intervallum inter Aphetam & Anæretam, tanta est vitæ longitudo, & annorum ei tributorum summa. Sic legendum est apud Scholiasten Anonymum Ptolemæi, ὁ μέντοι τῶν ἐτῶν δριβμός ὃν πειῶσιν αἱ ἀφέςεις, λαμβάνεται ἐκ τῶν ἀφετῶν ἢ ἀναιρέλικῶν τόπων. Qui numerus annorum vitæ ut colligi possit, accipiendum esse monet τὸν χεῖρον τῆς ἀποστάσεως ἢ ἀφέτης καὶ ἢ ἀναιρέτης. Unicus igitur tantum est ἀφέτης vitæ cui & unus opponitur ἀναιρέτης qui cursum ejus finit, ut eum ille incipit, & perducit usq; ad locum interemptoris. Falsum est itaque quod scribit Cardanus ad lib. III. Ptolemæi cap. XIII.

Arabes existimasse necessarium significatorem vitæ adesse, nec significare solum Aphetam. Vocari autem hunc Aphetam Alcochodem. Nugatoria hæc sunt, & ex Græcis male intellectis nata videntur, ac ex homonymia vocis ἀφῆτης. Si enim ἀφῆτης accipiat pro eo qui ἄφεσιν habet ἢ ὑποσάσεως, idem est cum significatore vitæ qui οἰκοδεσπότης ἢ ζωῆς vel ἢ ἡμέσεως Græce dicitur. Sinde Chronocrator intelligatur, ut etiam Chronocrator ἀφῆτης est, sane sic necessarium videtur ut etiam adsit ἀφῆτης generalis, qui & dominus vitæ & genituræ, & κύριος ἀφῆσεως ἢ ὑποσάσεως. Sed videntur tamen ἀφῆτων de generali intellexisse. Nam inter rationes quas afferunt cur necessario debeat etiam adesse significator vitæ cum Aphetæ, quia naturalem vitæ terminum non deceat esse fortuitum. Atqui si sumatur ab Aphetæ solius directione, erit fortuitus quia ab occurfu Anæretæ pendeat. Certe hic Aphetæ est generalis, & ad vitæ cursum dirigendum positus, cujus ideo ἄφεσις deducitur usque ad occursum ἀναρέτης vel ἀκλινολίαν. Verum enimvero talis ἀφῆτης non potest esse cum οἰκοδεσπότη ἢ ζωῆς, vel, ut vulgo vocant, cum significatore vitæ. Cum enim quattuor tantum sint principales ejusmodi Aphetæ, secundum Ptolemæum, Sol, Luna, Horoscopus & Clerus Fortunæ, si nullus ex his capere τὴν ἄφεσιν possit, tum decurritur ad aliū planetam

netam qui οἰκοδεσποῖαν ἢ ἡμέρας accipiat. Sed ut Sol & Luna non possunt simul esse ἀφ' ἑαυτῶν, vel Horoscopus & Clerus Fortunæ, ita nec Sol potest unā τῶν ἀφ' ἑαυτῶν vitæ suscipere cum aliquo οἰκοδεσπότῃ ex aliis planetis sumpto. Neque duo Oecodespotæ simul esse possunt in una genesi, neque duo tales Aphetæ. Quinimmo si Sol & Luna inveniantur in locis Apheticis, is est præferendus qui in loco magis proprio. Si aliquis ex quinque aliis planetis qui οἰκοδεσποῖαν ἢ ζωῆς accipere possunt, in loco Aphetico meliore & magis idoneo inveniat, quam Sol & Luna, tum neque Sol neque Luna ἀφ' ἑαυτῶν accipiunt, sed ille οἰκοδεσπότης planeta. Ergo neque ἀφ' ἑαυτῶν generalis esse potest cum οἰκοδεσπότῃ, neque alius οἰκοδεσπότης, cum unica sit temporis vitæ ἀφ' ἑαυτῶν, & unicus ἀφ' ἑαυτῶν sive οἰκοδεσπότης. Scholiastes Ptolemæi, Ὅταν ὁ ὅριος τὰ δύο φῶτα ἐν ἀφ' ἑαυτῶν τοῖς τόποις, σκοπῇ τις μᾶλλον αὐτῶν ἔτυχεν ἐν κυρωτέρῳ τόπῳ, κακείνον προτιμα. εἰ δὲ ὁ ὅριος τὸν οἰκοδεσπότῃν, τότε ἐκείνον λαμβάνει, ὅταν καὶ ἐν κυρωτέρῳ ἢ τόπῳ ἢ τὰ δύο φῶτα. Quæ verba clara sunt. Cum invenies duo lumina in Apheticis locis, vide quis horum sit in magis opportuno loco, & eum præfer. Si vero inveneris & dominum vitæ, id est alium planetam qui vitæ dominus esse possit, tunc eum potius sume, si magis idoneo loco sit quam duo lumina. Quod ajunt multos evadere à concursu Aphetæ cum

Ana-

Anzreta, hoc quidem verum, nam sæpe benevolarum stellarum aspectus minuit vim aut mollit Anzretæ, sed non propterea fortuitus existit vitæ terminus. Nam & hoc in fatis fuit illius genituræ, ut hoc fieret, idest ut Anzreta non tolleretur, mitigatus vel fractus benevola alterius stellæ radiatione. οἱ δὲ ἀγαθοπιοὶ, inquit, κωλυτὶ τὸ ἀναιρέσθαι. Alias etiam scribunt & pro definito habent vanæ artis auctores, si Oecodespotes vitæ bene positus sit, & bene decernat, non esse timendos ἀναιρέτας. Tunc enim annorum suorum numerum decernunt, idest tantam vitæ longitudinem quantus est numerus maximæ singulorum periodi. Aphetæ autem qui cum Oecodespotis esse simul possunt, non alii sunt quam Chronocratores. Eorum ἀφεις propria est quæ semper in libris istorum auctorum opponitur τῇ οἰκθδεαπόλει eademque dicitur ἐπικρατίς, quia ἐπικρατῖως idem cum Chronocratore. Cum caret domino genituræ genesis, quam ἀνοικθδεαπότην ex eo dicunt, tum Apheta decernit annorum vitæ numerum. Cum simul sunt ἀφείης sive chronocrator & Oecodespotes genituræ, si pauciores anni sint Aphetæ quam Oecodespotæ, tot anni decernuntur pro spatio vitæ, quot Apheta dividit. Sin vero pauciores annos decernat dominus vitæ, tantum temporis vivet is qui Genesin eam habuerit. Cum Aphetæ anni sumun-

sumuntur quia pauciores sunt, tum intelligitur genesis sine οἰκθδεαπότῃ esse, quia annos dividit Apheta. Valens; Εὰν ᾗ τὰ ἔα φέτε ἡ ἡσ-
 τα ὄντα τῷ ἔοικθδεαπότῃ τύχη, τὰ ἔα φέτε ζήσι-
 ται ἐν ἀνοικθδεαπότῃ κερήσιται. Hoc igitur
 modo non erit necessarium adesse significato-
 rem vitæ, idest οἰκθδεαπότῃ, si Aphetes annos
 dividat. De quo Apheta eo loco intellexerit
 Valens patet ex his quæ subjicit, εὐὰ ᾗ οἰκείως
 ἡ ἐπικράτησις τύχη ἐν οἰκθδεαπότῃ, ἕκαστος τὰ ἰδία
 ἔτη μερίζει. Cum ἡ ἐπικράτησις idest dominatio
 temporum bene se habuerit, & dominus vitæ, unus-
 quisque proprios annos dividit. Nam ἐπικρατύ-
 σεως nomine Chronocratoriam intelligi su-
 pra docuimus. Et infinitis locis ἡ ἐπικράτησις
 opponitur τῇ οἰκθδεαπότῃ, ut ἐπικρατήτωρ τῷ
 οἰκθδεαπότῃ, & ἀφέτης οἰκθδεσπότῃ, ut ex locis
 jam superius allatis liquere potest. Absolute
 igitur cum ἀφέτης dicitur, de catholico Chro-
 nocratore accipiendus est cujus propria est
 διαίρεσις τῶν χρόνων quæ consistit in παραδόσῃ
 & ᾧ ἀλήψῃ. Cum ὑπόστασις τῆς γενέσεως & τῷ
 ζωῆς vocatur, pertinet ad οἰκθδεσπότῃ τῷ ζωῆς,
 qui ἀφεςιν habet τῆς ὑποστάσεως. Valens, ὁ ᾗ
 ὁλοτελής τῶν τῶν ἀφάδοσεων νοείτω κτῆ τῶν
 γενέσεως ὑπόστασιν καὶ κτῆ τῶν καθολικῶν χρόνων
 διαίρεσιν, καθὼς ἐν τοῖς πρῶτον δεδομένοι. Ut
 jam diximus τῷ γενέσεως ὑπόστασις ad dominum
 genituræ pertinet quæ substantia est universa
 annorum vitæ. Αὐτὴ καθολικὴ τῶν χρόνων διαίρε-
 σις

σις ad καθολικὰς spectat χρονογραφίας, de quibus abunde quæstiri debent docuimus. Traditiones & acceptiones annorum in utraque locum habuerunt, ἡ δόσις & λήψις. Quam etiam Arabes noverunt. Nam eorum barbari interpretes, eum planetam qui dat, *divisorem* appellant, Græce est διμεριστής & ὡραδιδὴς. Eum qui accipit, id est ὡρα λαβόντα, *Receptor* appellant. Ita sunt affines & conjuncti hi duo in unaquaque genesi, ut unius vicem sæpe alter suppleat. Chronocrator, sive ἀφῆτης, pro domino genituræ annos vitæ dividit cum genesis caret οἰκοδεσπολία, aut cum minor est annorum numerus quos decernit Aphetasive Chronocrator quam quos decernit dominus genituræ. Exemplum affert genesis Valens, in qua Luna ἀφῆτις erat & annos decernebat octoginta unum, menses quinq., dies decē & octo, Mercurius annos sexaginta & unum, decernebat, menses duos, dies viginti cum esset illius genituræ dominus. Luna quæ in ea Genesi ἀφῆτις fuit cum Mercurio οἰκοδεσπότη, non potest videri esse ex eo genere ἀφετῶν de quibus tractat Ptolemæus lib. III. cap. XIII. ubi cum egisset de vitæ tempore quod per Aphetas colligitur, eo loco explicat πόσοι ἀφέτηι, id est quot sint Aphetæ. Quibus verbis significare voluit quot idonei planetæ vel Loca idonea esse possint ad ἀφῆσιν vitæ temporum suscipiendam. Nam male red-

didit Cardanus *quos eligere conveniat vitæ gubernatores*, quasi plures simul eligi possint & debeant, cum certum sit unum tantum ex multis qui ἀφείν esse possint eligi semper solitum. Quattuor κυρωτάτης ἀφείτας ibi esse scribit; Solem, Lunam, Horoscopum & Sortem Fortunæ: Non simul omnes accipiendos esse præcipit, sed ex his unum eligi qui cæteris sit præferendus. Προκελίεον esse primo dicit Solem in diurna genitura si sit in loco Aphetico, si non sit, capiendam Lunam, si Luna non sit, eum ex quinque aliis Planetis sumi debere τὸ πλεόντας ἔχοντα λόγους τῶ οἰκθδεαπόλης. Ergo in Aphetici vitæ generali Solis prærogativa est, deinde Lunæ, deinde aliorum quinque planetarum. Sed planetæ cæteri οἰκθδεαπότῃ dicuntur τῆς ἡμέσεως, Sol & Luna tantum ἀφείτῃ, quia dominium vitæ ac genituræ non sortiuntur. Si neque Sol neque Luna ἀφείτῃ fuerint, neque quisquam ex quinque planetis οἰκθδεαπότης τῆς ἡμέσεως, tum Horoscopus ipse sit οἰκθδεαπότης si in loco nimirum fuerit ἀφελικῶ. Si neque ipse sit, hoc datur Clero fortunæ. Si neque ipsa reperiatur in loco Aphetico, ἀνοικθδεσπότῃ habetur illa genitura, & solus Chronocrator eam gubernat. Non ergo Luna potest esse ἀφειής, neq; Sol ἀφείτης cum alio οἰκθδεαπότῃ. Licet autem neque Sol neque Luna dominium totius genituræ sortiantur, & alius sit genituræ dominus, plurimum tamen boni radia-

radiatione sua conferunt in eam genesis si opportune cum domino genitura conjuncti fuerint, aut ipsi in genitura domini finibus constituti. Sed tunc neque ipsi ἀφῆται sunt, sed ille ex planetis qui in loco meliore & opportuniore ad ἀφῆσιν fuerit collocatus. Luna itaque quæ in prædicta genesis ἀφῆς est cum Mercurio οἰκοδεσπότη, non ex eo genere est ἀφῆτων qui totam vitæ substantiam deducunt, hoc enim & καθῆλιν τὰ ἔτη dicebant, sed ex alia conditione ἀφῆτων qui Chronocratores, sunt, hoc est temporum domini. Nam initium temporum teste Firmico & cæteris Græcis Astrologis, in diurnis genituris Sol accipit, in nocturnis Luna. Per varias temporum divisiones Chronocratoriam vel ὑπεργίτησιν tunc accipiebant, aut per δεκαετηρίδας & novem menses, aut per δωδεκαετίας, aut ab Altitudine in Altitudinem, aut à Finibus in Fines, aut alia quæcunque temporum spatia majora minora quæ antiquis Astrologis placitum est usurpare in ejusmodi ἀφῆσεις, sive temporum decursionibus. At in καθολικῇ annorum vitæ ὑποτίσιν cum erant ἀφῆται Sol aut Luna, aut οἰκοδεσπότης τῆς γένεσως aliquis ex quinque cæteris planetis, tum periodos suas aut maximas aut medias aut minimas pro spatio vitæ decernebant, prout essent optime aut pessime, melius aut peius, bene aut male, constituti. Fiebat etiam aliquando ut etiam plu-

res annos decerneret Chronocrator quam dominus vitæ, ut supra indicavimus. Alia etiam ratione divisionem annorum singulis quoque signis tribuebant ex Solis & Lunæ majoribus conversionibus, hoc modo: Aquarius dividit annos xxx. Capricornus xxvii. Quandoquidem Sol dominus est integrorum annorum maximæ suæ conversionis cxx. Cujus numeri media pars lx. quorum & dimidiam partem distribuit, π & Ἀλγεμερον. Sunt xxx. Totidem Aquarii signum dividit. Luna dominatum habet annorum absoluto-rū ex majore sua periodo cviii. Horum media pars, liv. Horum partem dimidiam π & Ἀλγεμερον distribuit. Sunt xxvii. Duorum prædictorum signorum, anni colliguntur lvii. Qui sunt integri anni virginis. Sed & quinque planetæ reliqui integram divisionem annorum suorum, idest, maximas periodos à Sole & Luna accipiebant hoc pacto. Sol Iovi, stellæ conditionis suæ, hoc est ut vocant ουαρ-πελση, & propter Trigoni consensionem, dimidiam annorum suorum majorum dat, hoc est sexaginta. Nam periodus ejus maxima annorum est cxx. Tradit ei præterea & suæ minimæ periodi annos xix. Fiunt anni lxxix. Hæc est maxima Jovis periodus quæ componitur ex media parte maximæ Solis periodi & ejus minima integra. Trigoni autem ουμπι-θηα inter Jovem & Solem ea est quod primi Tri-

Trigoni, Arietis, Leonis & Sagittarii de die Sol, de nocte Juppiter dominatur. Similiter & Luna eidem Jovi propter benevolum ejus affectum, dimidium suæ maximæ periodi dividit, id est annos LIV. quia centum & octo annorum maxima ejus est conversio, & præterea integram suam minorem periodum hoc est viginti quinque annos. Fiunt anni LXXIX. Sic duplici de causa & titulo per Solis & Lunæ *ἑπιμεροσµὸν*, Juppiter conversionem habet maximam annorum LXXIX. Veneris maxima est periodus annorum octoginta & duorum annorum. Luna ex eo numero ei distribuit mediam partem suæ maximæ periodi, hoc est annos LIV. propter *συµπάσσαν* quam habent in eodem Trigono. In secundo enim Trigono Tauri, Virginis & Capricorni de die Venus, de nocte Luna dominium habet, item quod ejusdem secum est *αἰρέσεως*. At Saturnus suam ei minorem periodum tribuit, hoc est annos triginta propter contrariam Altitudinis stationem, id est Libram. Sic fiunt anni maximæ Veneris periodi LXXXIV. Alias tamen numerantur tantum LXXXII. Mercurius habet periodum maximam annorum LXXVI. Ex eo numero accipit à Saturno totam suam majorem periodum quæ est LVII. annorum propter *συνωικοδεσπολίαν* quam cum illo habet, & à Sole minimam quæ est novemdecim annorum, fiunt LXXVI.

Nam LVII. & XIX hunc numerum reddunt. Martis periodus est annorum LXVI. Ex eo numero dat ei Luna quia ejus est *συναιρέτης*, annos LIV. quod est dimidium maximæ periodi, quam habet. Juppiter dividit ei suam minorem periodum quæ est annorum XII. Fiunt anni LXVI. qui constituunt maximam Martis periodum. Hæc plane nugatoria sunt & *ἀναπολόγητα*, aut saltem rationibus frivolis nixæ. Cum *ἀφίται* sunt generales *τῆς ὑποστάσεως*, vel domini genituræ, tā Sol & Luna suarum quam reliqui quinque planetæ periodorum annos dividunt, cū anaphoricis signorum in quibus inveniuntur mensuris. Quæ signa pariter etiam suarū ascensionum numerum dividunt. Nam non solum ad vitæ spatium, sed etiam ad alia genituræ fata & *συνπλώματα* cum stellis cooperari & *συνεργεῖν* putant isti Zodiaci circuli partes duodecim. Sunt igitur duorum generum *ἀφίται*. Alii majorum quasi gentium vitæ tempora decernunt, & totam *ὑπόστασιν* gubernant. Cujus generis sunt ut diximus qui appellati sunt *Domini genitura*. Alii sunt Chronocratores, quasi minorum gentium Aphete, qui sumuntur ad alia vitæ *συνπλώματα*, & ostendunt post quot annos vitæ, quo mense, quo die eventum nacturæ sint prædictiones astrorū. Hi proprie dicuntur *ἀφίται*, & de his *ἄφεις* absolute nomen habet apud auctores Astrologiæ.

logiæ Græcos cum tractant $\alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$. Tradunt enim initium $\tau\delta\ \alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ obtenturum in Synodicis genituris cum Planetam qui post luminū conjunctiones primus inventus fuerit. & deinde alii prout dispositi erunt, qui in ordine suo $\alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ suscepturi sunt decennii vel alterius cujuscunq; annorum periodi decursum. Non enim una $\alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ sed pluribus hæc explicatur temporū divisio quæ per Chronocratores peragitur. In genituris quæ circa plenilunium inveniuntur, is erit $\alpha\phi\epsilon\tau\eta\varsigma$ qui post plenilunium primus invenietur, & ita de sequentibus. Isti Aphetæ plerumque etiam vitæ tempora decernunt cum genitura non habet dominū sive $\sigma\iota\gamma\theta\delta\epsilon\alpha\pi\acute{o}\tau\eta\omega$ vitæ, aut cum pauciores annos decernit Apheta quam Oecodespota genituræ, ut jam diximus, sed ad majorem lucem rei obscuræ id sæpius repetendum. Hæc etiam porro differentia inter utriusque generis Aphetas ex Ptolemæo observari potest, quod in numero Aphetarum qui vitæ annorum gubernationem gerunt, $\tau\omicron\mu\epsilon\sigma\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\alpha$ non recensuit, sed quattuor tantum nominavit, Solem, Lunam, Horoscopum & $\kappa\lambda\eta\rho\omicron\nu$ Fortunæ. Inter alios Aphetas quos commemoravit lib. iv. Medii cæli partem numerat, & $\alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ quæ ab ea capitur ad actus vitæ & totam conversationem significandam pertinet. Alia etiam loca nominat & alios planetas Valens, à quibus $\alpha\phi\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ su-

mantur. Ab Occasus parte ἀφ᾽ ἑσιν deduci ait cum quæstio est de mortualibus, de migrationibus, & vexationibus. Ab Hypogeo cum agitur de fundamentis, fundis, & rebus apocryphis. A Venere ducitur ἀφ᾽ ἑσιν cum de mulieribus quæritur, & matrimonii conjunctionibus, aut speciebus mulierum. Cum de militia & publicis negotiis, à Martis stella initium sumebatur Aphesis. A Saturno quoties de successione paternorum bonorum quærebat, de rebus arcanis, de possessione & aliis quibusdam. A Jove deducebatur ἀφ᾽ ἑσιν cum de amicitia, de conciliatione, de possessione agendum erat. Cum de communione, & de rebus similibus aut corporalibus, & de datione & acceptione & contractibus scriptis negotium erat, à Dæmonis Loco. Et hæc quidem cum tractabantur μονοῦ δέ εἰς ἀφ᾽ ἑσιν ἢ ἀφ᾽ ἀλήψιδος, id est singulares temporum traditiones & acceptiones, id est cum plures non erant planetæ qui ἀφ᾽ ἑσιν temporum traderent & acciperent, sed unus tantum. Si duo aut tres aut plures essent tradentes aut accipientes, tunc erat comparatio facienda cujusque stellæ accipientis potestatis cum illis qui tradebant tempora. Aphesin etiam habent quattuor κλήροι apud Valentem. Nam tractatus est apud eum, cui Titulus, τῶν πτερόων κλήρων μερισμοί. *Quattuor Clerorum divisiones.* Non est μερισμός sine ἀφ᾽ ἑσιν & πα-

εα-

ἐκλήψι; nec horum alterum vel utrumvis si-
 ne ἀφ᾽ ἐστὶ & Chronocratoria. Ergo & quattuor
 illi κληροὶ ἀφ᾽ ἐστὶ & χρονοκράτορες. Et statim ini-
 tio capitis ita habet, ὁ κληρὸς τῆς τύχης ὡραδι-
 δὲς ἢ παρὰ λαμβάνων ἐν χρηματιστικῆς τόποις ἀγα-
 θοποιῶν ἐπόντων ἢ μαρτυροῦντων, ὅτι τυχεῖαν δηλοῖ
 & ὡρασιπλίω. Sors *Fortuna* tradens aut suscipiens
 tempora, si adsint benevola stella, aut radiatione sua
 testimonium perhibeant, prosperitatem significat &
 processum. Sed qui sunt alii tres κληροὶ? Nempe
 qui nominatim ab eo recensentur eodem ca-
 pite, ὁ Δαίμων, ὁ Ἔρως, ἢ Ἀνάγκη, qui & toti-
 dem κλήρας faciunt, ὃ Δαίμονος κληρον, ὃ Ἔρω-
 τος, & τῆς Ἀνάγκης. Sic enim in sequentibus ibi-
 dem traditur, ὁ Δαίμων ὡραδιδὲς & ὡραλαμ-
 βάνων. Atque ita de cæteris. Ex his quattuor
 κλήροις duo præcipui sunt, ὁ κληρὸς τῆς τύχης &
 ὁ κληρὸς ὃ Δαίμονος. De quibus conjunctim tra-
 ctat Firmicus lib. iv. duobus capitibus. priore
 de Loco Fortunæ, secundo de Loco Dæmonis.
 Hi duo principales κληροὶ inter quattuor, &
 illi quattuor quos memoravimus inter infiniti-
 ter κλήρας quos vetus γρηθλιακὴ recepit. Idem
 quippe Firmicus lib. vi. c. xxxi. meminit pluriū
 locorū sive κλήρων præter Necessitatis & Cu-
 pidinis Loca. Nullus enim fuit locus ex duo-
 denis τῆς δωδεκάτερας quin ex eo κληρον fece-
 rint Ægyptii veteres. Quicunque enim Locus
 ex duodecim in duodena Loca iterū dividi-
 tur, & per τῆς δωδεκάτερας tractatur, κληρὸς eo
 ἰπσο

ipso evadit. Cujus nominis cum hac significacione hanc rationem esse puto. Κληρος universalis est hereditas, & ἔσθια, ut etiam exponit Hesychius, quæ quod in plura capita hæredum sæpe dividi soleat, hinc etiam κληρος in Genethliaca qui in duodecim loca esset distributus. Κληρος etiam agri modus est quadratus, cujus latera cum centenos & vicenos pedes colligerent, per duodecim decempedas ea mensura agebatur. Latini *Fundum* dixerunt, & *Hæredium*, quidam etiam *Soritem*, quamvis hoc nomen alii dederint majori modo agri. Hinc κληρεῖχος ὁ γεωργός Hesychio exponitur, & δεσπότης. Inde igitur κληρος in genesibus δωδεκάτροπος. Ascendens signum, sive Oriens, locus est vitæ, qui & Horoscopus dicitur, Quia vitæ varia accidunt, multifariam ejus ratio tractanda fuit. Ideo & per duodecim locorum designationem diversa ejus accidentia, fortunæ & casus notari debuerunt. Græci: καθ' ἑκάστην ἡμέραν δώδεκα τόποι σημαίνονται. Non solus locus ἡμέρας in duodecim loca divisus est, sed etiam quælibet rerum illarum quæ singulariter aliis locis attributæ sunt. *Fortuna κτηλική*, id est patrimonium, substantia, fundi, mobilia & quidquid ad latentes vel expostas pertinet patrimonii facultates, in quarto ab Horoscopo loco quaeritur, qui est locus Hypogeus. Ex eo & κληρος *Fortunæ* factus est, quia multiplicem habet re-

runt

rum variarum considerationem, & quæ meretur disquiri per duodecim locorum distributionem. Sic de loco Nuptiarum qui est ab Horoscopo septimus, κλῆρον etiam concinnarunt, quem γαμικὸν κλῆρον appellarunt, cum δωδεκατέπως tractatur. Nullus denique locus fuit ex duodenis quem non rursus Ægyptii in duodena loca diviserint, ut accuratius & exquisitius discuti posset. Anonymus Scholiastes Ptolemæi ad lib. III. Εἰώθουσιν λαμβάνειν Ἀγρίππιοι κλήρους πάντων τῶν τόπων καὶ σχεδὸν ἀπείρους. His omnibus κλήροις repudiatis Ptolemæus solum κλῆρον τῆς τύχης retinuit quia σελήναιος quodammodo est & νυκτερινὸς ὥροσκοπος. Ab his omnibus κλήροις ἀφέσεως etiam ductas fuisse liquet. Verum omnes hæc ἀφέσεις, ut & planetarum, sed & hi ἀφετιμὴ nihil, ut res est, habuere commune cum Aphetis annorum vitæ, quia ad alias res etiam faciunt, & plures simul sunt. Nam ubi unus circulum suæ ἀφέσεως absolvit, puta decennii, alter suam incipit, deinde alter & alter, qui invicem sunt conferendi pro configuratione inter se & natura cuiusque, cum in Aphesi vitæ sive genituræ dominio, unicus sit qui inchoat & consummat totam ejus substantiam, sive annorum ἐπίστασις. Et hæc maxima differentia est Dómini genituræ & Chronocratoris, vel Ptolemæo auctore diserte scribente lib. IV. de divisione temporū, in ea deducenda rationem

tionem haberi debere omnium *κυρωμάτων*
αφίσεων non unius, ὡς περ Ἰππὶ τῆς ζωῆς *χρό-*
νων. Ut mirer Cardanum qui in hac Geneth-
 liaca vanitate adeo se artificem videri vole-
 bat, in Themate Pauli III. Pontificis maximi
 cum de vitæ diuturnitate sermo esset, trade-
 re Solem & Ascendentem fuisse Aphetas. At-
 qui ne tum quidem cum Apheræ qui est
 Chronocrator vitæ annos dividit, deficienti-
 re genituræ domino, plures huic operi de-
 putantur, sed unus. Singuli quippe Chro-
 nocratores sua habent munera distincta vir-
 tute & potestate sive benefaciendi, sive male
 decernendi quam obtinent. Ergo qui ex il-
 lis vicem gerit domini genituræ vel princi-
 palis Apheræ ad vitæ spatia decernenda, hoc
 munere solus fungitur, ut & unus est *οἰκοδε-*
σπότης genituræ cum genitura *οἰκοδεσποτεῖται*.
 Non enim duo simul hoc officium habere
 possunt, sed si alter habet, alter non habet. Si
 Apheræ h. e. Chronocratori datur, id Apheræ
 generali sive Oecodespotæ genituræ ne-
 gatur. Multo minus duo Apheræ in com-
 mune, aut duo Oecodespotæ *ἀφείσιν* vitæ diu-
 turnitatis regere queunt. Duo igitur sunt ex
 quibus genesis fatum præcipue pendet sive
 quoad vitæ spatium, sive quantum ad omnes
 eventus quicunque diu vivendo homini acci-
 dunt, *Genitura Dominus* & *Chronocrator*. De
 his singularem librum ediderat Firmicus ut
 testa-

testatur lib. IV. cap. XIV. Sed primus est & præcipuus horum genituræ dominus, quia totius vitæ ὑπόστασιν tenere creditur. Porphyrius unū ex his nominat οἰκηδεσπότῳ, alterum ἡπικρατήτορα. Nam hunc ita vocari absolute docuimus supra, qui alias passim vocatur χρονοκράτωρ. Tale inter eos discrimen instituit quale est inter ναύκληρον & κυβερνήτῳ, *Navicularium & Gubernatorem*. Navicularius totius est navis magister, ut οἰκηδεσπότης τῆς γῆς, ac totius vitæ ὑποστάσεως regimen habet. Gubernator ad clavum sedet, & dirigit navem modo ad dextram modo ad sinistram prout se vertunt venti. Sic χρονοκράτωρ sive ἡπικρατήτωρ quasi gubernatoris vicem gerit, & sub Domino est genituræ, ut gubernator pendet à navis magistro. Eadem prorsus est differentia apud Arabes inter Hyleg & Alchocoden quem vocant, qui est Cadchoda ut paulo post dicam. De his duobus etiam Ptolemæus tractavit in Tetrabiblo, & primo quidem de genituræ Domino lib. III. ubi de annis vitæ agit, libro autem IV. de Chronocratoribus ubi de temporis divisione loquitur. Sed utrunque ἀφ' ἐτῳ appellat, ut revera utrique sunt ἀφ' ἐτῳ. Sed ἀφ' ἐσσεῖς Domini genituræ ad sola vitæ tempora extenditur, & quam longa aut brevis sit futura significat, cum ἀφ' ἐσσεῖς Chronocratorum ad alias causas & casus & actus accipiantur.

Non

Non potest exprimi quantas turbas dederit, & quam confusionem pepererit non observatum hodiernis Mathematicis Aphetarum istorum discrimen. Nec minor est *περὶ* inter Arabes ipsos & eorum interpretes super *Hyleg*, & *Alhocodes*, quorum ille est *ἀφῆτης* Græcorum, hic *οἰκδεαυότης ὁ ψεύσεως*. Ubi-
cunque *ἀφῆτης* in Græcis Astrologorum scriptis occurrebat, Arabes reddiderunt *Hyleg*. Hujus vocis par est apud eos *ὁ μωυυία* ut apud Græcos nominis *ἀφῆτης*. Inde ad eos etiam manavit orta ex Græco vocabulo æquivoca significatio. Nomen *Hyleg* Arabicum putavit esse Scaliger, cum sit *Perficum*. Nam *Hermes* lib. 11. de Revolutionibus cap. 11. cujus opus ex Arabico versum esse constat, hoc affirmat his verbis, *Tertius terminus in quo Apheta quem Persæ vocant Hyleg, pervenit directio*. In prima editione Manilii Scaliger *Hyleg* Arabice docuit esse, quod Hebraicis litteris scripsit, *אח*, idest *اح*. Id esse sospitare & *ζωοποιεῖν*. Hoc vocabulum in translatione Bibliorū Arabica reperitur pro verbo *عاف* quod est proprie curare & sanare. Interdum & pro roborare & *ζωοποιεῖν* ponitur, etiam per verbum *ρύεσθαι*, liberare, redditur à Græcis Scripturæ interpretibus. Sane qui sanatur, etiam morbo liberatur. In editione posteriore scripsit, Arabes Græcorum *ἀφῆτῶ* *اح* vertere cum puncto duro, & quidem, inquit, rectissime. Nam

fin

sine puncto علاج esse Græcum ἀφέν hoc est liberatum. Hæc omnia falsa. Verbum Arabicum علاج & علاج significat curare & sanare, & per consequentiam liberare, sed & roborare, & vivificare. Nam qui sanatur ex morbo liberatur, roboratur, & denuo quasi ad vitam redit. Ex hac ipsa ut videtur observatione & verbi علاج significatione id videntur hausisse qui nuper scripserunt in suis Astrologorum libris, dominum genituræ non metiri vitam, sed roborare. Quod est falsissimum. Sed Arabes Astrologi Græcorum ἀφέν non verterunt علاج vel علاج, sed هبلج. Nec nomen id est Arabicum, ut jam notavimus, sed Persicum, vel etiam Indicum, ut alii notarunt. هبلج etiam vocari ex Lexico Persico Turcico, & اوصاحبي, idest dominū domus exponi mihi significavit Clarissimus & celeberrimus vir Jacobus Golius. Inde & Arabibus passim hoc nomen esse usitatum هبلج pro رب البيت, idest *Dominatio*, ut dixerunt Latini veteres. Familiare quippe est Arabibus & Persicū in ج mutare. Sed & ipsi Persæ ut multas etiam Arabicas voces usurparunt, non dubitarunt ita scribere. Ergo Hyleg est هبلج. Idest dominus. Quod nullam habet de notione nominis affinitatem cum Græco ἀφέν sed habet cum voce Πνεύματις. Sic enim abso-

absolute ἡ ἀφ' ἑτῶν χρονογράφου Græci appellarunt, ut videantur ex Arabico vel Persico ita vertisse, & præcipue recentiores, cum antiqui χρονογράφου & ησμογράφου & ἀφ' ἑτῶν vocare consueverint, qui ἀφ' ἑτῆς κύρου est proprie ἡ ἀφ' ἑσέως, id est dominus curriculi temporum. Ut in stadio qui ἀφ' ἑτῆς dicebatur, removendi repaguli, & mittendī cursores in curriculum jus & dominatum habebat, eratque κύρου ἡ ἀφ' ἑσέως. Quod ad *Alchocoden* attinet quid hoc nomen significet cum & viriose etiam scribatur, valide nesciunt nostri Astrologi, ideo & disputant quid sit, nec sese extricant. Persicū & hoc est vocabulū كرخدا *Cadchoda*. Quod etiam dominum domus significat. خدا enim dominus. Inde & Deum خدا vocarunt, quasi dominum omnium. کن autem domus est Persice, ut me idem docuit vir doctissimus Golius. Quod ad nominis proprietatem attinet idem significat *Calchoda* quod *Hyleg*, cum utraque vox dominum domus designet, hoc est οἰκοδεσπότης. Sed major dominus est *Cadchoda* quam *Hyleg*. Nam & eum cui præfectura pagi totius est demandata hodieque Persæ vocant كرخدا. cum unius domus dominum هولاك significat. Ita major *Cadchoda* quam *Hyleg*, οἰκοδεσπότης ἢ ἡγεσέως quam ἑπικρατήτωρ vel χρονογράφωρ. Tale inter hos discrimen est

est teste Porphyrio, quale est inter *ναύκληρον* & *κυβερνητικὸν*. Genituræ dominus, hoc est *Cadchoda*, totius genituræ possidet summam & universam spatii ejus substantiam. Hic si bene, inquit Firmicus lib. iv. cap. xii. de Domino genituræ, si bene fuerit collocatus, & in iis in quibus gaudet signis, vel in quibus exaltatur vel in domicilio suo, & conditionis sue genitura fuerit, nec malevolarum nociva radiatione pulsatus, nec benevolarum stellarum presidio destitutus, omnia bona pro natura sue qualitate decernit, sic quoque & integrum annorum numerum. Exposuimus supra quomodo intelligendus sit hic integer annorum numerus de maximis stellarum periodis, quæ & *τέλεια ἔτη* Græci Astrologi appellant. At Chronocrator sive *ὑπὸ κραδίῳ* particulam tantum temporis vitæ & laciniam gubernat, & res quisque certas casusque speciales, ut alius nuptias curat, alius parentes, alius facultates, alius actiones, & sic de aliis. Ex his discant Astrologi quæ differentia sui *Alchocodu* quem sic perperam nominant pro *Cadchoda*, & sui *Hyleg*. Hic est *ἀφ᾽ ἑτῆς* ille *οὐκ ὁδε αὐτῆς τῆς ἡμέρας*. Sed cum sint duo genera *ἀφ᾽ ἑτῶν*, unum quod totius vitæ ac genituræ summam moderatur estque idem cum *Cadchoda*, alterum quod est idem cum Chronocratore sive *ὑπὸ κραδίῳ*, inde illa interpretationum varietas hallucinantium Astrologorum, quorum alii *Alchocoden* Sa-

B b

turnum



turnum esse volunt qui concedit annos, & Hyleg esse solem significatorem vitæ. Sane Sol aliquando est *Ζηδ* & vitæ αφέρτης, sed Luna idem munus obtinet quod Cadchoda, sive οἰκοδεσπότης τῆς ἡμέρας. Saturnus aliquando est Cadchoda sive dominus genituræ, sed non semper. Nam & alii planetæ ex quinque *πλὴ οἰκοδεσποῖαν τῆς ἡμέρας*, si suffragia ad hoc necessaria habuerint, obtinere possunt, ut jam dictum est. Picus Mirandulanus in lib. II. cap. Contra Astrologos, Barbaros vexat, idest Arabes, qui ex Ptolemæi sententia in omni genitura perscrutari conantur quisnam sit Hyleg & Alchocodes; At vero, inquit apud Ptolemaum tam est nihil omnino illud Alchocodes quam est nihil Hircocervus & Chimæra. Subjungitque statim, Nec dictionem hanc nec aliam ei respondentem uspiam in Ptolemæi scriptis inveniri. Quæ temeraria plane est assertio ac tanto viro indigna. Nam Arabum Cadchoda quem corrupte interpretes vocant Alchocodem, est οἰκοδεσπότης Ptolemæi, cujus nominatim meminit lib. III. cap. II. De parte Horoscopante. & cap. XIII. quot sint Aphectæ. Ex quibus locis Hephæstion Thebæus qui Ptolemaum in omnibus ferme sequitur τῶ οἰκοδεσποτῶ τῆς ἡμέρας eum esse definit qui plures λόγους, calculos vel suffragia, vel dignitates, ut vulgo appellant, ex quinque Ptolemæo nominatis habuerit. Sed & idem Ptolemaeus eo capite quattuor principalia Loca memo-

memo-

memorat quæ αῖφεται esse queant, Solem, Lunam, Horoscopum & Clerum Fortunæ, & præter hos οὐ τῶν οἰκοδεσποτίσων. Quod de reliquis quinque Planetis intelligi debet qui οἰκοδεσπότῃ τῆς γένεως fieri possint. Anonymus Scholiastes Ptolemæi, si neque Sol neque Luna sint Aphetæ, ad οἰκοδεσπότῃ Solis & Lunæ & Horoscopi eundum esse docet. Et hic erit οἰκοδεσπότῃ τῆς γένεως qui ex tribus prædictis potior judicatus fuerit & melior, idest ὁ πρὸς πλείους ἢ δύο ἢ ἓνα τελευτήσων τέτρως λόγος ἐκ τῶν εἰρημίων πέντε, qui plura suffragiorum puncta ex quinque Ptolemæo nominatis tulerit. Sed qui sunt illi οἰκοδεσπότῃ Ἡλίου, Ἑρμῆος, Ἑωσκόπου, Ἐκλήρου τῆς τύχης, Domini Solis, Lunæ, Horoscopi & Sortis Fortune? Alii auctores non sic loquuntur. Alibi etiam nominavit τὸς οἰκοδεσπότας τῶν φώτων ad caput de Monstris. Illi sunt Planetæ qui in locis aut finibus Solis, aut Lunæ, aut Horoscopi & Sortis Fortunæ fuerint. Sol quidem & Luna nunquam accipiunt dominatū genituræ, ἢ οἰκοδεσποτίαν τῆς γένεως, Sed cum Domini genitura in eorum finibus positi fuerint, vel cum ipsis opportuna radiatione conjuncti, vel in eorum domibus collocati, & ipsi in genitura Domini finibus constituti, vel in eas domibus collocati, ac ipsam tuam prospexerint inuencas, plurimum natura sua communicata decernunt. Sic rescribenda verba Firmici lib. iv. cap. xii. Idem lib. eodem cap. xii. ait alios à Sole &

Luna genitura dominum requisisse, in cuius ~~stelle~~ domibus Sol & Luna fuissent inventi, idest Sol in diurna, Luna in nocturna. Et habet rationem. Sic enim locus ille corrigendus est. Alii tamen, inquit, eum dixerunt esse dominum qui latitudinis Lune dominus fuisset inventus. Alii, ut ex Ptolemaeo apparet, qui & ipse auctor ejus sententiae est, eum esse dominum geniturae, qui in Solis aut Lunae finibus & locis fuisset inventus, quem οἰκοδεσπότην τῶν Φωτῶν nominarunt. Thrasyllus quoque apud Porphyrium in *Isagoge*, eum geniturae dominum declarat qui Lunae κυρία habuerit, hoc est qui Lunae dominus fuerit. Lunae autem dominus intelligitur qui cum Luna in eodem signo constitutus sit. Dicit enim τὸ ἄφεςιν ἐσπέρην ἀπὸ τῶν ἀστέρων ἔχοντα τὴν κυρίαν τῆς σελήνης. Porphyrius eum οἰκοδεσπότην interpretatur, quem Luna secum habet in eodem Zodio, aut oppositum in contrario. Vt si cum Iove fuerit in Sagittario, tunc enim Juppiter Lunae dominus intelligitur. Aut si Iuppiter in Geminis fuerit Luna Sagittarium obtinente. Ἀπὸ τῆς Διός, inquit, ἀφίσσμεν. Idest Juppiter erit Apheres & Dominus geniturae, & ἄφεςιν ab eo ducemus. Sententia communis Astrologorum secundum Firmicum eum Planetam dominum geniturae statuebat, qui signi ejus dominus fuisset quem secundo loco ingressa foret Luna post illud signum in quo erat nativitatis tempore. Ut ecce Luna sit

fit in Ariete tempore quo natus est homo, ubi transitum ea fecerit ad signum Tauri, quod Veneri deputatur, Venus geniturę dominium obtinebit. At si quis prima natalis hora Lunam in Geminis habuerit, quoniam à signo Geminorum transit ad Cancrum quod signum ipsius est, & à Cancro in Leonem qui domus est Solis, neque se, neq; Solem dominum geniturę faciet, quia, ut ante dictum est, cum sint totius domini, dedignantur geniturę dominia sortiri. Ubi igitur his tribus relictis signis ad aliud signum venerit, verbi gratia ad Virginem, qui dominus est virginis, & in ea domum habet ac potestatem, dominus erit geniturę. Is est Mercurius. Hanc esse verissimam & ab omnibus comprobaram rationem inveniendi Domini geniturę asserit Firmicus. Atque hic est Arabum & Persarum *Cadchoda* quem perperam vocitant *Alchocodem*, in quo declarando & indagando multa nugati sunt Recentiores quæ non opus est hic refutare. Hoc tantum ex his quæ dixi volui liquere quantum falsus sit vir incomparabilis Picus Mirandulanus, cum scripsit, *opinionem quæ alium facit in genituris Hyleg, alium vitam avarorumque largitorem quem appellant Alcohodem posteriorum esse, Ptolemaum nec eo antiquiores quicquam tale opinatos esse. Quæ omnia sunt falsissima. Sed fefellit virum eximium homonymia vocis æquæ, quam Ptolemæus commu-*

nem facit tam vitæ largitorum quos & οἰκο-
 διακότας nominavit, quam Chronocrato-
 rum qui vitæ spatia non gubernant. Et sane
 ἀφ᾽ ἑσῆς ut utroque genere locum habet, quia
 temporis ratio in utroque ducitur, & curri-
 culi, sic etiam ἀφ᾽ ἑτῆς, sed diverso modo, &
 mensura. Nullum est temporis spatium sine
 ἀφ᾽ ἑσῆς, & non magis quam sine cursu ullum
 datur curriculum. Totius vitæ unum est cur-
 riculum, atque adeo una ἀφ᾽ ἑσῆς, à limine ipso
 natalis usque ad mortis metam. Qui ejus
 ἀφ᾽ ἑσῆς est κύριος, dominus & director, is
 etiam ἀφ᾽ ἑτῆς. Talis ἀφ᾽ ἑτῆς est Cadchoda si-
 ve οἰκοδεσπότης τῆς γῆς ἡρώσεως qui etiam Hyleg
 Arabicè sive Persicè vocatur, quia هيلج est
 dominus domus & οἰκοδεσπότης. Sed in spatio
 vitæ universo sunt & alia minora temporū cur-
 ricula, ut δωδεκαετηρίδες Chaldaicæ, δεκαετη-
 ερίδες, ἐπιαετηρίδες, anni, menses, dies, horæ.
 Horum etiā particularium temporū sunt ἀφ᾽ ἑ-
 σῆς & ἀφ᾽ ἑτῆς, quarum qui erant domini & di-
 rectores, hi proprie χρονοκράτορες appellati, i.e.
 temporum domini, & absolute ὑπικρατίτες.
 Hos etiam Arabes indigitant Hyleg, quia
 Hyleg est ἀφ᾽ ἑτῆς, sive potius τῆς ἀφ᾽ ἑσῆς κύ-
 ριος, & ὑπικρατίτης. Nam hæc vox Persi-
 ca dominum proprie significat. Hinc illa
 Recentiorum Mathematicorum hallucina-
 tio, & perturbatio in his exponendis, qui rem
 certq; tenere non possunt, ubi adeo de vocis

notio-

notione incerti hærent. Unus inter eos præcipuus in libro de judiciis nativitarum cap. iv. de quantitate vitæ, *diversas ait esse opiniones de spatio vitæ. Nam Arabes, inquit, vitæ spatium accipiunt ex Alchocoden h.e. dispositive loci Hyleg, teste Alachabitis.* Is est *ابن علي القبيعي* Quasi hæc peculiaris sit Arabum opinio & non Græcorum Astrologorum, immo vel ipsius Ptolemæi. Nam *Alchorodes* est *οὐρανός* & *ἡέσεως* à quo omnes antiqui vitæ spatium accipiunt, qui & disposito est loci Hyleg, id est *τοῦ ἀφ' ἧς καὶ κύμα*. Subjungit deinde quasi diversam à priorē sententiam. *Latini vero, ut ostendit Maternus lib. ii. cap. xxviii. eliciant quantitatem vitæ à domino, seu dispositive nativitatis.* Quasi vero Latinorum Astrologorum aliqua super hoc fuerit opinatio propria, cum Firmicus ille nihil ferme habeat quin à Græcis desumpserit; ut alias ostendetur. Sed neque hoc quod affert ex Firmico diversum est ab ea sententiā quam tribuit Arabibus. Nam hic dominus seu disposito nativitatis quem Firmicus *dominum genitura* Latine appellat, & dicit à Græcis *οὐρανός* nominari, idem plane est cum *Alchocode* Arabum, qui est verò suo nomine *Cadchoda*. Addit postremo tanquā tertiam ac diversam de spatio vitæ unde sumendum sit, opinionem, *Ptolemaum autem ex directione Hyleg ad loca interficientia.* Cæterum neque hæc

propria est & peculiaris Ptolemæi existimatio de vitæ tempore, sed omnium veterum communis qui statuunt vitæ tempus æstimandum esse ex intervallo quod est inter ἀφ' ἑτῶν sive ἀφ' ἑλκῶν τόπον, & ἀναρέτῶν atque ἀναρεπῶν τόπον. Omnes quippe affirmant eo usque procedere vitæ annorum ἀφ' ἑσιν donec incidat in ἀναρέτῶν qui radiis suis vel occursum eam feriat, καὶ τὸ σινηγμῶν πλῆθος ἑτῶν ἀποφαίνεται εἰς ἀνὰ περ μὴδ' εἰς ἀναρέτης ἢ ἀκπῖνα ἀπὸ φέρῃ, inquit Valens. Item eodem capite, καὶ ἕως ἡς ἐκείνης μοίρας τῶν ἀφ' ἑσιν ποιῶν εἰς ἀνὰ περ μὴδ' εἰς ἀναρέτης ἀφ' ἑσιν. Et usque ad illam partem decursionem vitæ facere si nullus incisus interveniat *Anareta*. Sed illa ἀφ' ἑσιν vitæ quam interrumpit & finit *Anareta*, semper ducenda est vel à Sole vel à Luna vel ab Horoscopo, si locum Apheticum sortiti fuerint in genitura, vel à quocunque alio planetarum qui dominus genituræ effectus fuerit ex notis ad hoc necessariis & requisitis. Aut igitur Sol & Luna in omni genitura loca Aphetica sortiuntur ad vitæ spacia significanda, & tunc dicuntur ἀφ' ἑτῶν non etiam οἰηδ' ἐσπῶν, quia cum Sol regi comparetur, Luna reginæ, & totius dominatum habeant non dignantur habere genituræ unius dominium: Aut locus aliquis ex genituræ principalibus locis accipit ἀφ' ἑσιν totius vitæ ἀποκρίσεως, ut Horoscopus, Medium cælum, & pars Fortunæ.

tunæ. Cæterum hæc Loca quamvis ab his ἀφε-
 σις vitæ temporis ducatur, & ἀφέτω quoque
 dicantur, non tamen οἰκοδεσπόται τῆς γνέσεως
 appellantur. Græci, εἰαὶ δὲ πως μήτε ἡλιθ-
 μοῖτε σελήνη πὲν ἀφελικὸν τόπον λάχουσιν, ἀλλὰ
 ὠροσκόπος ἢ μεσσηρινήμα, ἢ κ' ἐστὶ τὸ πλῆθ' ἢ
 ἐτῶν ἀπὸ τῆς ἀφελικῆς μοίρας ἕως τῆς πενταγώνου
 δεῶν λογίζεσθαι, ἀλλ' ἕως τῆς κεντρικῆς Διχα-
 σιως. Si quando neque Sol neque Luna Apheticum
 locum sortiti sint, sed Horoscopus aut Medium cæ-
 lum, quantitas annorum vitæ non est supputanda
 à parte Aphetica usque ad partem Tetragoni, sed us-
 que ad intervallum quod est inter Cardines. Pro
 eodem alibi dixit si Sol aut Luna aut Horo-
 scopus Aphetæ fuerint, lib. II. cap. 1. Ὡπὶ πά-
 σης οὐαὶ γνέσεως ὤπηναι δεῖ πότερον ἡλιθ, ἢ
 σελιῶν, ἢ ὠροσκόπος ἀφέτω εἰσὶ, καὶ ποῖον αἶεμον
 τρέχει. Ergo & Sol & Luna & Horoscopus
 Aphetæ, id est Hylegii, in genitura ad tempora
 vitæ dimetienda, non Oecodespotæ sive Cad-
 chodæ. Loca autem etiam Aphetica pro A-
 phetis habentur cum nulla stella in his ἀφεσις
 nec ullus fuerit οἰκοδεσπότης. Ut in spatio, sive
 ἀφέσις vitæ, Horoscopus & Sors Fortunæ &
 Medium cælum: in Chronocratoriis & tem-
 porum divisione, etiam Horoscopus, & Me-
 dium cælum, & Occasus, & Hypogeum, &
 Locus Dæmonis, & Locus Fortunæ, & alia
 à quibus ἀφεσις ducebatur ad varios vitæ ca-
 sus & eventus & actus significandos. Ita de
 Ho-

Horoscopo dicit Scholiastes Anonymus, si-
 ve ut quibusdam placet Damophilus, ὅτι τὸν
 ὁροσκόπον τέλῳ ἐρχόμεθα, ὅς τις καὶ ἀφ' ἑτῆς ἐστὶ
 καὶ ἀφεπικὸς τόπος. Idem de aliis locis di-
 cendum est à quibus quæcunque ducitur ἀφε-
 σις, sive ea sit totius vitæ ὑποστάσις, sive par-
 ticularis temporis. Ipse etiam Ptolemæus
 τοῦ κυριοτάτης τόπος, maxime principalia ge-
 nituræ loca, pro ἀφ' ἑταίς assumenda esse dicit,
 & inter illa nominat Horoscopum & Locum
 Fortunæ. Soli igitur quinque planetæ cum
 loca Aphetica sortiuntur & cæteras præroga-
 tivas quæ ad hoc requiruntur obtinent, cumq;
 ἀφ' ἑσιν genituræ suscipiunt & tempora vitæ
 decernunt, etiam genituræ domini & οἰκο-
 δεσπότην nuncupantur, & Arabicè *Cadchode*
 sive *Alchocodes*. Hæc distinctius enucleanda
 & elucidanda fuere propter errorem vulga-
 rium Mathematicorum, & Climatærum in-
 telligentiam, quod paucis fieri non potuit, ita
 res confusa est ac turbata. *Significatores vitæ* ab
 recentioribus appellari istos vitæ spatii ἀφ' ἑ-
 τας vel οἰκοδεσπότης facile feram, non item
prærogatores vitæ alterius generis ἀφ' ἑτας, quos
 & Chronocratores proprie diximus vo-
 catos. Non enim quidquam ad prorogan-
 dum ævi spatium conf'erunt, sed res alias, &
 alia tempora denotant quibus res quæque
 eventuræ sunt. Non etiam possum pati *Si-*
gnificatores & Promissores ita ab his distingui
 ut

ut certis stellis nomen detur *significatoris*, aliis *promissoris*, quasi omnes stellæ non dico erraticæ, sed etiam fixæ non promittant aliquid & significant simul, bonum & malum. Quid enim aliud in his promittere quam significare? Quæ aliquid mali aut boni significat, id etiam promittit, denūciat, minatur, decernit, efficit. Etiam Loca genituræ & signa Zodiaci promittere simul & significare censentur pro potestate naturali quæ his ab astrorum sapientibus attribuitur. Græci δηλοῦν, σημαίνην, ἐπαγγέλλεσθαι, χρηματίζειν, ἀποτελεῖν, ποιεῖν, de his passim usurpant. Valens: ὅσαν μὲν οὖν οἱ αἰσθητικοὶ φανερὰ ἴσιν μεγάλα καὶ πρακτικὰ ἐπαγγέλλον, magna & efficacia eventa promittunt. At de Chronocratoribus loquitur quos vulgo *promissores* vocari volunt. Idem alio loco σημαίνην eos dixit: ἐὰν δὲ πῶς αἰτέεις ἀφ' ἑσῆς ἡλίου καὶ σελλύης καὶ ὠροσκοπέα ἀπόμοια σημαίνουσιν ποίκιλον ἔσται τὸ ἔτϞ. Item: σκοπεῖν δεήσει τὰ χρηματίζοντα τῶν ἀστέρων ὅποια τυγχάνει, πότερον ἀγαθοπαιὰ ἢ φαῦλα, καὶ τίς ὁ τόπος ἐν τῇ διωστικῇ σημαίνην. Atque ita alibi passim δηλοῦν, σημαίνην, μηνύην, ἐπαγγέλλεσθαι synonymos ponuntur. Age Sol sit significator vitæ, ita sane est cum ἡ ἀφ' ἑσῆς τῆς ὑποστάσεως dominus est. Luna etiam sic vocari meretur cum eam ἀφ' ἑσιν suscipit. Si neuter sit, quicumque ex planetis οἰκοδεσποῖαν genituræ accipit, simul quoque significator vitæ evadit. Sed nec minus tunc ejus-

eiusdem promissor est, sed etiam largitor & dator. Nam *vita datorem* appellabant quicumque dominus effectus fuerat genituræ. Alii ἀφ' ἑτῶν non minus datores sunt ac promissores atque etiam significatores earum rerum quas decernunt. Cur igitur hæc nomina ita discernunt ut velint quinque significatores statui à Ptolemæo, à quibus singula quæ hominibus cōtingunt possunt decerni? Quos *significatores* à Ptolemæo dictos ajunt, ἀφ' ἑτῶν & χρονοκράτορες ab eo auctore appellantur, sed unusquisque eorum aliquam rem significat, Horoscopus τὰ σωματικά & συμπωματικά καὶ τὰς ξενιτείας, Sors Fortunæ τὰ τῆς κτήσεως, Luna τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ τὰς συμβιώσεις, Sol dignitates & gloriam, Medium cælum conversationem, amicitias, actiones vitæ, & sobolem. An nulli alii sunt significatores? Immo quotquot sunt loca genituræ, signa, stellæ, suas habent significationes. Cur in his quinque significatoribus quos solos numerant, non ponunt præcipuum significatorem, nempe vitæ, & qui dominus est genituræ & *Cadchoda* Arabum? Eum ipsi Arabes interpretantur دليل العر, idest significatorem vitæ. Omnes Chronocratores sunt etiam significatores, sed suæ quisque rei, ut ante diximus. Nec minus eiusdem promissores. At promissores numerari tradunt, corpora planetarum, eorum radios quosunque, Antiscia, imperantia & obedientia, stellas fixas, & quemlibet locum Ec-

cli-

eliptica. Quæ sunt inepta & antiquæ Astrologiæ penitus inaudita. Cur enim corpora planetarum magis promittunt cum occurrunt stellis ad eas decurrentibus quam ipsi Aphetæ? *Diriguntur*, inquit, *significatores pro rebus ab ipsis significatis ad promissores, qui si fuerint benefici, bona decernunt, si malefici mala in dictis significatis.* Ridicule. Si occurrentes beneficæ promittunt bona vel mala & decernunt, ea etiam significant, nec minus proinde *significatores* merentur appellari quam *promissores*. Omnia ea inter *ἡγαδιδόντας* & *περαλαμβάνοντας ἀστέρας* peraguntur, & utrique significationes suas habent & promissiones, partim beneficas, partim maleficas. Antiscia & stellæ fixæ, & signa imperantia & audientia, cum sua habeant *ὑποτελέσματα*, ea etiam promittunt & significant, quæ efficiunt ac decernunt. Scribit Ptolemæus lib. 111. Quadripartiti, cap. xiv. Stellas occurrentes, aut testimonium perhibentes detrahare vel adicere annos vitæ summæ quæ ab Apheta sive domino genituræ decernitur. Stellæ illæ quæ occurrant, corpora sunt Planetarum, quæ testimonium perhibent, radiis id faciunt: Vtraque inter *promissores* proprie sic dictos numerat hodierni Mathematici. Quæro nunc an hæc adjectio annorum vel detractio quam faciunt corpora planetarum vel eorum radii, magis ad promissionem spectet quam ad significatio-


nem?

nem? Apheta significabat annos vitæ quinquaginta sex, quos & promittebat scilicet. Ergo tam significator est quam promissor. Promissorum annorum numero detrahit sex annos planeta malevolus occurſu ſuo vel radiorum conſpectu. Nonne tum detractiōe ſimul ſignificat, promittit & efficit? Idem dixeris de benevola occurrente vel teſtimonium perhibente, ſi annos adjiciat aliquot promiſſæ ac ſignificatæ ab Apheta annorum ſummæ. Legitur apud Ptolemæum, αἰδὲ τ' ἕτως ἀπαντῶντων ἢ μαρτυρῶντων ἀστέρων, ἀφαιρεῖσιν μόνον ἢ περιλείψασιν ἐτη τῶς ὑπὸ δ' ἀφέτε πασαρχμῶς Occurrentium aut teſtificantiū ſtellarum. Hæc verba corpora ſtellarum & radios expriment. Occurrunt enim corpore, & teſtimonium perhibent, radiorum conſpectu. Hinc apud Firmicum sæpe legimus *radiationis teſtimonium*. Sed & μαρτυρίας Græci appellant vel δημαρτυρίας ipſos σχηματισμούς vel configurationes aſtorum quæ ex variis aſpectibus efficiuntur. Porphyrius in Iſagoge, οὗτοῦ πρὸς ἀλλήλους τ' ἀστέρων σχηματισμούς καλεῖσιν δημαρτυρίας. Has multi confundunt cum ἀκλινοβολίᾳ. Hinc legere eſt apud hos auctores καὶ σχῆμα ac καὶ σῶμα cum diſcrimine poſita. Cum enim ſtella occurrat ſive ἀπαντᾷ, ſωματικῶς hoc facit. cum radios immittit, καὶ σχῆμα. Hoc aliis dicitur, καὶ συμπαρεſίαν ἢ καὶ ἀκλῖνα. Quod aliis, καὶ σῶμα, & καὶ μαρτυρίαν. Hoc Ptolemæo eſt ὑπαντῶν

πάν & μαρτυρεῖν. Certum tamen est ἀκτινοβολίαν differre ab ὀπτιμαρτυρίᾳ vel μαρτυρίᾳ, qua ex aspectibus configurationes variae fiunt. Ἀκτινοβολίαν εἶ esse definit Hephæstion Thebæus qua stella in sinistris & consequentia signorum jacet radios in eam quæ in dextris est & antecedit, sic enim scribit lib. i. cap. πρὸς ἀκτινοβολίας, ἀκτινοβολεῖ ὃ πᾶς ἀστὴρ ὁ ἐπὶ μὲν ὅ ἐν τοῖς δὴωνύμοις τὸ πρὸς ἡγέμενον ἐν τοῖς δεξιόις. Eadem ferme habet & Porphyrius in Isagoge, sed cum hodie apud eum corruptissima habeantur, ita ex Hephæstione sunt corrigenda, ἀκτινοβολεῖ ὃ ἀστὴρ ὁ ἐπὶ μὲν ὅ τὸ ἡγέμενον καὶ χῆμα, οἷον ὁ ἐν κελῷ τὸ ἐν αἰγοκέρῳ καὶ πεζότη. ὁ ὃ ἡγέμενον τὸ ἐπὶ μὲν ὅ φορεῖ μὲν ὁ καθυπερθερεῖ φερόμενον ἐπ' αὐτὸν, ἐκ ἀκτινοβολεῖ. Conji-
cit radios omnis stella succedens in praecedentem, ut
qua in Ariete est eam irradiat qua in Capricorno posita
est & Sagittario. Qua vero praecedit, subeuntem aspi-
cit & eam exsuperat, non vero radios suis eam ferit.
Explicat hæc Hephæstion hoc modo, οἷον ὁ ἐν
κελῷ τὸ ἐν αἰγοκέρῳ τελευτῶν δεξιῶ ἀκτινοβολεῖ,
ὁμοίως καὶ τὸ ἐν τοξότη τελευτῶν δεξιῶ. ὁ ὃ πρὸς ἡγέ-
μενον τὸ ἐπὶ μὲν ὅ φορεῖ μὲν ὁ καθυπερθερεῖ φε-
ρόμενον ἐπ' αὐτὸν, ἐκ ἀκτινοβολεῖ δέ. Ex quibus
pater Trigonum & Tetragonum dextrum fie-
ri per ἀκτινοβολίαν, sinistrum Trigonum, si-
ve Trigoni & Tetragoni χῆμα fieri per aspec-
tum. Hoc proprie μαρτυρία dicitur, illud ἀκ-
τινοβολία. Atque ita hæc plane distinxit Valens
in

in tractatu περὶ παρουσίσεων τῆς σελήνης, χρη-
 τικῆς λοιπαῖς τῶν ἀστέρων ἀφέσεις ἢ μαρτυρίας ἐ-
 ἀκλινολογίας προσέχον. Ita ergo μαρτυρία &
 ἀκλινολογία differunt, quod μαρτυρία de aspe-
 ctibus Hexagonis, Tetragonis, Trigonis εἰς τὰ
 ἐπόμενα & in sinistra parte sumitur, ἀκλι-
 νολογία vero pertinet ad Hexagona, Tetrago-
 na & Trigona dextra. Sed si μαρτυρία pro-
 prie τὸ χημαλισμὸν significaret, ut tradit Por-
 phyrus, ἀκλινολογία non efficeret χημαλισμὸν
 quatenus μαρτυρία differt ab ἀκλινολογία.
 Cur igitur scripsit idem Porphyrius, ἀκλι-
 νολογία τῶν ἀστέρων ὁ ἐπόμενος τὸ ἡγούμενον καὶ χημα;
 Atqui cum τρίγωνος sunt dextra & sinistra, ut
 Hexagona & Tetragona, τὰ χήματα æque ad
 utrumque latus pertinebunt. Differre tamēn
 proprie χημαλισμὸν & ἀκλινολογίαν paulo post
 dicam. Nam de aspectibus certum est eosdem
 esse cum χημαλισμοῖς. Aspectus quippe dicitur
 proprie de configuratione quæ efficitur non
 radiis sed facie stellæ. Cujus differentię hanc
 rationem reddunt Hephæstio & Porphyrius,
 quod πάσης αὐγῆς μὴ ὅψις εἰς τὸ ἔμπεδον φέ-
 ρει, ἢ τὴν ἀκτὶν εἰς τὴν πύσω. Videre hinc licet
 vanitatem artis illusoriæ. Radios in stellis
 hoc esse volunt quod crines in capite huma-
 no. Inde ὅλον ἐθέρας ἑσπερον poëta quidam
 dixit, & κόμην passim tribuunt astris quibus
 radii pro coma. Qui crinibus solutis currit,
 coma ejus retro jactatur, & nudam faciem
 in

in anteriora præfert. Idem in stellis usu venire asserunt. Cum cursum peragunt, comam suam retro eas vibrare volunt, quod est ἀκκνοβολαῖν, & os ostendere tantum abante crinibus, idest radiis nudum. Ergo dum feruntur ante se stellæ, præcedentem radiis ferunt, sequentem aspectu afficiunt. Inde & μαρτυρία de aspectu proprie, quia testimoniū est quod in os à præsentē perhibetur. Ἀκκνοβολία vero quæ à tergo fit & retro, differt eo modo ἀπὸ τῆς μαρτυρίας. Hæc locum habet in Hexagono, Tetragono & Trigono sinistris, ἐν πῶς ἐπιμήροις ζωδίοις: ἀκκνοβολία verò in Hexagono, Tetragono & Trigono dextris, εἰς τὰ πρὸς ἡγέμνα. Quæ est opposita τῇ Διάμετρον, ea vero & radiis simul ferit & conspiciat sibi contrariam, ὅτι τῇ Διάμετρον ἀκκνοβολαῖν ὅτι πρὸς θεωρεῖ. Quia nempe antica pars stellæ, idest facies, & postica ubi sunt radii, hinc inde æqualiter respiciunt eam stellam quæ τῇ Διάμετρον aduersa est. Figura subiecta hoc planum faciet.



Ex hoc Schemate patet, stellas secundum ordinem signorum progredientes faciem suam sequentibus ostentare, præcedentibus vero radios. Nam quæ in Ariete est videt eam quæ est in Cancro, quæ in Cancro est ἀκτινοβολεῖ illam quæ est in Ariete, atque hæ sunt invicem Tetragonæ. Ita quæ occurrit & ὑπὸ ἀντι-
 τωρ dicitur, si male sita sit & in loco ἀναιρετικῷ posita, radiorum suorum conjectu interficit. Porphyrius, ἀκτινοβολεῖν γὰρ θέντες τὸ καὶ περι-
 γωνιον ἀστέρα ἐκ τῆς καθ' ὑπὸ ἀντίτησιν ζωδίου τὸ ἐκ τῆς
 καὶ ὁπικαλήγησιν, οἷον ἀκτινοβολεῖν τὸ ἐν τῷ καρ-
 κίνῳ τὸ ἐν τῷ κελῷ, θεωρεῖν ἢ τὸ ἐν τῷ κελῷ τὸ ἐν τῷ
 καρκίνῳ, ἢ ἀναιρεῖν φασὶν εἰ κακοποιὸς εἴη, ὁ γὰρ
 ἀκτι-

ἀκπνοβολῶν ἀναιρεῖ, ἔχ' ὁ ὅτι θεωρῶν. Ita legendus ille Porphyrii locus qui est vulgo corruptissimus. Nam καὶ ὅτι καλεῖται editur, quod contrarium menti auctoris sensum efficit. Non enim occurrens stella radios mittit in sequentem, sed in præcedentem. Quippe cum sequentem aspiciat ut ipsa à præcedente conspecta est. Ideo autem occurrens stella ἀναιρεῖς est, quia præcedentem quæ est ἀφεῖς ἀκπνοβολεῖ. Ἀκπνοβολία autem ἀναιρέσις est, non aspectus. Quidam intra solum Tetragonū ἀκπνοβολίαν fieri censuerunt, non usque ad Trigonum extendi. Rationem hanc afferebant, quia stellæ de Trigono aspectus bonus est, nec unquam occidit. Ergo nec ἀκπνοβολεῖ, quia ἀκπνοβολία est ἀναιρέσις. Porphyrius, cujus verba ita sunt referenda: ὁ δὲ καὶ ἡ Διὰ μέτρον ἔστι ἀκπνοβολεῖ καὶ ὅτι θεωρεῖ, καὶ τρίγωνον ἔδ' ἐπεὶ ἀκπνοβολεῖ, ἀπερείδεται δὲ τὸ ἀκπνοβόλον πρὸς τὸ τρίγωνον συνεγὼς ὑπάρχον μᾶλλον ἢ τρίγωνον. γίνεται δὲ αὐτὴ συμπαῖδα. Qua ex diametro opposita est radios jacet, & aspicit. Qua vero Trigona est, nunquam radios mittit, sed in solum Tetragonum eos immittit, quod est propius quam Trigonum. Nam Trigoni est consensus. Ubi συμπαῖδα est χρηματισμὸς. Ex quibus liquet τὴν ἀκπνοβολίαν differre à χρηματισμῷ ut à μαρτυρίᾳ. Nam Tetragona stella ἀκπνοβολεῖ, non Trigona. Hæc vero aspicit, non radiis ferit. Subjicit deinde sententiam Thrasylli scribentis,

ἀκλινοβολίαν. esse ἀναίρεσιν, ἀναίρειν ἢ οὐ τοῖς
 τετραγώνοις χῆμασιν ὀπιπαρόντας ἢ τοῖς Διαιμέ-
 τροις ἐν τῷ Διαισθήματι τῷ ὠροσκοπέσθαι μοιρασ, τῷ
 τῷ τριγώνων μαρτυρίας ἢ λαμβανομένης εἰς ἀναί-
 ρεσιν. Radiorum conjectum esse peremptorem, perimere
 autem stellam positam in Tetragonis & Diametris
 configurationibus, in distantia partibus Horoscopi, Tri-
 gonorum testimonio nunquam accipi solito ad inter-
 emptionem. Alia etiam ratione τὸ χῆμα differt
 ab ἀκλινοβολίᾳ. In copulatione stellarum dua-
 rum quam σωμαφὴν vocant & κόλλησιν nullum
 est χῆμα. Nā stellæ in duobus proximantibus
 Zodiis positæ nullum efficiunt χηματισμὸν.
 Omnes quippe ferme contigua sibi signa se in-
 vicem videre negaverunt. Hinc κόλλησιν vel
 σωμαφὴν, & χῆμα distinguunt. Porphyrius ὁμό-
 ρωσιν i.e. *confinium*, interpretatur cum duæ stel-
 læ in iisdem sunt finibus, vel ὅτι κολλησεως exi-
 stentes, vel καὶ χῆμα. Idem κενοδρομίαν expo-
 nit, cum nulli adplicatur alii stellæ neque ζω-
 διακῶς neque μοιρικῶς, μήτε καὶ χῆμα μήτε
 καὶ κόλλησιν. Vbi ζωδιακῶς de χηματισμῷ, intel-
 lexit, μοιρικῶς de copulatione. χῆμα enim fit
 ζωδιακῶς cum unum signum duobus interpo-
 nitur, quod est Hexagonum. Hoc quippe &
 primum & minimum est τῶν χηματισμῶν. Cum
 signum vero signo proximat, stellæ quæ in
 utroque inveniuntur, per κόλλησιν vel σωμαφὴν
 conjunguntur μοιρικῶς. Inde & ἀκλινοβολία
 stellarum quidam ζωδιακῶς, quidam μοιρικῶς
 confi-

considerandam esse docuerunt. Ζωδιακῶς καὶ
 ἀήμα, μοιρακῶς vero καὶ σωμαφιλῶ. Ergo stel-
 la stellæ καὶ σωμαφιλῶ conjuncta eam ἀκτινοβο-
 λῇ, id est radiis ferit, non cum ea συγχρηματίζε-
 ται. Porphyrius ubi dixit faciem stellæ in an-
 teriora ferri, radios retro & à tergo, addit,
 καὶ ἐνταῦθα ἢ θεωρεῖν καὶ τὸ πρῶτον ζωδιακῶς μὲ-
 ρον ἀκτινοβολῇ, ἢ καὶ σωμαπλῶν μοιρακῶς. Et
hic inspicendum est utrum signiliter radios tantum
jaciat, an vero & contigua partiliter. Et sub-
 jungit duas super hoc esse sectas. Nimirum
 quia essent qui vellent non nisi ζωδιακῶς
 ἀκτινοβολεῖν, id est pro ratione signorum ita
 distantium ut ἀήματα inde nascerentur. Alii
 contra ἀκτινοβολίαν admittebant de primo si-
 gno in secundum. Idque ita se habere necesse
 est, siquidem stellæ radios etiam in proxima
 mittunt, ut in longinqua. Quinimmo idem
 Porphyrius scribit sub finem Ἰσαγoges, Solis
 radios pervenire ad partes triginta, inante
 quindecim, & retro totidem. Lunæ radios
 perferri ad viginti quattuor partes, duode-
 cim ab ante, & duodecim retro. Saturnum
 & Jovem radios emittere ad partes novem
 in anteriora, & novem à tergo, quæ sunt
 decem & octo in totum. Veneris & Mer-
 curii radios spargi per partes quattuorde-
 cim, septem ante & septem post. Hæc cum
 ita sint, quomodo stare illud potest quod
 Porphyrius alibi scripsit in eadem Ἰσαγογε,

radios stellarum in posteriora tantum & à tergo spargi, faciem vero in anteriora? ἢ μὴ ὁψις εἰς τὸ ἐμωρθέν φέρεται, ἢ ὃ ἀκτὺς εἰς τὰ πίσω. Si utrimque jactant radios, falsa est ista assertio. Falsam esse & ipse Thrasyllus apud eundem Porphyrium videtur innuere cum de ἀκτινοβολία interficiēte tradens ait, πόδε πόθεν ὅτι φέρουσιν ἀκτῖνα & δεοῖσιν, πότερον ἐκ δεξιῶν ἢ ἐξ ἀωνύμων εἰς τὴν ἐπαναφορὰν ὃ ὠροσκοπῶν. Nihil interesse ait underadium inferant, utrum à dextris partibus an à sinistris in secundum ab Horoscopo locum. Hæc est enim ἐπαναφορὰ Horoscopi. Atqui non potest venire radius ad stellam in eo loco positam nisi ex stella sequente & in sinistris posita. Nam omnis stella sequens ἐν τοῖς ἀωνύμοις ἀκτινοβολεῖ antecedentem ἐν τοῖς δεξιόις, ut dixit Hephæstion. Si vero tam ex dextris quam ex sinistris secundum Thrasyllum stella potest radium immittere in secundum ab Horoscopo locum, ἀκτινοβολίαν utrimque fieri necesse est. Nec tantum à dextra & sinistra, id est ante & retro radius mittitur, sed etiam infra, ut idem Porphyrius alio loco dixit ubi agit de dextris & sinistris configurationibus. Ira enim scribit, septem radiis singulas stellas esse præditas, ac trinos emitte-re sursum, trinos deorsum & unum in oppositum, ὅτι τὸ ἀγόμετρον. Ibidem radios qui sursum mittuntur dextros esse ait, qui deor-

deor-

deorsum sinistros; Εἰ πὰρ ὃ ἀκτῖνες ἑκάς τῶν
 ἀστέρων ἀφίησι, τρεῖς μὲν εἰς τὸ ἄνω, τρεῖς ἢ εἰς
 τὸ κάτω, μίαν ἢ ὅτι τὸ Διόμετρον, ὧν δεξιά μὲν
 αἱ ὅτι τὸ ἄνω, ὀνόνομοι ἢ ὅτι τὸ κάτω. Atqui
 τὸ κάτω de sequentibus signis accipiunt, τὸ ἄνω
 vero de antecedentibus. Hæc enim dextra,
 illa sinistra censentur. Hinc cum stella ἀνα-
 ποδίζῃ & retro fertur, ἀνωφερῶς id fieri aucto-
 res artis dicunt, & περιηγέσθαι. Hæc mihi
 concilient qui Astrologorum ineptias defen-
 dere erunt parati. Αἰκτινοβολία autem cum sit
 αὐαίρεσις ex sententia Thrasylli, Ptolemæus
 eam proprie ferri voluit ἀπὸ τῶν ἐπομύων
 εἰς τὰ περιηγέσματα. Nam in ordine sequen-
 tium signorum occurrentes stellæ illi quæ
 versus eas decurrit, nempe ἀφέτη, radiis suis
 eam pulsant. Postquam enim egisset de ea
 ἀφέσει quæ fit εἰς τὰ ἡγέσματα transit ad eam
 quæ fit εἰς τὰ ἐπόμενα. ἡ καὶ αἰκτινοβολία τῶν
 σωματῶν τῶν λέγεται ἀστέρων τὰς ἀκτῖνας τῷ ἀφέ-
 τη ὅτι φερόντων καὶ ἐξάγωνον καὶ τεύγωνον καὶ
 πετρώγωνον καὶ Διόμετρον. Hoc est quod dixit
 Porphyrius ὅτι καὶ σωματῶν ἀστέρες radiis eum
 pulsare qui est καὶ καθήγησις, id est eum qui se-
 quitur præcedentem αἰκτινοβολεῖν. Hæc autem
 αἰκτινοβολία exitialis est, & αὐαίρεσις illius ἀφέ-
 σεως quæ fit per consequentiam signorum,
 & καὶ τὸ ἐξῆς ut Græci loquuntur. Non idem
 est de illa quæ fit εἰς τὰ περιηγέσματα, id est
 contra successionem signorum. Nam auget

tantum ad summam annorum, aut minuit.
 Diserte vero Ptolemæus ipse τὴν ἀκπνοβολίαν
 propriam facit illius ἀφέσεως generis quæ de-
 currit secundum ordinem sequentium signo-
 rum. Duos enim modos esse scribit τὴν ἀφέ-
 σεως, unum qui sit εἰς τὰ ἐπόμενα τῶν ζωδίων
 μόνον ὑπὸ τὴν καλῶς ἀκπνοβολίαν, cum
 Apheta nimirum à medio cælo versus Horo-
 scopum pergit: alterum quo Apheta εἰς τὰ
 προηγούμενα retrocedit contra ordinem si-
 gnorum, cum in declinantibus à Medio cæ-
 lo locis versus occasum tendit, quam ὤρι-
 μαίαν ait vocatam. Omnino igitur τὴν ἀκπνο-
 βολίαν intellexit à sequenti fieri in anteceden-
 tem cum antecedens solo adspectu sequentia
 astra afficiat, quoniam ἡ ὄψις πάσης αὐγῆς εἰς
 τὸ ἐμπροσθεν φέρεται, ἢ τὴν ἀκτὴν εἰς τεπίσω.
 Idem μαρτυρίαν proprie attribuit stellis oc-
 currentibus in antecessu signorum. Nam fa-
 ciem obversam habent venientibus, non ra-
 dios, ut ex figura quam supra posuimus liquet.
 Ideo in hoc genere ἀφέσεως occurrentes stel-
 læ aut testimonium perhibentes non interir-
 munt, sed detrahunt de summa annorum
 ab Apheta collectorum, aut eis adjiciunt. αἱ
 τῶν ἑταρῶν, inquit, ἀπαντῶντων ἢ μαρτυρου-
 ῶν ἀστέρων ἀφαιρῶσι μόνον ἢ προσθέουσιν ἐτη
 ποῖς ὑπὸ τῆς ἀφίτης συναριθμοῖς μέχρι τῆς κατὰ
 δύσεως ἀφίτης, ἢ οὐκ ἀφαιρῶσι. Hoc ipsum est
 quare μαρτυρία ὑπὸ τῆς ἀκπνοβολίας diversa
 sit

fit, quia ut auctor est Thrasyllus ἀκτινοβολία est ἀναιρεσις, & locum habet solum in ἀφῆσι quæ fit in ordine succedentium signorum, μαρτυρία autem ad solos σχηματισμούς pertinet qui per aspectus varios formantur occurrentium stellarum. Rationem hanc addit cur occurrentes aut testimonium perhibentes stellæ non interficiant in Aphesi quæ fit contra successionem signorum, Ἀφ' τὸ μὴ αὐτὰς ὑπὲρφέρεσθαι τῷ ἀφελικῷ τόπῳ, ἀλλ' ἐκείνον ποῖς αὐτῶν. Quia non sese inferant in locum ἀφεπικὸν, sed ipse locus Apheticus vel Apheta in eas feratur. Contrarium ergo est in contraria Aphesi, in qua occurrens stella sese movet versus Aphetam. Sed quomodo? Per ἀκτινοβολίαν quæ συμπαρασίας vicem habere censebatur. Scribit enim Valens partes ἀναιρεπικὰς sive sint in successu signorum sive in antecessu, δύναμιν δὲ συμπαρασίας ἔχῃν cum in his maleficæ ἀκτινοβολῶσι. Alias certum est etiam τὸν ἀφῆτῳ ferri versus ἀναιρέτῳ cum in decursu Aphetæ occurrit καὶ σώμα ἢ κατ' ἀκτῖνα. Ita enim fere semper scribunt auctores de ἀφῆσι, quæ fit secundum ordinem signorum quia ἀκτινοβολία locum in ea decursione habet tantum. In conversa Aphesi, dicunt καὶ σώμα ἢ καὶ μαρτυρίαν, quia μαρτυρία fit per aspectum. Illa autem ἀκτινοβολία cum fit ex loco ἀναιρεπικῷ per stellam maleficam, vicem habet præsentis. Hinc passim legere est apud

auctores, integrum numerum annorum ge-
 nituræ constaturum, εἰς περ μηδεὶς ἀναιρετῆς
 τὴν ἀκτῖνα ὀπιφέρει. εἰς περ μηδεὶς τῶν ἀναιρετῶν
 ὀπιφέρει τὴν ἀκτῖνα χρεωσθήσῃ τὸ πλεονεκτήσιν τῶν
 ἐτῶν. Nisi aliquis ex interemptoribus radium mit-
 tens, decoquat annorum numerum. Item: καὶ ὥς
 τὸ ἐκείνης τῆς μοίρας τὴν ἀφ᾽ ἑσιν ποιῶν εἰς περ
 μηδεὶς ἀναιρετῆς ἀφ᾽ ἑσθῆ. Et usque ad illam par-
 tem decursionem annorum facere nisi Anareta cur-
 sum praeceat, radiis nempe suis, sive ἀκτινοβο-
 λία. Qui radiorum conjectus cum æque oc-
 cidat ac si corpore præsens esset malefica, pro
 præsencia accipitur. Tradit Campanella lib.
 iv. Astrologicorum c. iv. Si Tellus circa Solem
 immobilem circumfertur, tunc deductionem fore A-
 pheta ad interfectorem, in directum autem conver-
 sa, eam intelligit quæ sit εἰς τὰ πλεονεκτήσιν,
 ἐκτὸς angulum interficientem pergere ad Aphetam
 contra id quod dixerat Ptolemaeus. Verum si
 stat tellus sic est ut dixit. Hæc nihili sunt & falsa.
 Nam in Aphesi directæ non solum interfectores
 ad Aphetam ducitur, sed etiam Apheta ad in-
 terfectorem, ut passim auctores testantur.
 Ptolemæus in conversa Aphesi, unicam tan-
 tum partem ἀναιρετικῶν agnoscit quæ in
 occasu est Horizontis, ἀλλὰ τὸ ἀφανίζεν τὴν
 κύκλον τῆς ζωῆς. Quia obscurat dominum vitæ. Ubi
 κύκλος τῆς ζωῆς est idem cum οἰκδεσπότη τῆς
 γῆσεως, qui & ἀφ᾽ ἑσθῆ est annorum vitæ.
 Quæ occurrunt ei stellæ, vel testimonium per-

perhibent, annis adjiciunt vel detrahunt ab Apheta collectis usque ad ipsum Apheta occasum. Non enim interficiunt. Adjiciunt autem benevolæ, detrahunt maleficæ. In directa autem spatii decussione, sive ἀφῆσθ, si Apheta afflictus est ut loquuntur, ἀναίρεσιν facit, si bene affectus pro interemptione dat Climacterem id est periculum. Scholiastes Anonymus, καὶ δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἀφῆτης ἀναίρεσιν ἢ ἀφῆτης ἀφαιρέσειν ὡς περὶ κεκἀκώτερον ὁ ἀφῆτης, ἢ ἀφῆτης ἀφαιρέσειν, καὶ κωθεὶς τὸ ἰσχυρὸς ἔστι καὶ ποιήσεται τὸ ἀναίρεσιν, ἀφῆτης ἀφαιρέσειν τὸ σῶζεν ἢ ἀντὶ ἀφαιρέσεως ποιήσεν κλιμακτῆρα. Quod intelligendum est si malefica stella quæ radios in Apheticam mittit in loco Anæretico fuerit. Tunc enim prorsus tollit. Sin vero benevolarum aliqua eum locum possederit, pro interemptione faciet Climacterem, id est periculum vitæ, non autem interficiet. Ex quibus obiter notabis Climacterem non ex vi numerorum effici, sed ex stellarum decreto. Valens quinque partes ἀναίρεσιν in singulis signis esse tradit, tres utrimque ad latera τὸ ἀφῆσεως, dextra nimirum & sinistra, hoc est in antecessu & successu, & unam καὶ κωθεὶς, hoc est καὶ ἀφῆσεως. ἀναίρεσιν δὲ, inquit, μοῖραι κληθήσονται αἱ παρ' ἐκάτερος τὸ ἀφῆσεως τρεῖς, ἐπὶ πᾶσι τελεμοῖα, sive τελεμοῖα, καὶ κωθεὶς ἢ ἐπομῆς δώαμιν συμπαρασῆας ἔχει. Interemptoria partes
jm-

judicabuntur utraque utrimque ad latera Aphesitres. Omnis enim Trimoria sive secundum sive contra successionem signorum, vim habet presentia. Per τεμορεία sive τεμορείαν tres partes sive μοίρας intelligit. Ex quibus cum ἀκτινοβολεῖ aliqua malefica eundem effectum producit ac si in ipso loco Aphetico consisteret, καὶ τὴν ἀφесιν. Addit ἔτι ἰσομερία καὶ αὐτὴ καὶ κάθετον, ὡς εἶναι τὰς πείρας ἐπὶ αὐτῇ. De Diametro id accipiendum ex quo & ἀκτινοβολεῖ stella & ὁπιοθεωρεῖ, radios simul jacet, & aspectum facit, ut supra indicavimus. Aphesin in antecedentia signatunc fieri idem Valens tradit cum stella est ἀναποδισκή, id est retro cedit. Tunc enim πρηνεῖται. Quod vulgo vocant barbari retrogradationem, antiqui Græci πρηνεῖται, recentiores, ἀναποδισμόν, ut πρηνεῖται quæ barbaris dicitur directio. Valens, ἐὰν μὲν πρηνεῖται ἀναποδισκῇ ἀστὴρ ὁρεθῇ, ἢ καὶ τὸ ἐξῆς τὴν ἀφесιν ποιησόμεθα, ἀλλ' ἀνωφερῶς καὶ σκοπήσωτες ἕως πείρας μοίρας ἀναποδίζῃ. Si retrogradus inveniat planetæ, non secundum ordinem signorum Aphesin faciemus, sed in superiora, id est antecedentia, considerantes quam usque ad partem retrogradus sit. Quod dicit ἀνωφερῶς, sciendum est de dextris figuris τὸ ἄνω dici, de sinistris τὸ κάτω. Hinc ex Porphyrio supra notavimus singulas stellas radios mittere sursum, deorsum, & diametraliter, id est ad dextram & sinistram. Cum enim planetæ ab occasu ver-

sus

sus ortum ferantur, pars occasus quæ præces-
 sit superior, pars ortus ad quam tendunt in-
 ferior. Ergo cum sic eunt, à superioribus
 deorsum currere existimantur, i.e. κατωφερῶς.
 cum ab ortu ad occasum, quod tunc faciunt cum
 ἀναποδίζουσιν, ἀνωφερῶς ire dicuntur. Inde &
 quæ à dextris ad sinistra pergit, κατωφερῶς per-
 gere dicitur, quæ à sinistris ad dextra ἀνωφερῶς.
 Nam dextræ partes superiores, sinistrae infério-
 res. Inde etiâ stella quæ in dextro Trigono vel
 Tetragono posita est, καθυπερθερεῖν eam dicitur,
 idest supereminere quæ Trigonom vel Te-
 tragonum sinistrum possidet, quasi ex superio-
 re loco descendens in inferiorem. Quod infra
 est, etiam ἔμωθεν esse dicitur, quod supra
 ὀπίθεν, idest retro. Hinc Trigonom dextrum
 supra Firmico exponi docuimus, quod ab eo signo
 à quo incipimus retro est, sinistrum vero quod ab ante.
 Hephæstion καθυπερθερεῖν & ὀπίδεκατῶν idē
 esse notavit, ὃ καὶ καθυπερπερῶν, inquit, καὶ
 ὀπίδεκατῶν τὸ αὐτὸ ἐστίν. ὃ καὶ ἐν κεφαλῇ καθυπερ-
 θερεῖ & ὀπίδεκατῶν ἢ ἐν καρδίῳ. Hic ordo est
 signorum, & stellarum secundum ordinem si-
 gnorum currentium. Sed cur ὀπίδεκατῶν
 idest *decimare*, idem est cum καθυπερπερῶν?
 Stella in Ariete posita καθυπερθερεῖ illam quæ
 consistit in Cancro. Hoc Tetragoni latus
 est. Ergo quæ in Cancro est κατωφερῆς est,
 quæ in Ariete ἀνωφερῆς. Si contrario ordine
 à Cancro procedam ad Arietem, hoc ἀνωφε-
 ρῶς

ρῶς fieri dicitur : Si ab Ariete ad Cancrum,
 κατωφερῶς. Quod etiam καὶ τὸ ἐξῆς dicunt Græ-
 ci , idest ordine naturali signorum. Sic qui
 sacerdos duobus annis continuis factus est in
 inscriptione , δις καὶ τὸ ἐξῆς ἱερῶς dicitur. Sed
 ὑπιδεκατάδην ita idem est cum καθυπερτερεῖν, ut
 de contrario ordine verum sit, non de eodem.
 Stella in Ariete stellam in Cancro καθυπερτε-
 ρεῖ secundum ordinem & successionem signo-
 rum , εἰς τὰ ἐπόμενα, eandem vero ὑπιδεκατάδην
 εἰς τὰ προηγόμενα. Nam converso ordine si
 signa ab Ariete numerentur , Cancrī signum
 ab eo decimum erit. Aliter Porphyrius τὸ ὑπι-
 δεκατάδην & καθυπερτερεῖν idem esse interpre-
 tatur. ὑπιδεκατάδων , inquit λέγεται καὶ καθυπερ-
 τερῶν ὁ ἐν τῷ δεκάτῳ ζωδίῳ κείμενον ὁ ἐν τῷ πε-
 τάρτῳ. *Decimare & supereminere stella dicitur qua
 in decimo signo est eam qua posita est in quarto. Quæ
 nullus capio. Quartum quippe aut decimum
 signum non dicitur nisi ratione loci quo di-
 stant ab Horoscopo , aut ordinis quo à pri-
 mo numerantur signo Arietis. Neutrum con-
 venit nomini ὑπιδεκαλείας. Sed nec exempla
 subjecta respondent. ὡς περ , inquit, ὁ ἐν τῷ ζυ-
 γῷ πᾶρξων ἀστὴρ ὁ ἐν παρθένῳ, & ὁ ἐν παρθένῳ ὁ
 ἐν τῷ κριῷ. Nam Libra distat à Virgine totis
 duodecim signis , non decimo. Et sane legi-
 tur in editis Porphyrii , ὁ ἐν τῷ δωδεκάτῳ ζω-
 δίῳ κείμενος. Quod aperte mendosum est pro
 δεκάτῳ. Hanc enim lectionem postulat ver-
 bum*

bum Ὡδεκατρίων, quod idē est ac δεκατρίων.
 Nam Ὡδέκατον dicitur pro δέκατον, ut Ὡ-
 δώπερον pro δώπερῳ & similia. Sed nec qui
 in Virgine est planeta potest decimare dici
 eum qui est in Ariete, quia non decimo ab eo
 signo distat, sed octavo. Cum autem hic dicat
 Porphyrius Ὡδεκατρίων & καθυπερτερεῖν de
 eodem planeta qui in decimo signo positus
 alterum decimat & καθυπερτερεῖ in quarto si-
 gno constitutum, in sequentibus scribit quam-
 libet stellam in dextro trigono vel Tetragono
 vel Hexagono positam καθυπερτερεῖν eam quæ
 in sinistro sita est, & ad ipsam venit. Sic quæ
 est in Capricorno καθυπερτερεῖται ab ea quæ
 in Libra est, in Virgine, & in Scorpio. Libra
 distat à Capricorno quarto signo quod est
 Tetragonum, à Virgine quinto quod est Tri-
 gonum, à Scorpio tertio quod est Hexago-
 num. Nulla in his Ὡδεκατρίσεως ratio vel
 significatio, sive *decimationis*, sed tantum κα-
 θυπερτερήσεως, cum tamen tam Hephæstio
 quam Porphyrius scribant, Ὡδεκατρίων &
 καθυπερτερεῖν idem esse. Καθυπερτερήσις au-
 tem, ut ex utroque colligimus, non ad ul-
 teriora signa protenditur quam ex quibus
 aspectus confici potest. Hephæstion, ὁ ὃ
 περιγὰ μὲν Θ' ἐφορᾷ μὲν καὶ καθυπερτερεῖ Φερό-
 μιν Θ' ἐπ' αὐτὸν, ὅτε ἀκτινοβολεῖ ὃ. Stella igitur
 quæ videt aliam de Hexagono, de Tetra-
 gono, & de Trigono, etiam eandem καθυπερ-
 τερεῖ

περὶ ἥ ad eam feratur. Aliud igitur est Ἰνδεκατὼν. Nam nullus ex his aspectibus decimi signi distantia conficitur. Ne quidem Diametricus. Nam in septimo signo fit. Non potest igitur Ἰνδεκατὼν locum habere nisi ea ratione quam posuimus. Stella in Ariete posita aspicit eam de Tetragono quæ in Cancro constituta est, quia quæ καθυπερπερὶ dextra est, quæ καθυπερπερὶ τετραγῶν sinistra, sed converso ordine à sinistris ad dextra procedendo eandem Ἰνδεκατὼν, quia Cancer decimo loco distat ab Ariete. Sic cum Trigonom dextrum Sagittarii quinque signis æque distet ab Ariete, ut sinistrum Leonis, tamen nonum ab Horoscopo locum de Trigono ab eo conspici censeretur, quia Sagittarius nonum est signum ab Ariete in eo ordine quo signa sequuntur. Duplex igitur est ἀφesis, καθυπερπερὶ ὧν & ἐπομὴν stellarum. Vel quod idem est, δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν. Item καθυπερπερὶ ὧν & καθυπερπερὶ ὧν. ἐφορώντων sive μαρτυρούντων & ἀκτινοβολούντων. Ultimo, ἀναποδιζόντων & περιποδιζόντων. Cum vero in utroque signo sint loca vel partes ἀφετικῆς & ἀναρτικῆς, quemadmodum non est ἀφ' ἑκῆς planeta nisi qui sit in loco ἀφετικῶ, ita nec ἀναρτικῆς est ullus ex maleficis nisi μοῖρα ἀναρτικῶ obtineat. Aphereta autem incipit decursum suum à loco Apherico ut cursores stadii à limine ἀφ' ἑκῆς, quæ ἀφε-

σις etiam dicitur. Numerantur autem anni ab initio Apheseos usque ad partem ἀναρεπικῶν in qua constituta malefica cursum Aphetæ & ἀφέσεως interruptit. Non igitur ἀναρεπτικῆς movetur versus ἀφέτῳ sed contra, quia non est ἀναρεπτικὸς nisi qui ἀναρεπικῶν μοῖραν occupat, ad quam ubi pervenit Aphetæ, tunc sistere cursum cogitur & finire. Valens de septem partibus ἀναρεπικαῖς cujusque signi, ἐν τῷ ἔργῳ οἱ κακοποιοὶ ἀκτινοβολοῦντες ἀναρεπτικῇ γινώσκονται. Pro maleficis si beneficæ in illis partibus constiterint prohibent ἀναρέσειν. Idem: οἱ ἡ ἀγαθοποιοὶ κωλύται τὴ ἀναρέσειν. In ἀκτινοβολίᾳ itaque solam ubi inciderit Anæretica stella quæ locum Anæreticum tenet, idem effectus ἀναρέσειν producitur ac si ad ipsam venisset. Tradit eodem loco Valens si malefica jecerit radios à parte nona signi usque ad decimam quintam, ἀναρεπῆν. Nec solum in eodem signo Aphesis, sed etiam in aliis usque ad latus Tetragoni. Quæ ibi propositis etiam geniturarum exemplis firmat. Sed ea discutere hic & referre non est nostri operis. Cardanus ad lib. 111. Quadripartiti notat, ἀφέτῳ proprie esse Latinis *excursorem*, quoniam ἀφετὴ solum in bonam partem accipitur. Promissor autem, inquit, in utramque partem, bonus & malus, & ex malis qui occidit ἀναρεπῳ dicitur. Et quanquam fingatur ἀφέτης excurrere tanquam è carcere liberatus, unde etiam *eisymum* traxit

D d

Gracè,

Gracè, nihilominus promissorem ad Aphetam ferrè.
 Quæ magnam imperitiam produnt ejus artis
 in qua se Deum videri volebat. Promissores
 enim isti boni malique nugæ sunt magnæ, si
 ad antiquorum Astrologorum disciplinam
 provocemus, quia non sunt minus *signi-*
ficatores quam *promissores*. Sunt enim æque
 δηλωτικοί & σημαυτικοί omnium vitæ even-
 tuum & actuum, rerum ac negotiorum bono-
 rum & malorum, quam quibus nomen at-
 tribuunt *significatorum*. Deinde promissor ἀνα-
 γέτης non fertur ad ἀφείτω, quem proprie sig-
 nificatorem esse volunt, sed contra. Nam si ve
 de Apheris qui vitæ & genituræ domini sunt,
 si ve de illis qui tempora in Chronocratoriis
 dividunt accipiamus, periodos & circu-
 los quos decernunt ac tradunt sequentibus
 ipsi etiam decurrunt. Nam ἀφέτης Latine
 non potest melius reddi quam *decurso*, ut
 ἀφεσις *decurso* est. Inde & τέχην ἀφέται di-
 cuntur Valenti lib. viii. capit. i. Ὅτι πάσης οὐδ'
 γνέσεως ὁππῶνται χρῆ πότερον ἢ λιθῷ ἢ σελιῶν,
 ἢ ὠροσκοπῷ ἀφέται εἰσὶ, καὶ ποῖον ἀνεμοντέχνη.
 Sed alio loco idem clarissime Aphetas ferrè
 & moveri versum ἀκτινοβολίας vel σωμαντήσεως,
 radios vel occursum maleficarum & benevo-
 larum stellarum dicit his verbis, εἰ γὰρ ὠροσκο-
 πῷ ἀφέτης κελεύεις, ἢ ἡλιῷ, ἢ σελιῶν καὶ πῶ φο-
 ρὴν ποιεῖμεν καὶ τὰ χροῶνων μετέλασιν, πῶς
 ταῖς ἀγαθοποιῶν ἢ κακοποιῶν ἀκτινοβολίας ἢ μοί-
 ρας

ρας τοῦ ἀγενομένου αἵ ποί η̄ ἀγαθῶν ἢ κακιῶν καὶ θί-
 σαν). Si Horoscopus Apheta effectus, aut Sol aut Lu-
 na, & cursum facientes secundum temporū decursio-
 nem, ubi advenerint circa maleficorum aut benefico-
 rum radios vel partes, malorum aut bonorum causa
 existunt. In ipsa μοίρα fit σωάνησις vel occurfus
 stellæ, ἀκτινοβολία vero extra μοῖραν. In illis
 verbis μετέλθουσιν ἢ χρόνων appellavit quæ ali-
 bi passim apud eundem est ἀφesis ἢ χρόνων.
 Inde ἀφesis passim fieri dicitur ab Aphetica
 parte usque ad ἀναρεπκίω vel aliam quam-
 cunque. Aphetas autem moveri versus ἀνα-
 ρέτας, id est, ut vulgo interpretantur, Signi-
 ficatores ut versus Promissores, plane etiam ibi-
 dem docet Valens, ubi reprehendit eorum
 sententiam qui volebant solos tres in genitu-
 ris observari ἀφέτας sive ἀφέσεως κυρίως, So-
 lem, Horoscopus & Lunam. Ipse vero vult
 ab omnibus stellis ἀφесιν deduci. An, inquit,
 solis illis tribus dominium ἀφέσεων attribue-
 mus, reliquos autem omnes tanquam si de-
 fixi uno loco essent, omnis motus expertes
 sinemus? ἢ μόνοις τοῖς τρεσίν ἢ κυρίαν τῇ ἀφέ-
 σεως προσγενομένοι, οὗτο ἢ λοιπὰς ἀφ' παντός
 τηρίζοντας. Ἐπεπηγότας καθάπερ σημείων χάριν
 ἐπομύας παρίεμεν; Ita scribendum, non τηρί-
 ζοντες. Nam τηρίζον stellæ dicuntur quæ sta-
 tionem faciunt, & neque προποδίζουσι ne-
 que ἀναποδίζουσι. Omnis autem ἀφέτης aut
 προποδίζει aut ἀναποδίζει, aut secundum or-

dinem signorum procedit, aut contra eorumdem successionem. Hoc est quod docuit Ptolemæus δύο τρόποις εἶναι τὴν ἀφύσεως εἰς τὰ ἐπιμήλια τῶν ζωδίων, & εἰς τὰ πνευματομήλια. Subjungit ibidem Valens rationem cur nulla stella expers fieri debeat τὴν ἀφύσεως in genituris, πᾶς ἢ ἀστὴρ, inquit, καὶ τὴν ἰδίαν φορὰν ἔχει ἀνέμου κινήματα. ὅπου τελεστικὸς ἀγαθὸς τε & κακὸς γινώσκται. Quinimmo addit ex hac reliquarum stellarum ἀφύσει benevolarum vel malevolarum non solum multas insignes præter expectatum felicitates portendi, sed etiam κινδυνώδεις & θανατηφόρας περιπτώσεις, id est Climacteres & pericula, etiam ubi genitura nullum habet temporum aut vitæ dominum. Sed quo sensu ἀστὴρ dicitur καὶ τὴν ἰδίαν φορὰν ἔχει ἀνέμου κινήματα, secundum venti proprii impetum se movens? Hoc alibi dixit, τὴν ἰδίαν ἀνέμον τεύχεν, & τὸ οἰκεῖον. Unaquæque enim erraticarum suum & proprium ventum sortita est pro naturæ suæ temperamento, excepto Sole & Luna qui cum ventorum omnium sint domini, eoque pariant, nullum habent peculiarem & proprie sibi dicatum. Auctor Anonymus: Εἰδέναι χρὴ ὅτι οἱ φωστῆρες ἅτε τῶν ἀνέμων πάντων δεσποζόντες οὐκ ἔχουσιν ἀφωρισμένους πινάκας, οἱ δὲ ἄλλοι ἀστέρες ὡς ἀπληθείας τῆς κινήσεως αὐτῶν καὶ τῆς αἰρέσεως οὗ ἀνέμου εἰληφασιν. Ita stella Jovis quia temperata est ventum boream temperatum, qui inter Orientem est ac

Se-

Septentrionem fortitus est. Saturnus Apeliotem sive Subsolanum, accepit, propter diurnam conditionē, quia gaudet contrario, non simili. Marti Africus deputatur, qui fiat ab occidente, Ἀφ' τῷ νυκτερινῷ αἵρεσιν. Venus Noto delectatur propter consensionem temperamenti. De his videndus Ptolemæus lib. i. cap. xvii. Tetrabibli. Habet & Valens lib. ii. Tractatum περὶ ἀνέμων ἡ ἀσέρων, de ventis stellarum. Eo capite præcipit in omni genesi spectandum esse utrum Sol an Luna aut Horoscopus Aphetæ sint, & quem ventum currant, ποῖον ἀνεμον πέχῃ, ὃ ἔτω πρὸς λοιπὰς ἀσέρας πωοῦσιν. Nam si, inquit, stellæ aliquæ eundem ventum cum Apheta currant, propitiæ erunt & commodæ, & maxime in decernēdis propriis periodis. Ventos autem ibi suos tribuit Soli & Lunæ æq; ac reliquis planetis, cum Ptolemæus in assignandis cuique Planetæ ventis Solem excipiat & Lunam Mercuriumque, quoniam duo Lumina generales sunt causæ ventorum, & Mercurius ipsis famuletur. Sed ibi tractat de Trigonis stellarum Ptolemæus, Valens autem de Altitudinibus, & Tetragonis ex quorum ratione cujusque planetæ venti Ἀγέκρυσιν ait inveniri. Ad eorum autem disquisitionem faciliorem signiferi circulus in duo hemicyclia est dividendus, Boreale & Austrinum. Cum descendit planeta vel ascendit ad Boream & Notū, dicitur κατὰβαίνεν & ἀναβαίνεν

βαίνον τὸ βορρᾶν, καταβαίνον & ἀναβαίνον τὸ νότον. Exemplum ex Sole clarescit. Sol exaltatur circa partem Arietis decimam nonam, dejicitur in opposita decima nona parte Libræ, Aries in Boreali est Hemicyclo, Libra in Australi. Cujusque Altitudinis Tetragonum Boreale dicitur πρῶτον, præcedens & dextrum, Austrinum vero ἐπὶ μὲν sequens & sinistrum. Cum igitur Sol exaltetur in decima & nona parte Arietis, Tetragonum ejus πρῶτον erit à decima & nona parte Capricorni, usque ad decimam nonam Arietis. In eo cum est Sol, dicitur βορρᾶν ἀναβαίνον & ὕψος ἐπὶ αὐτοῦ. A decima autem & nona parte Arietis usque ad nonam ac decimam Cancrī dicitur καταβαίνον τὸ βορρᾶν. Hic est semicirculus Borealis. A decima nona parte Cancrī usque ad decimam nonam Libræ, καταβαίνον τὸ νότον. Ab hac Libræ parte usque ad similem Capricorni, ἀναβαίνον τὸ νότον. Docet ibidem quomodo & gradus cujusque venti sit invenendus de quo etiam tractaverat lib. i. πρὸς ἀρίστης βαθμῶν & ἀνέμων τὸ σελήνης. Vbi scripsit a Leone ad Libram Lunam καταβαίνον τὰ βόρεια, à Scorpio ad Cancrum καταβαίνον τὰ νότια. Ab Aquario ad Arietem ἀναβαίνον τὰ νότια, à Tauro ad Cancrum ἀναβαίνον τὰ βόρεια. Hi sunt venti Lunæ, quorum & gradus quomodo essent inveniendi ibidem docet. De Luna Theo, βορρᾶν & νότον ἀνιέναι & καλίναι dixit,

dixit, qui hos ventos & gradus ventorum in planetis ab Apotelesmaticis præcipue observatis norat. Valens etiam in omnigenesi docet considerandum qualē ἀνεμον τεύχεῖ Apheta, & cum eo reliqui planetæ quod de illis exaltationibus & dejectionibus, sive ascensionibus ac descensionibus ad Boream & Notum intelligendum est. Tractat idem & de ventis stellarum alio loco, ubi de Finibus earum & Trigonis scribit. Si Sol, inquit, proprios fines percurrat Luna ei testimonium perhibente, Apeliotes flabit, si Mars Notus, si Saturnus Afri-
cus, Si Juppiter Boreas, si Luna Βορρᾶ πηλιώτης, si Venus Νοτᾶ πηλιώτης, si Mercurius Afri-
cus & Boreas. Vbi vides Jovis ventū esse Boream, ut & Ptolemæus scripsit, in reliquis nulla concordia. Apotelesmatici etiam non parvi referre ducebant sciri & notari, quæ signa quibus essent subjecta ventis, non minus quæ stellæ quos ventos peculiare haberent, quos ventos currerent. Vide Firmicum lib. 11. cap. xiv. *Quæ signa quibus ventis subjaceant.* Ex his quæ diximus manifestum est ἀφέτας moveri & ferri vel currere, & vere decurfiores esse, & ἀφεισιν decursionem. Unde & Valens τὸ ἀφεισιν τὸ χερόνων alio loco quem paulo ante produximus, πλὴν μετέλθουσιν τὸ χερόνων interpretatus est. Inde & ἀφειας εἰς κενὸν ἐλθεῖν dicitur artis hujus doctoribus cū Aphetes pervenit ad aliquem locum aut signum in quo nulla inveni-

tur, ἐὰν ᾗ, inquirunt, διὸν τελήνης ἡ ἀφesis ἡμερομηνίας
 ἔλθῃ, ἢ εἰς κελὸν ἢ εἰς σκόρπιον, οὐκ ἔστι μὴδὲ εἰς ἐπὶ ἡ.
 Quod adeo verum est ut Anonymus auctor
 Græcus ἀφείτω cum καθολικὸν esse χρονολογίας
 interpretetur, cuius est *ῥεῖπατος*. id est cu-
 jus est ἀφesis, decursio nempe & ambulatio.
 Hinc & auctor Carpi ut supra animadverti-
 mus, ubique *ῥεῖπατον* appellat quam reliqui
 auctores ἀφesis. Sane & *ῥεῖπατον* alii appella-
 runt Lunæ, quæ ipsius est *περίοδος* menstrua.
 Ἀφesis autem omnis *ῥεῖσθική* est, hoc est cer-
 tis temporum spatiis determinatur, maximis,
 mediis ac minimis, sive de spatio vitæ totius
 usurpetur & καθολικῇ annorum ejus *ὑποστάσις*
 quam genituræ Dominus & ἀφείτης gubernat,
 sive de Chronocratorica temporum distri-
 butione quæ in plures temporum particulas &
 minores minimosque circuitus dividitur. Ca-
 merarius in versione Latina Tetrabibli *Libera-
 tionem* reddidit. Est quidem omnis ἀφesis libe-
 ratio, sed in Genethliaca cum à cursoribus sta-
 dii nomen translatum sit eam solum significat,
 qua cursor à repagulis liberatur, & in curriculi
 spatia mittitur. Unde & pro cursione ipsa vel
 decursione sumitur. Verbum quoq; ἀφείναι in
 Astrologia *διποτελεσματική* Græcorum accipi-
 tur pro ἀφesis *πείσθω* ut ante notavimus, cum
 nempe stellæ decurrendi auspiciū à loco
 Aphetico quasi à limine curriculi ducitur. Tra-
 sylus apud Porphyrium dixit non differre
 utrum

utrum stella radios mittat à dextris an à sinistris in locum ab Horoscopo secundum qui est *ἡπαναφορὰ ἢ ὠροσκοπιῶν* ☉, vel in stellam quæ dominam Lunam habeat, *ὅθ' ἔστι ἀφ' ἑσπ'.* A qua stella, inquit, incipit ἀφ' ἑσπ' hoc est *ᾠείπατ* ☉, sive temporis decursio. Porphyrius ea Thrasylli verba sic explicat, *Δείχῃ ὅταν τύχη ἡ σελήνη οἰηθεῖσθαι ἔχουσα πῶ ἑαυτῇ ἢ πρὸς ἀφ' ἑσπ' ἡμέτερον, οἷον εἰ γινώσκω ἐν τοξότη μετὰ ζηνός, ἢ ὁ ζῶς ἐν διδύμοις εἴη αὐτῆς πρὸς σελήνης ὕψος ἐν τοξότη, ὅπῃ ἢ ζηνός ἀφ' ἑσπ'.* Si contingat Lunā habere secum genitura dominum, aut ex diametro oppositum, ut si Luna fuerit in Aquario cum Iove, vel Iuppiter in contrario signo hoc est in Geminis, curriculum à Iove capeffemus. Hoc est ἀφ' ἑσπ' ὅπῃ ἢ διός. Quod dixerat Thrasyllus, *ἔστι ἀφ' ἑσπ' ὅπῃ ἢ ἀστέρος ἔχοντος πρὸς κυρίαν πρὸς σελήνης,* qui est genitura dominus. Interpretes communi errore ductus utrobique vertit. *Vnde futura est prorogatio, ὅθ' ἔστι ἀφ' ἑσπ'.* Et pro illis, *ὅπῃ ἢ διός ἀφ' ἑσπ', Iovem prorogatorem statuemus.* Æque bene posset reddi in illo versu Aristophanis ἀφ' ἑσπ' ὅπῃ βαλβίδων ἐμὲ ἐκ τεινονί, *Proroga me à limine, sive à lineā curriculum.* Ut in stadio cursor ὅπῃ πρὸς βαλβίδ' ☉ ad currendum emittitur, ita stella ad spatium vitæ decurrendum à loco Aphetico dimittitur, ut initium faciat currendi. Ἀφ' ἑσπ' autem nusquam prorogandi significationem habet, neque cum quæstio est de universali vitæ curriculo, neque cum tem-

porum divisio accipitur ad varios rerum & negotiorum eventus actusque significandos. In primo ἀφαισι non est prorogatio vitæ, sed vitæ ipsius curriculum quantum aut quantum futurum est. Cum spatio enim vivendi exæquatur ἀφαισι & tam longa est quam futura est vitæ longitudo. In ἀνθρώποις anni spatium non excedit, in ætate ejus qui infans moritur, intra quadriennium finitur. In secundo vero significato cum ἀφένται sumuntur ad diversa negotia, casus & eventa quibus vita distinguitur signanda, vitæ tempora non prorogant, quia nec ad hoc accipiuntur, nec tale quid promittunt, vel significant. In utroque genere ἀφένται est *decurso*, & ἀφαισι *decurso*, aut totius vitæ curriculi ut in dominis genituræ, aut cujuscunque temporis circuitus, ut in Chronocratoribus, quibus vel plurium annorum periodi tribuuntur, vel annuæ vel menstruæ, vel diurnæ, vel etiam horariæ. Unde & Arabes Scriptores recte *قاسير* vocarunt, idest *μετρίων* vel *μετρίων*, ut jam supra ostensum est. Melius ergo qui *directionem* Latine interpretati sunt vel *progressionem*, vel *profectionem*. Sed insanum in modum male fecere qui *directionem* hoc sensu à *progressione* vel *profectione* diversam esse scripserunt, cum ἀφαισι pariter hæc tria vocabula denotent, & tam eam quæ sit εἰς τὰ ἐπόμενα ἢ ζώδων, quam quæ εἰς τὰ προηγμένα. Atqui doctus Mathematicus

maticus docuit in suo Pandosio Sphærico, Directionem, seu dirigere esse inquirere arcum circuli æquinoctialis inter duo loca Zodiaci interceptum, seu mensura spatii & itineris quod motu primi mobilis locus Sphæra inferior absolvit quousque ducatur ad superiorem. Hinc, inquit, Astronomi in hoc negotio duo loca in cælo concipiunt, significatorem videlicet qui aliquid significat, & promissorem qui mala aut bona decernat in significatis à significatore quando motu primi mobilis fuerit deductus ad locum superiorem. Si quid in his capio, ut homo rudis vulgaris Mathematicæ, id erit quod puer didici de arcu epicycli superiore & inferiore inter duas stationes intercepto, ex quibus superior dicitur *directio*, inferior *retrogradatio*. Græci mei priorem *προποδισμόν* vocant, posteriorem *ἀναποδισμόν*. Cum in superiore est planeta, *progreditur* hoc est *προποδίζει*, hoc est, ut antiquiores Græci loquuntur *εἰς τὰ ἐπὶ μὲν μεταβαίνει*. Cum in inferiore est *ἀναποδίζει*, regreditur vel retro cedit, aut ut Græci, *εἰς τὰ ὑπὸ μὲν μεταβαίνει*. Loca autem duo epicycli ab utraque parte arcus inferioris & superioris *Stationes* dicuntur Latine, Græce *σηεργμοὶ* quia cum in his stellæ sunt stare videntur, ac proinde *stationaria* vulgo appellantur. Hæc duo sunt loca quæ in cælo concipi dicunt à vulgo Astrologorum, sub nomine *significatoris* & *promissoris*. Quæ omnia indicta & incognita fuerunt veteribus Mathematicis. Nam quem signi-

ficato-

ficatorem appellant, is est planeta ἀφ' ἧς priorum Astrologorum: quē promissorem, corpus est planetę alterius vel radius qui deducitur ad locum significatoris, id est ad locum ἀφ' ἧς. Sed hæc aio esse falsissima & absurdissima. Primū videtur *directionem* accipere pro ea μεταβάσει stellæ vel ἀφ' ἧς quæ fit εἰς τὸ πρὸς ἡμᾶς, cum stella regreditur & retro cedit. Contrarium scribunt vulgares Mathematici qui *directionem* planetę esse volunt cum is in arcu superiore epicycli constitutus, vocatur *directus*, quia tunc movetur secundum successionem & ordinem signorum, hoc est ab occasu in ortum qui cursus est naturalis omnium planetarum. Græcis ut dixi πρὸς ἡμᾶς est & μετάβασις εἰς τὸ ἐπὶ ἡμᾶς. Ptolemæo ἀφ' ἧς εἰς τὸ ἐπὶ ἡμᾶς. Certe & *dirigere* Latini eo sensu usurparunt pro *prosum* iſe ut veteres Latini loquuti sunt. Manilius lib. i. de signorum ἀνάλυσις quæ fit εἰς τὸ ἐπὶ ἡμᾶς, quaque Scorpius sequitur Sagittarium,

In cuius caudam consento dirigit arcu

Mixtus equo.

Item lib. iv.

Cancer in adversum Capricorni dirigit astrum.

Tertullianus eo verbo sic usus est absolute, & Vopiscus ut olim adnotavimus ad Historiæ Augustæ Scriptores: *Occisi præterea sunt multi qui dirigere volebant*, i. e. in mediū procedere, progredi. Alii pro eo dixerūt *se dirigere*, pro aliquo ten-

tendere. Inde igitur non absurde factum nomen *directionis* à recentioribus pro progressionem & incesſu. At hi boni Mathematici *directionem* exponunt pro ea decursione quæ fit à retrogradis planetis contra curſum proprium & naturalem, quæ potius *directio* nominanda est. Hoc magis ostenderunt cum ſequenti capite de progressionibus ſive profectionibus tractarunt, ubi docent, *Ptolemaum* in ix. *Quadripartiti*, inter ea quibus eventum tam fauſtorum quam improſperorum natis contingentium meſurantur tempora, numerare poſt *directiones*, *profectiones* ſeu *progreſſiones*, ſignificatorum videlicet regularem inceſſum ſecundum ordinem ſignorum. Ergo *progreſſiones* ſive *profectiones* diverſæ ſunt à *directionibus*, atque ut *progreſſio* ſignificat regularem inceſſum planetæ ſecundum ordinem ſignorum, ita *directio* contrarium notat, nempe retrogradum, & contra ſucceſſionem ſignorum. Quod eſt falſiſſimum. Nam *directio* eadem cum *progreſſione*, & utraque eſt ἀφείσις. Sed ἀφείσεως duo ſunt modi, unus εἰς τὰ ἐπίμεινα quæ *directio* eſt & *progreſſio*, alter εἰς τὰ πρὸς ὑλάμεινα quæ *regreſſio* eſt, vel *retroceſſio*. Quod autem ajunt *promiſſorem* ad locum ſignificatoris ferri in illa falſa quam ſunt imaginati *directione* quæ fiat motu primi Mobilis, id nequit omnino conſiſtere. In *directione* ſicut proprie ſumitur, hoc eſt

est progressionem stella sequitur stellam, & sequens præcedentem ἀκτινοβολεῖ, quia ut præcedens aspicit sequentem facie ad eam obversa, ita sequens tergum contraversum habet præcedenti & proinde radios qui à tergo sunt in eam jactat. Utraque stella significat & promittit, ut jam diximus, tam quæ instanti occurrit & radios jactat quam quæ in eam pergendo incidit. In Aphetici vero planetæ ingressu retrogrado quem perperam *directionis* nomine notant, planeta qui retro cedit radios suos mittit in eum qui sibi occurrit ordinarium suum cursum & naturalem directumque pergenti. Ideo in ejusmodi ἀφῆσι retroversa non fit ἀναίρεσις, sed ἀφαίρεσις tantum partis annorum, quia nulla fit ἀκτινοβολία ex parte ἀναίρετικῆς μοίρας in Apheticam. Hoc est plane quod dixit Ptolemæus, ubi tractat de duobus ἀφῆσεων generibus *directæ* & *converso*. Sic enim tradit de ea quæ directæ contraria est, αἱ δὲ τὴν ἑτέραν ἀπαντῶντων ἢ μαρτυρουμένων ἀστέρων ἀφαιρῶσι μόνον ἢ περιστρέφουσιν ἐπὶ τοῖς συναγομμένοις μέχρι τῆς καταδύσεως ἀφῆται, καὶ οὕτως ἀφαιρῶσι διὰ τὸ μὴ ἐπιφέρεισθαι τῷ ἀφετικῷ τόπῳ ἀλλ' ἐκείνῳ τοῖς αὐτῶν. Quæ verba haud aliter intellexerunt præstantissimi Astrologi quam si lingua Sinensī forent concepta. Ex illis enim verbis collegerunt & pro certo pronunciarunt, *In directione directæ Anaretam deduci ad Apheticum locum, non autem Aphetam*

phetam ad Anaretam. Primum male utuntur isto vocabulo *directionis* quasi aliud significet quam ἀφείν *directam*, cum proprie ex notatione nominis *directio* nihil aliud esse possit quam *directa* vel *recta* ἀφείς, hoc est εἰς τὰ ἐπόμενα ὡς ζωδίων μετέβασις. Deinde perperam hariolati sunt ex loco Ptolemæi non intellecto in *directa* ἀφείν *Anaretam* ferri ad *Aphetā*, in contraria vero, id est *conversa*, vel ἀναποδισκῇ, *retrograda*, *Aphetas* deferri vel moveri versus ἀναγέτας. Quæ sunt absurdissima nec minus falsa. Addit Cardanus ut præclaram illam suam sententiam confirmet, in commentariis ad 111. Tetrabibli cap. XIV. *Eum locum esse in Aphete in nono orbe fixum. Anareta autem inquit mobilis, ascendensque ad Apheticum locum secundum successionem signorum.* Sed nugæ sunt & fabulæ de loco illo in *Aphete* fixo. Inde alii finxerunt duo loca in cælo, *Significatorem* scilicet & *Promissorem*, hoc est ἀφείτῳ & ἀναγέτῳ, & primi mobilis motu *promissorem* sive ἀναγέτῳ deduci ad locum *significatoris* qui fixus sit. Sunt illa loca quæ *stationes* vulgo vocantur in quibus stellæ μέγιστοι & stant. Sed contrarium hi Cardano tradunt. Nam *directionem* accipiunt pro ἀφείν quæ fit εἰς τὰ προηγμένα. In ea autem volunt *promissorem* qui est ἀναγέτης deduci ad locum illum fixum ἀφείτῳ. At hoc vult Cardanus fieri in *directione* *directa* quæ

quæ sit εἰς τὰ ἐπόμενα. Nam in conversa ἀφελ-
 τῶ, h. e. promissorem versum ἀνατρέτῶ fer-
 ri. Parum igitur sibi constant. Quid vero di-
 cent de Luna vel de Sole cum sunt ἀφελται;
 Nam continuo cursu rapti nec stationem nec
 recursum patiuntur hi planetæ. Non enim
 στασιάζουσιν, nec fixus eorum locus videri po-
 test cum ἀφελσις ab illis deducitur. Præterea
 certum est ut jam diximus omnes ἀφελτας mo-
 veri, & omnem ἀφελσιν esse decursionem stel-
 læ à loco ad locum qua mensura temporum
 ab ea significatorum agitur. Sive igitur προ-
 ποδίζῃ live ἀναποδίζῃ, semper movetur. Hinc
 perspicendum esse monet Valens quando
 ἀφελτης ἀναποδιστῆς est, id est quando ἀφελσιν
 facit εἰς τὰ προηγόμενα, ἕως ποίας μοίρας ἀνα-
 ποδίζῃ. Nec minus movetur versus ἀνατρέτῶ
 ea quæ προποδίζῃ, id est directam ἀφελσιν insti-
 tuit. Utraque ἀφελσις defertur versus ἀναρε-
 τικὰς μοίρας, sed non utraque ἐπιφέρειται ipsis,
 hoc est in illas impingit. Hoc est quod non
 intellexerunt. Ἀφελτης προποδίζων, in directa
 nimirum ἀφελσιν, non ἐπιφέρειται τῷ ὑπαντῶντι
 ἀνατρέτῃ, sed è contrario ἀνατρέτης ἑαυτῷ ἐπιφέ-
 ρεται, hoc est radios in eum ἐπιφέρει. Aphe-
 ta quippe in ea directione nudam radiis
 frontem conversam habet in Anæretam ad
 quam decurrit, & sic ad Anæretæ impingit
 radios quibus ita feritur, ut inde ἀνάρεσις con-
 sequatur. Nam ἀκτινοβολία est ἀνάρεσις. In
 con-

contraria vero ἀφέσι contrarium accidit. Apheta enim retro cedens radios suos immittit in occurrentem ἀναρέτω, id est in eam stellam quæ partem ἀναρεπικὴν possidet. Ipse autem ἀναρέτης, qui illi obuius occurrit cum vacua radiis facie, ideo non facit tunc ἀναίρεσιν, quia ἀφέτης vel ἀφεπικὴς πῶς ἢ ἑπιδιφέρει, hoc est in eum ἀκπῖνα ἑπιδιφέρει, non ipse in Aphetam radios maleficos immittit. Ἐπιδιφερομένη igitur in aliam dicitur stella quæ radios in eam ἑπιδιφέρει. Quod non intellectum miras turbas dedit in hac arte Genethliaca, & mera somnia peperit in ejus artis Magistris. Ex figura quam supra proposuimus facile perspicitur quomodo in ἀφέσι directa Apheta in occurrentis Anæretæ radios incurret, in retroversa ipse Anæreta Aphetæ ἀκπνοβολίαν in se incurrentis excipiat. In Aphesi quæ vitæ spatia gubernat hæc locum habuerunt, de quibus & Ptolemæus egit lib. III. cap. XIV. Aphetas autem *significatores*, & ἀναρέτας *promissores* esse in ejusmodi Aphesibus tam nulla ratione finxerunt quam stultè idem discrimen admiserunt in alio ἀφέσεων genere quo χρονοκρατορίαι stellarum in temporum divisionibus continentur. Ptolemæus lib. IV. cap. XI. quo tractavit τὴν τῶν χρόνων ἀφαίρεσιν quæ ad Chronocratorias ἀφέτης pertinet, persequutus est modos quibus ἀφέται τὰ χρόνια, id est χρονοκράτορες essent

E c

con-

constituendi. De *Significatorum & promissorum* differentia ne γὲν quidem. Eos tamen ibi invenerunt præstantissimi Astrologi. Primum igitur ibi Ptolemæus docet dandum esse temporum dominium per unamquamque ἀφῆσιν illi stellæ quæ ἀφελικῶς partem sortita fuerit, aut cum ea radiatione aliqua conjuncta. Nisi sit quæ ita se habeat, dandum esse illi dominium quæ proximam προήγῃσιν acceperit, hoc est quæ in proximo signo fuerit retro pergenti. Hic duodecimus ab Horoscopo locus προήγῃσιν est Horoscopi, & ἀπόκλιμα Horoscopi. Si non sit qui ἀφῆσιν suscipere queat in hac προήγῃσιν, ad alium eundum est qui proximum locum teneat in antecessu. Ad hunc locum notavit Cardanus ἀφῆτις hic vocari quemcunque significatorem, & dicere Ptolemaeum, si in loco Apheta sit Planeta vel radius planeta, ille erit promissor vel largitor eorum quæ ab illa parte decernuntur. Primum imperite dixit in loco Apheta si planeta sit vel ejus radius. Nam locum Aphetæ non alius possidet nisi Apheta. Alius est πῖπ⊙ ἀφῆτις, alius est πῖπ⊙ ἀφῆτις. Si Apheta significator est, & planeta occurrens promissor, non potest hic Apheta esse. Esset autem, si in loco Aphetæ esset vel Aphetico. Proprie quippe ἀφῆτις dicitur qui locum ἀφελικόν occupat, tam in vitæ Aphesi generali quam in Chronocratoriis temporum. Α'φελικὸς πῖπ⊙ in hac tem-
porum

porum Chronocratorica divisione quinque præcipuos nominavit. Horoscopum, Sortem Fortunæ, Lunam, Solem, Medium cælum. Ab his ἀφείας sumebantur ad varios casus & eventus, rerum, negotiorum & actuum. Hi erunt ergo *significatores* nostrorum Astrologorum. Sed an non & hi promittunt & largiuntur quæ significant, Horoscopus ἀφείης quæ ad corpus spectant, Sors Fortunæ possessiones, Luna animæ passionēs, Sol dignitates, Medium cælum actiones? Hæ omnes ἀφείας & ἀφεπιγὶ τόποι ad genesis fata prænoscentia accipi debere præcipit Ptolemæus non unam tantum ex numero omni sicut in annorum vitæ substantia. Considerandum deinde ait quinam planetæ occurrant decurſionibus Aphetarum vel præſentia vel testimonio & configuratione. Nec solos esse ἀναιρέτας accipiendos ut in vitæ temporibus, sed omnes, nec quæ ex Terragono & Diametro respiciunt qui aspectus sunt infauſti, sed etiam viſiones Trigonas & Hexagonas, quia vitam verſant dolor ſimul & gaudium, & Apheses quæ utrumque ſignificant eodem tempore ſimul ſunt ſumendæ. Τὸς δὲ τῶν ἀφείσεων ἀπαντῶντας ὁ μόνον οὗτος ἀναιρέτας ὡς περὶ τῆς ζωῆς χρόνων, ἀλλὰ πάντας ὡς ἀληπείον. Hi ſunt quos *promiſſores* dici proprie ſtatuunt. Quare? Quia cum in loco Aphetæ fuerint vel eorum radii, *promiſſores* exiſtunt rerum quas ἀφείπι *ſigni-*

ficaverint. Quod risu dignum est. Quasi quæ
 occurrunt stellæ in decursu Aphetarum non
 etiam prospera & improspera significant, eadē
 nempe quæ & promittunt. Hermes in lib. II.
 de Revolutionibus Nativitatum cap. I. plures
significatores commemorat, nullos nominat *promissores*.
 Nam cum annus dividatur in menses,
 dies, & horas, Cuilibet horum suos *significatores* esse
 plures ait, & *planetas pro diversitate dispositionū sua-
 rum significare temporibus singulis diversos effectus*.
 Et rationem habet. Nullus est enim planeta
 siue ἀφετδών ac decurrens, siue ὑπαντῶν vel
 ἀκλινολῶν, id est, præsentia vel radiis occur-
 rens, quin significator sit, idemque promissor
 ejus rei & eventus vel effectus quem decer-
 nit. Ἀπαντῶντες autem illi Ptolemæi, ut supra
 ostendimus, sunt ὁρῶντες penes alios A-
 strologiæ veteres auctores, cum ipsi Aphetæ
 sint ὁρῶντες. Tam ad ὁρῶντες autem
 quam ad ὁρῶντες, hoc est tam ad ὑπαντῶντες
 quam ad ἀφετδῶντες attendebant, & invicem ea-
 rum virtutes contendebant, in prænoscentis &
 prædicendis genescon eventibus & casibus.
 Hermes eodem loco quem paulo ante citavi-
 mus, utrumq; inter *significatores* recenser, nem-
 pe *divisorem* id est ὁρῶντα siue ὁριζων-
 ταν, & ὁρῶντα, id est qui ei participat.
 In numero quippe significatorum quos de-
 cem & novem ponit, primum nominat *signum*
profectionis, & *dominum ejus*, id est τὸ πόνον vel τὸ
 ζώδιον

ζώδιον τὴν ἀφίσεως & ejus οἰκοδεσποτίῳ. *Secundum statum divisionis & divisorem*, id est τὸν ἑπταμερισμὸν & τὸν ἑπταμεριστὴν sive ᾠδαδιδόντα. *Tertium qui comparticipat ei*, id est τὸν ᾠδαλαβόντα. Adeo autem ignorarunt novitii Astrologi quænam hæc sit *divisio* & qui *divisores* ut divisionis commentari sint locū in gradu quodam signiferi. Quod merum est somnium. *Divisio* est ἑπταμερισμός quo planeta ex dato temporum spatio cujus dominium accipit, partem vindicat sibi. partem sequentibus stellis tradit quas cum ea participare tempora dixit Hermes. Sic pro quarto significatore numerat, *Planetam cui competit Ferdaria*, & qui *participat*, ubi is qui participat est ᾠδαλαβὼν Græcorum. Nam in Ferdariarum distributione eundem plane modum divisionis, παραδόσεως & ᾠδαλήψεως observat quem Græci Astrologi in variis annorum & mensium periodis planetarum inter planetas dividendis à primo Chronocratore qui dominium tenet circuli, partemque ex eo retinens reliquam cæteris distribuit. Apud Valentem omnium planetarum ἑπταμερισμοὶ traduntur in varias ᾠδαδόσεις & ᾠδαλήψεις distributi, in quibus tam tradentes sive divisores, quam accipientes & participes, significatores aliquorum sunt eventuum, nemo promissor qui sit alius à significatore. In annuis quoque Revolutionibus quas hæc participatio sive ᾠδαλήψις, & *divisio* hoc est ἑπτα-

μελισμὸς & ᾠδὸς locum habuere ut ex eodem Hermete constat lib. II. capite cui titulus est de participatione domini anni & divisione ejus, & divisoris & ascendenti secundum significationem. Ubi etiam significantes planetas memorat, nullos promissores. Idem de directionibus in revolutionibus faciendis, idest *ἐπὶ ἀφίσεων πῶς δὲ αὐτὰς ποιῆσθαι ἐν τοῖς ἐνιαυσιαίοις χρόνοις*. Oportet, ait, in revolutionibus annorum plura loca dirigere, quadam secundum Nativitatem, alia vero secundum Revolutionem. Habet enim unusquisque propriam significationem in his quæ non significat alius. Quinque Hylegiorum faciendas esse directiones ibidem dicit, idest quinque ἀφίτων ἐπιπλάτης. Et primus quidem, inquit, indicat annos vitæ. Hic est ἀφίτης τῷ βιωσίμῳ χρόνῳ, idest dominus vitæ vel genituræ. Cæteri qui sunt Chronocratores, sunt ἀφίται partim χρόνῳ περὶ πικρῶν, partim σωματικῶν χρόνῳ, de quibus jam supra dictum est. Revolutiones autem ille appellat & ex eo Recentiores Astrologi quas Græci vocant ἐνιαυσιαίας ἀφίσεις, hoc est annuas directiones, ut cum barbaris loquar non nimium barbare. Nam *directio* proprie est ἀφίσις qua stella dirigit, idest ambulat & decurrit ad tempora vitæ significanda & decernenda, vel alios temporum circuitus quibus mali bonive aliquid homini solet ex decreto stellarum evenire. Hos, ut dixi, *πρακτικὸς & σωμα-*

σωματικὰς χρόνας vocitant. Miratus sum nuper summū virum & sæculi sui miraculum, Picum Mirandulanum lib. vii. contra Astrologos cap. vii. ubi de *directionibus* agit aliisque modis quibus Astrologi tempora futurorum definiunt, postquam de *directionibus* dixit, subjungere, præter *directiones* uti etiam eos in temporibus eventorum prævidendis *dominatu planetarum* quos ordine quodam suo imperium vitæ suscipere consinxerunt. Quasi *directiones* diversæ sint à *dominatu planetarum* imperium vitæ suscipientium. Nulla enim *directio* sive ἀφῆσις absque *dominatu planetæ*, cum semper aliquis planeta ἀφῆσεως dominus sit. Sed neque planetæ illi qui imperium vitæ suscipiunt quos οἰκοδεσπόταις & κυρίαις τῆ ζωῆς ἢ τῆ γνέσεως appellitant, *directione* sua carent sive ἀφῆσις. Nam stellæ illæ moderantur vitæ ἀφῆσιν καθολικὴν, hoc est totam ἀποστάσιν annorum quibus spatium vivendi cuique generi præfinitum est ac decretum. Longè sunt absurdiora quæ sequuntur, & mera monstra videntur. Sic enim scribit: Hinc *Centra Chaldeorum, Fridariæ Persarum, Indorum Novenæ, Tecates Ptolemæi, Aphoriamque occursores*. Hinc *Decennia Egyptiorum, Chronocratores Arabum* & quæ alia hoc genus. Multa miscet quæ nihil habent simile, nec pertinent ad tempora quibus Astrologi utuntur διαίσεις. Multa falso citat. Nonnulla etiam profert quæ in rerum natura non

sunt. Quid *Centra* faciunt ad temporum circuitus? Sed neque *Centra* Chaldaeorum sunt. Græcum est vocabulū. Res ipsa non Chaldaeorum tantum, sed & Ægyptiorum & omnium Astrologorum. *Cuspides* vulgo vocant, sed ineptissime. *Cardines* Latini veteres appellarunt quia sunt cardinalia & principalia genituræ loca ex duodecim. *Demos* appellant. An illæ domus sunt cuspides? Non sane possunt videri cuspides in quibus cōsistere dicuntur stellæ terra ipsa majores. Τόπος Græci appellant. Quorum principalia quattuor vocarunt κέντρα, non quod magis cuspidata sint & acuminata quam reliqua octo Loca, sed quod principalia sint & κεράδοντα τὸ ζωῆς ζωδια. Nam ita etiam nuncupant. Κέντρον Græcis non solum cuspis est vel acumen, sed etiam id quod *Cardo* Latinis dicitur. Partem in ligno durissimam κέντρον appellant, quæ tamen acuta non est, nodum nimirum. In lapidibus etiam κέντρα sunt. In ferro durissima pars ac ἀδάμαντινι, κέντρον quoque dicitur. Non melius Arabes verterunt قرن, i.e. cornua, quia cornua sunt acuta. *Abenefra* قرن, idest paxillum. Etiam inepte & falso. Græcum vocabulum de verbo ad verbum expresserunt quasi nihil aliud significaret quam cuspidem, vel acumē, & paxillum vel cornu. Terra centrum mundi esse dicitur, τὸ κέντρον, quia in medio est. Quis diceret eam esse mundi cuspidem vel cornu? Apulejus
certe

certe *Cardinem* eam esse dixit in libro de Mundo, quia *Cardo κέντρον* est. Quod in medio cujusque rei est, τὸ μέσον, sic vocarunt. Inde etiam prima illi quattuor loca & principalia, κέντρα videntur appellata. Nam *Medium cælum*, τὸ μεσοεῒνημα, quod præcipuum est κέντρον ex quattuor, medium est inter Occasum & Orientem sive Horoscopum, ideo κέντρον recte dicitur. Τὸ ἀντιμεσοεῒνημα quod ei contrarium est sub terra, medium quoque est inter Ortum & Occasum. Rursus Horoscopus medius inter Medium cælum & Imum. Idem de Occasu. Hæc quattuor κέντρα sunt, sive Cardines. Κέντρα igitur ista nihil ad temporum directiones. Κέντρων Διεξίσεως ad temporum intervalla significanda sumunt sæpe Astrologi. Sed κέντρα non sunt τὰ κέντρα Διεξίσεως. *Fridaria Persarum* & *Novena Indorum*, quorum dicuntur & propriæ sunt. Sed *Decennia* non sunt peculiaris *Egyptiorum*. Nam omnes Astrologi iis sunt usi, nec decenniis absolute sed additis novem mensibus, ut supra diximus. *Tecates Ptolemæi* & *Aphoria* quid sint nescio, nec quemquam scire arbitror. *Chronocratores* non sunt Arabum de nomine, sed Græcorum, res ipsa omnium. Sunt enim temporum domini & illarum ἀφ' ἑσέων, quæ ad omnia extrinsecus accidentia corpori, & ex ipso corpore nascentia, vel ad corpus & animum quoquo modo pertinentia significanda

accipiuntur. Περιελκνς χρονς & σωμαλκνς χρονς appellant, quæ tempora suas ἀφείσς habent & suos ἀφέτας, Græcè χρονοκράτορες appellatos, ut illi qui domini sunt τ βιωσίμων χρονων vocantur κύριοι ζωής Ptolemæo, & οἱ κθδεαπόται τ γνέσεως. Miror itaque tam absurda & falsa potuisse sub acumen calami cadere tanti viri. Præter prædictas ἀφείσς etiam Climacteres de quibus agimus, suas ἀφείσς habent. Sed cum Climacter proprie periculum sit vel vitæ vel fortunarum quod in aliquo vitæ anno accidit certo ejus mense, immo vel die, vel hora, & momento: & cum ἀφείσς sit temporis aliquantum spatium, aliquot nempe annorum circuitus vel mensium vel dierum, quomodo ἀφείσς dicatur κλιμακτῆρων, quærendum est. Scribit Valens: Εἰπὶ πάσης οὐ τ γνέσεως ἔδοξε μὴ μόνον ἀπὸ τ σελήνης τ ἀφείσιν τ κλιμακτῆρων ποιῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πάντων τ ἀστέρων ἐξ ὧν οἱ γε θανάτηφόροι χρόνοι ἐβιωλκνς σκυλμοὶ σωωηθήσονται. Visū est in omni genesi non solum à Luna curriculum Climacterum deducere, sed etiam ab omnibus planetis ex quibus & tempora letalia, & vexationes quæ in vita accidunt, percipiuntur. Sunt quidam Climacterici circuli qui tertio quoque anno recurrunt. Sunt qui quinto, qui septimo, qui nono, qui quarto, qui undecimo, qui decimo, qui duodecimo, qui tertio, qui secundo. Supra docuimus κληλκνς κλιμακτῆρες appellatos à Sorte fortunæ,

cum

cum stellæ maleficæ testimonio suo aut presentia loca ejus infestant. In diametro septimos Climacteres facit, hoc est $\Delta\lambda\epsilon' \tau' \epsilon\beta\delta\omicron\mu\acute{\alpha}\delta\omega\upsilon\upsilon$ vel $\epsilon\beta\delta\omicron\mu\acute{\omega}\nu \epsilon\upsilon\iota\alpha\upsilon\lambda\acute{\omega}\nu$. Nam $\epsilon\beta\delta\omicron\mu\acute{\alpha}\varsigma$ etiam pro septimo die sumitur, unde $\epsilon\beta\delta\omicron\mu\acute{\alpha}\varsigma \eta\mu\acute{\epsilon}\rho\alpha$ de septimo die. In Trigono dextro, $\Delta\lambda\epsilon' \tau' \epsilon\upsilon\alpha\acute{\nu}\tau\omega\upsilon\upsilon$. In sinistro $\Delta\lambda\epsilon' \pi\acute{\epsilon}\mu\pi\tau\upsilon$. In dextro Tetragono $\Delta\lambda\epsilon' \delta' \delta\epsilon\kappa\acute{\alpha}\tau\upsilon$. In sinistro $\Delta\lambda\epsilon' \delta' \pi\acute{\epsilon}\tau\epsilon\tau\upsilon$. In dextro Hexagono, $\Delta\lambda\epsilon' \epsilon\delta\epsilon\kappa\acute{\alpha}\tau\upsilon$. In sinistro $\delta\iota\acute{\alpha} \tau\epsilon\iota\tau\upsilon$. In duodecimo ab Horoscopo loco $\Delta\lambda\epsilon' \delta\omega\delta\epsilon\kappa\acute{\alpha}\tau\upsilon$. In secundo, $\delta\iota\acute{\alpha} \delta\epsilon\delta\acute{\alpha}\pi\epsilon\tau\upsilon$. Istæ sunt igitur $\alpha\phi\acute{\epsilon}\sigma\tau\epsilon\varsigma$ sive $\kappa\acute{\iota}\nu\kappa\lambda\omicron\iota$ Climacterum, à primo ad septimum, ad novenum, ad quintum & decimum, deinde à septimo ad quartum decimum, & sic ordine ad alios omnes qui componuntur adjecto septenario. Similiter & de aliis numeris quos supra proposuimus. Ex eodem etiam Valente constat si Sol in Ariete sit tempore genituræ, daturum decimum & nonum annum pro Climactere. Si Luna in Tauro, vigesimum quintum. Si Mercurius in Geminis, vigesimum. Si Mars in Cancro, decimum quintum. Si Juppiter in Leone, duodecimum. Si Venus in Virgine, octavum. Si Saturnus in Ariete, trigessimum. Si Mars in Scorpio, decimum quintum. Si Juppiter in Aquario, duodecimum. Si Venus in Capricorno, octavum. Si Saturnus in Aquario, trigessimum. Si Mars in Piscibus,

deci-

decimum quintum. Sed hi sunt singulares Climacteres semel in vitæ spatio ab illis planetis decreti ex propriarum periodorum circuitu, prout in hoc vel illo signo reperti fuerint. Iidem vero Planetæ suos singuli circulos habuerunt ad Climactericos tota vita eodem ordine recurrentes signandos. Saturnus habet tertium, Juppiter nonum, Mars septimum Sol decimum octavum, Mercurius octavum, Venus quintum, Luna decimum tertium. Hi omnes numeri sexagesimum tertium colligunt, qui est Climacter omnium periculosissimus, quem & ἀνδροκλάδα vel ἀνδροκλάτην ex eo nominabant. In eo vigesimus primus circulus Climactericus fuit Saturni, septimus Iovis, Martis vero nonus. Ter autem ductus vigesimus primus sexagesimum tertium reddit. Sic cum septimus quisque annus sit circulus Martis Climactericus, & talis circulus novies repetitus in annum sexagesimum tertium incidat, ex eo etiam periculum illius anni gravius. Iovis quoque circulus Climactericus nonus est annus subinde recurrens, qui septies repetitus in sexagesimum tertium incurrit. Valens in descriptione Climacterum totius vitæ spatii, Εἰς ἑξήκωτὸς τρίτον, κρόνῃ εἰκωτὸς πρῶτον, διὸς ἑβδόμῳ, ἄρεως ἑνναίῳ, ἀνδροκλάτης καὶ θανάτη φέρῳ, *Sexagesimus vita annus, Saturni vigesimus primus, Iovis septimus, Martis nonus, virorum raptor, gravis*

gravis & letifer. Tertius igitur annus vitæ Saturni primus annus est Climactericus: sextus, secundus: nonus, tertius: duodecimus, quartus: & ita deinceps, ternarium semper addendo usque ad centesimum ac vicesimum qui compositus est ex quadragiestribus. Hic ultimus est vitæ Climacter, & ejusdem legitimus terminus quem & *ἡ ανατηφδρον κλιμακτηρα* nuncupant, in quem quadragesimus circulus Saturni Climactericus incidit & Veneris vigesimus quintus. Cum enim Veneris proprius sit quintus quisque annus, hoc modo usque ad centesimum & vigesimum procedit, semper quinarium numerum addendo. Quintus quippe vitæ annus primus est ejus Climactericus circulus: decimus, secundus: quintus decimus, tertius: & vigesimus, quartus, atque ita usque ad centesimum ac vigesimum vitæ annum in quo vigesimus quartus *κύκλῳ* Veneris Climactericus deprehenditur, quia vigesimus quartus numerus quinquies multiplicatus centesimum & vigesimum facit. At Martis circulus septenarius Climactericus subinde recurringdo usque ad centesimum & decimum nonum tantum procedit, in quo invenitur decimus septimus circulus Martis. Hinc in *καταγραφῇ* Climacterum, annus vitæ *εἰκοτὸς ἐννεαδέκατῳ* dicitur, *ἄρεως ἐπὶ καιδέκατῳ*, & *ἑπιοφάλης*. Nam septimus de.

decimus septies ductus centesimum & decimum nonum annum perficit. Jovis ultimus circulus decimus in anno nonagesimo ponitur, nec ulterius progreditur. Cum enim nonus annus sit primus ejus Climactericus circulus, novem subinde adjiciendo si decies hoc fiat, nonagesimus annus inde exurgit. Gravis ille Climacter in quo non solum Jovis decimus circulus invenitur, sed etiam Saturni trigessimus, quia ter trigiuta faciunt nonaginta. Is etiam Veneris est decimus octavus. Hic enim numerus quinquies ductus nonaginta dat. Quintus autem quisque annus Veneris est Climactericus circulus, ut ante dixi. Decimus & octavus quisque annus Solis habetur Climactericus circulus. Tres tantum ejusmodi circulos conficit quorum ultimus annus est quinquagesimus quartus. Nam decem & octo ter multiplicata hunc numerum reddunt. Ideo hic vitæ annus Climactericus difficilis est & periculosus, ut in decimo & octavo Saturni circulo positus, Jovis sexto, & Solis tertio. Decem quippe & octo ter ducta quinquagesimum quartum efficiunt, qui est decimus & octavus circulus Saturni Climactericus, Jovis autem sextus, quia sexies novem hunc numerum efficiunt, & nonus quisque annus, sive *ἐννεαδικὸς κλιμακτηρ*, Jovi dicatus est. Tredecimus Lunæ est. In vitæ humanæ legitimo spatio septem ejus-

ejusmodi circulos facit Climactericos & totidem Lunares, ita dixerim, Climacteres. Primus est decimus tertius, secundus vigesimus sextus. Ita tredecim subinde addendo usque ad nonagesimum primum ultimus hic fiet Lunaris Climacter & Climactericus ejusdem circulus, idemque Martis decimus tertius, quia septenarius Climacter qui Martis proprius est ter decies ductus nonagesimum primum annum efficit. De eo Critodemus apud Valentem, ἐννηησὺς πρῶτον, ἄρεως τελοῦσθαι δεκάτην, σελῶν ἑβδομήν, δύσκολον. *Nonagesimus primus, Martis decimus tertius, Luna septimus, difficilis.* Reciprocatur inter Lunæ & Martis circulos hic annus. Nam septenarius numerus qui Martis est, tredecies ductus hunc numerum reddit, & tertius decimus qui est Lunæ septies multiplicatus eundem facit numerum. Mercurii circuli Climacterici usque ad annum centesimum ac duodecesimum procedunt, ac quattuordecim in totum sunt, quia ὀκταδικοὶ κλιμακτῆρες ei assignantur. Hic circulus octonorum annorum quaterdecies multiplicatus efficit centesimum ac duodecesimum. De quo Climactere hæc Valens, sive Critodemus potius, ἑκατὸς δωδέκατον, ἄρεως ἐκκαίδεκάτην, ἑρμῆ τεσσαρεσκαίδεκάτην, δύσκολον καὶ δένον. *Centesimus duodecimus, Martis decimus sextus, Mercurii quartus decimus, morosus, & gravis.* Martis est decimus sextus

sextus, quia Climactericus hujus stellæ septimus sexies ac decies ductus ad hanc summam redit. Ut quæ diximus planiora fiant, & in oculos etiam incurrant subiectum $\sigma\epsilon\lambda\tau\iota\sigma\iota\upsilon\upsilon$ Climactericos omnium planetarum circulos indicabit.

Planetarum Climacterici circuli,

Saturnus	I I I.
Juppiter	I X.
Mars	V I I.
Sol	X V I I I.
Venus	V.
Mercurius	V I I I.
Luna.	X I I I.

L X I I I.

Ita terni anni multiplicata ratione per omne vitæ tempus currentes, Saturno Climacteres tribuuntur, Noveni Jovi, Septeni Marti, Deni & octoni Soli, Quini Veneri, Octoni Mercurio, Ternideni Lunæ. Quem usque ad terminum singulorum Climacteres perveniant, hic etiam eodem ordine subjiciemus. Saturni Climacteres, sive Climacterici circuli, I I I. V I. I X. X I I. X V. X V I I I. X X I. X X I V. X X V I I.

XXVII. XXX. XXXIII. XXXVI. XXXIX. XLII.
 XLV. XLVIII. LI. LIV. LVII. LX. LXIII. LXVI. LXIX.
 LXXII. LXXV. LXXVIII. LXXXI. LXXXIV. LXXXVII.
 XC. XCIII. XCVI. XCIX. CII. CV. CVIII. CXI.
 CXIV. CXVIII. CXX. Jovis Climacterici circuli,
 IX. XVIII. XXVII. XXXVI. XLV. LIV. LXIII. LXXII.
 LXXXI. XC. Martis, VII. XIV. XXI. XXVIII. XXXV.
 XCII. XLIX. LVI. LXIII. LXX. LXXVII. LXXXIV.
 XCI. XCVIII. CV. CXI. CXIX. Solis, XVIII. XXXVI.
 LIV. Veneris, V. X. XV. XX. XXV. XXX. XXXV. XL.
 XLV. L. LV. LX. LXV. LXX. LXXV. LXXX. LXXXV.
 XC. XCV. C. CV. CX. CXV. CXX. Mercurii, VIII.
 XVI. XXIV. XXXII. XL. XLVIII. LVI. LXIV. LXXII.
 LXXX. LXXXVIII. XCVI. CIV. CXII. Lunæ, XIII.
 XXVI. XXXIX. LII. LXV. LXXVIII. XCI. Circulos
 suos ejusmodi Saturnus habet quadraginta,
 Juppiter decem, Mars decem & septem, Sol
 tres, Venus viginti quattuor, Mercurius quat-
 tuordecim, Luna septem. Numeri primi qui
 signant Climactericos circulos singulorum
 planetarum si multiplicentur per secundos
 quibus significatur summa circulorum, effi-
 cient annorum numerum vitæ in quos ejus-
 modi Climacteres incidunt. Figura subjun-
 cta hoc declarabit.

Numeri circularum Climactericorum
& annorum quos planetae
efficiunt.

♄	III	XL	CXX
♅	IX	X	XC
♆	VII	XVII	CXIX
♁	XVIII	III	LIV
♂	V	XXIV	CXX
♀	VIII	XIV	CXII
♁	XIII	VII	XCI

Ex his manifestum est quantopere fugerit eos ratio ac veri via qui præter septenarios & novenarios, id est εβδομαδικὰς & εννεαδικὰς, κλιμακτηρας nullos alios agnoscunt. Qui error communis est omnium qui hodie vivunt Mathematicorum, & qui post renatas in Europa litteras de eo argumento scripserunt. Νὰ & τεταδικὰ sunt Saturno attributi, & πενταδικὰ Veneri, & κλαδικὰ Mercurio, & τρισκαιδεκαδικὰ Lunæ, & δεκαοκτωδικὰ Soli, εννεαδικὰ autē Jovis sunt, & επταδικὰ Martis. Nō potuit igitur vera afferri ratio de Climacteribus cur septenarii anni vitæ essent Climacterici ab

iis

iis qui falsa hac hypothefi ducti præfumpferunt solos feptenanos per omne vitæ tēpus recurrentes habēdos eſſe Climactericos. Ajunt primo, *obſervatū eſſe antiquiſſime in annis Climactericis ſeu ſcalaribus fieri mutationes vitæ, tum corporis conſtitutionis in hominibus, humorumque à generalibus ac ſuperioribus cauſis commotiones, non ſecus ac diebus Criticis in agrotis.* Hoc jam in ſuperioribus refutatum eſt, ubi demonſtravimus nihil habere affinitatis annos Climactericos cum diebus Criticis. Humorū autem commotiones, & mutationes cum vitæ tum corporis conſtitutionis ſeptimo quoque anno contingere ſolitas nihil ad Climacteres pertinere, cum Climactericos proprie faciant, vitæ & fortunarum periculā extrinſecus accidentia. Si morbi etiam corporis Climacterici ſunt ut cuidam ſectæ Genethliacorū placuit, pro certo compertum eſt non *ωεριοδixís* eſſe in omnibus genituris, nec per ſeptenos circuitus in omni vitæ ſpatio recurrere. Addunt deinde, *Edoctrum hac experientia Ptolemaum in Quadripartito maxime attendendos aſſerere hos annos in concurſu Apheta cum Anareta ut inaequaliter & quaſi derepente abſque alia particulari cauſa vitam aſſicientes.* Hoc quidem verum, ſed Ptolemæus ſeptenarios Climacteres ibi non nominat, nec quidquam habet eū credamus eum non alios Climactericos agnoviſſe præter *εβδομαδixís*. Quinimmo quæ dicit de

concurſu Anæretæ & Aphetæ oſtendunt nihil tale cum cogitaſſe. Nam ſi ſeptimus quiſque annus vitæ omnino Climaſtericus eſt habendus, cum certo ſtatoque & naturali atque æquali ordine ita decurrant Climaſteres, ex Aphetæ & Anæretæ concurſu poſſunt effici, qui valde inæqualis eſt nec in omnibus genituris par & ſimilis. Ratio quam afferunt ſubſiſtere non magis poteſt cur Climaſteres per ſeptenos circuitus vitam hominis infeſtent, cum res ipſa cujus ratio redditur, non ſit. Tradunt, *Planetas ſcilicet dominari in humanis corporibus atque ſecundum eorum ordinem quemlibet anno ſingulo, ita ut primo anno dominetur Luna, ſecundo Mercurius, tertio Venus, quarto Sol, quinto Mars, ſexto Iuppiter, ſeptimo Saturnus, & ſic ſubſequenter anno octavo Lunam reſumere dominatum, & per ordinem reliquos planetas toto vitæ curſu, & cum quolibet anno ſeptimo & ſingulis ſeptenariis dominetur Saturnus, hos annos ea propter Climaſtericos nominant, & mala portendentes.* Ergo ut ex his velle eos apparet, Climaſterici anni à Saturno quia ſeptimus eſt planeta, & Climaſterici ex eo ſeptenarii. Aſtologi veteres reclamabunt quos docuimus non ἐβδομαδικὰς κλιμακτῆρας Saturno tribuere ſed Marti, cum Saturno τριαδικὰς assignēt. Valens lib. i. capite περὶ κλιμακτῆρ & ἐννεαδικῶν ἢ ἐβδομαδικῶν ἀγωγῆς, ubi agit de diebus Climaſtericis Enneadicis & Hebdomadicis, ait quibuſdam videri Hebdomadicos

dicos dies in nocturnis quæri oportere, Enneadicos in diurnis, & Hebdomadicos quidem futuros ad Martē, Enneadicos ad Saturnum Sed & permutationes in utrisque eorum futuras Climacterum nempe *ἡμερησιῶν*. Nam ☿ Solem & Lunam Saturnum *ἑβδομαχὸν* futurum, Martem vero *ἐννεαδιχόν*. Rationem reddit quia Cancer in quo Lunæ est domicilium septimo loco distat à Capricorno, & Leo in quo Sol obrinet domicilium, contrarius æque est Aquario, septimo nimirum ab eo signo distans. In utroque autem signo Capricorni & Aquarii Saturnus habet domicilia. Idem vero Leo & Cancer nono loco dissident, alter ab Ariete, alter à Scorpio. In Scorpio autem & Ariete Martis domicilia locata. Alii ab exaltatione Lunæ id sumebant, naturali magis ratione. Lunæ Altitudo Taurus. Hebdomadicus igitur Mars propter Scorpionem, Saturnus Enneadicus propter Capricornum. Quia nimirum Scorpis septimo loco à Tauri signo distat, Capricornus nono. Hæc futilia sunt & inepta, sed quæ refutant hodiernorum Astrologorum sententiam, qui nullos alios agnoscunt Climactericos. & eorum causam Saturno, quia septimus sit Planeta, assignant. Sed de diebus Climactericis ibi tractat Valens, quorum alia ratio est quam annorum, aut certe alios auctores sequitur. Nam magna Climactericorum secundum varias Ge-

nethliacorum sectas fuit differentia ut mox ostendemus. Ibi igitur modo Mars ἐβδομαδικός, modo ἐννεαδικός, ut & Saturnus. Sed in descriptione Climactericorum quam ex Critodemo protulit, Mars ἐβδομαδικός, Saturnus τριαδικός, quia omnes ἐβδομαδικοὶ circuli κλιμακτηρικῶν à primo ad decimum septimum in quo annus est Climactericus cxi. Marti adscribuntur. Omnes autem τριαδικοὶ ab anno tertio qui primus est Climacter Saturniorum, usque ad cxx qui ultimus est, decurrunt. Κύκλος appellat idem Valens, in exemplo genituræ quæ terminata est anno lrv. ἦν γδ κύκλος, inquit, κρόνος μὲν ιη', διὸς ε', ἡλίου γ'. *Erat enim circulus Saturni decimus octavus, Iovis Sextus, Solis tertius.* De eo anno lrv. ita habet supra dicta descriptio Climacterum Critodemi. Πενήνητος τέταρτος, κρόνος ὀκτωκαιδέκατος, διὸς ἐκλ, ἡλίου τρίτος, χαλεπὸς ἐκινδυνώδης. *Quinquagesimus quartus, Saturni decimus octavus, Iovis sextus, Solis tertius, difficilis & periculosus.* Ideo & mortuus est qui hunc Climacterem habuit in proposito à Valente Genesio exemplo, non tantum quia malus hic Climactericus, sed quia Solem & Lunam habuit in Loco θανάτικῳ, & quia eum annum Sol Juppiter & Mars tradiderunt Saturno consistenti in Sagittario, χαλεπὴ οὐδ' ἡ ὥρ' αἰδοῖς. Alias si non isti Climacterici anni periculum aggravassent, potuissent evadere. Sed viderint hæc

hæc Magistri. Κύκλος igitur vocarunt omnes periodos Climactericas per totum vitæ spatium recurrentes pro numero annorum unicuique planetæ adscriptorum. Ita Saturni κύκλος κλιμακτηρικὸς trium est annorum, Iovis novem, Martis septem, & ita aliorum prout posuimus eos in figura supra exhibita. Hi circuli sive circuitus annorū Climacterici, etiam ἀφ' ἑστέ κλιμακτῆρων appellati sunt, ut supra diximus. Qui solos autem septenarios voluerunt esse Climactericos, hujus rei & hanc rationem attulerunt, *Quod Planeta & Ascendens in Nativitate anno septimo perveniunt profectione ad loca opposita, ut Ascendens ad domum septimam quæ est domus vitæ inimica & sic planeta.* Quam opinionem etiam absurdam esse fatentur qui Climactericorum annorum plurium ordinem ex septenariis circuitibus constantem adserunt. Ita rationem ineptam rei falsæ recte tamen refutant. Alii alias causas non minus fuitiles pro septenariis Climacteribus adduxere. Nec pluris sunt faciendæ illæ quæ allatæ sunt pro Enneadicis. Dicunt enim in Enneadicis, quos inscitè vocant *Enneaticos*, Horoscopū pertingere domos cælestes eorumque radios infaustos & inde esse. Quæ nulla ratione aut fundamento nituntur, & aërem tantum verberant. Duplex genus fuit Enneadicorum ut & Hebdomadicorum, unum quod numerabatur, ut diximus, per Hebdomadas & Ennea-

das ab anni principio supputatione dierum facta usque ad diem genituræ. De quo modo supra dictum est. Ex Petosiri hanc *ἐννεαδικῶν & ἐβδομαδικῶν κλιμακτῆρων ἀγωγὴν* Valens initio Anthologiæ suæ protulit. Alias *ἐβδομαδικῶν* sunt vel potius *ἐβδομάδες* vel *ἐβδομοι* quos abusive *ἐβδομαδικούς* nuncuparunt, septeni anni repetito circuitu per omne vitæ spatium revoluti, ut & *ἐννεαδικῶν* noveni. Duplici etiam ratione hoc nomen invenerunt. Nam & *ἐβδομοι κλιμακτῆρες* dicti sunt quos faciebat stella malefica corpore vel radio in septimo ab Horoscopo loco consistens, vel in septenariis Martis circulis, ut supra docuimus, quia Mars *ἐβδομαδικός* est, & *ἐβδομοι κλιμακτῆρες* per ejus *ὑποκατασταίς* periodos fiunt, quas septimo quoque anno redire adfirmant. Similiter & Enneadici duplici modo fiunt. Cum stella malefica præsentiam suam vel radios commodat Trigono dextro quod nono loco distat ab Horoscopo vel à parte Fortunæ, nam tales Climacteres ab eo *κληρικῶν* sunt appellati. Vel quia κύκλοι Jovis *ὑποκατασταίς* noni anni revolutione fiunt, & in his signantur *ἐννεαδικῶν* vel *ἐνναπὶ* Climacteres. Aliter etiam definiebant *ἐννεαδικῶν & ἐβδομαδικῶν* Climacteras, hos Martis & illos Saturni, quod Scorpius qui Martis domiciliū est septimo loco distat à Tauro in quo Lunæ est Altitudo, Enneadicos autem Saturnios ideo appel-

appellant quod Cancer in quo domus & imperium Saturni nono loco dividatur ab eodem Tauro. Præterea cum Triadici Climacteres proprii etiam Saturno tribuantur quia τριαδικὸι κύκλοι ἀποκατασκευῇ ei assignantur, ter tria novem faciunt & tertium κύκλον ejusdem Saturni absolvunt. ἐννατὶς κλιμακτήρ in ἀναγραφῇ Climacterum describitur, διὸς πεντατὶς, κρόνος τέλεις, Ἰπικίνδυνος, Ἰοῦς primus, Saturni tertius, periculosus. Alii tam Enneadicos quam Hebdomadicos ad Saturni stellam referri vo'uerunt. Quod liquet ex Firmico lib. vi. cap. iiii. ubi Saturni decreta per singula Zodiaci signa exposuit. Et primo quidem si Saturnus in Ariete fuerit inventus, genitos fore languidos ait & pediculosos, atque in Hebdomadicos & Enneadicos annos incurrentes periculorum graviora discrimina subibunt, ab iisque periculis opprimuntur si nullo benevola stella ipso tempore fuerint praesidio liberati. Ubi Hebdomadici sunt & Enneadici, septeno & noveno orbe redeunt. Usque ad centum & decimum nonum Hebdomadici qui decimus & septimus est circulus ἑβδομαδικός, Enneadici autem usque ad nonagesimum, qui decimus est circulus ἑννεαδικῶν. Si in Tauro Saturnus fuerit inventus, tale Thema habentibus, pericula aut ex causis, vel ægritudinibus aut ex peregrinationibus inferentur. Habebunt etiam grave periculum, aut nono anno, aut decimo quarto, aut vigesimo

quinto aut trigésimo secundo. Ex his nonus ἐννεαδικός est, decimus quartus ἐβδομαδικός. De xxv. anno & xxxii. vereor ut vitium sit in numeris apud Firmicum, neuter enim horum ἐβδομαδικός est aut ἐννεαδικός. At toto illo tractatu idem auctor solos hos duos Climaetericos Saturno adscribit. Quinimmo eodē loco subjicit, *Si periculorum tempore benevolarum stellarum fuerint praesidio liberati, instantis exitii discrimen evadunt, ac usque ad LXIII. annum vitae spatium accipiunt.* Puto itaque omnino legendum in verbis Firmici, aut xxvii. aut xxxvi. qui duo anni sunt ἐννεαδικοί. Atqui sexagesimus & tertius annus, ut omnes norunt, ἐβδομαδικός simul est ac ἐννεαδικός. Si in Geminis Saturnus fuerit inventus, ait, *Quod primum eorum aetatem periculis & aegritudinibus involvi faciet. ac omnibus discriminibus facile laborare: sed illa periculosiora erunt discrimina quae Hebdomadicis vel Enneadicis annis fuerint irrogata.* Idem Saturnus in Cancro consistens. pericula ex turbatione aliqua aut ex aegritudinibus decernit, & potissimum in annis Hebdomadicis Enneadicisque, & quamdiu xxiii. annos aetatis transferint. Usque enim ad hanc aetatem maximis semper periculis fatigabuntur. Puto rescribendum, xxvii. aut xxviii. annos, pro xxiii. Quorum alter Hebdomadicus, alter Enneadicus. Eadem stella in Libra inventa discrimina ab ea denunciata peiora fore scribit, cum in Hebdomadicis vel Enneadi-

neadicis annis fuerint. In Scorpio positus decernit pericula in *Hebdomadicis & Enneadicis annis usq; ad quadragesimum tertium atatis annum*, eodem Firmico teste. Ubi nempe evaserint *quadragesimū secundum* qui sextus est septenarius ex sexies septem compositus. Ideo in κατὰ ραφῆ Climacterum describitur πεσσεύουτος δάπερ κλιμακτῆρ, ἄρεως ἐκλ, κρόνυ πεσσεύουσι δέκαλος, χαλεπὸς ἔθ' ἡπικίνδυν. Hebdomadicus est secundum illius κατὰ ραφῆς auctorem, ad Martem relatus, τριαδικὸς ad Saturnum. Nam tria quaterdecies multiplicata annum dant XLII. Si in Sagittario inventus fuerit, *Nati habebunt periculorum discrimina per omne vite spatium, cum ad Hebdomadicos vel Enneadicos annos venerint*. Sub Capricorno geniti Saturno eum possidente, *erunt in peregrinationibus ac agritudinibus constituti, habebuntque vita discrimina, in quinto, septimo ac nono atatis anno, praesertim cum iste anni numerus triplicatus fuerit*. Id est, anno XXVI. Tunc enim, inquit, *in agritudinibus, damnis, turbis, doloribus erunt, nec non maximis infelicitatibus opprimuntur*. Quae confirmant conjecturam nostram qua supra in eodem auctore XXVII. pro XXV. reposuimus. In Aquario inventus, *faciet Periculorum discrimina in Hebdomadicis vel Enneadicis annis usque ad quadragesimum tertium atatis annum*. Exclusive nempe, ut vulgo loquuntur. Ultimus enim Hebdomadicorum quibus haec perpetientur erit

erit quadragessimus secundus. In Piscibus qui Saturnū habuerint tempore geniturę, *habebunt maximas agrestudines & pericula, præsertim cum septenos vel novenos, hoc est Hebdomadicos annos intra verint, & periculorum continuatio usq; ad trigessimum tertium ætatis annum extenditur.* Ubi legendum est, *quadragessimum tertium*, ut in aliis. Hęc omnia eo redeunt, pericula nempe quę decernuntur graviora fieri annis Hebdomadicis & Enneadicis. Qua de re inter omnes fere Astrologos veteres convenit. Sed non de illo quod ex illis locis Firmici colligere est, Hebdomadicos & Enneadicos Climacteres Saturni esse proprios. Nam in cæterorum planetarum decretis per singula Zodiaci signa nusquam meminit Hebdomadicorum & Enneadicorum, nisi in uno Saturno. Non dubito tamen quin hęc fuerit opinio antiqui hujus Astrologi. Petosirim esse quę *παλαιά* absolute Ptolemæus vocat, ex Valente constat, cujus hęc verba sunt lib. 1. capite de ratione Hebdomadici & Enneadici Climacteris, καὶ ἀμφότερα ἡ ὁμοιοι, & οἱ μὲν ἑβδομαδικαὶ εἰσὶν ὡς ἄρεα, οἱ ἡ ἐννεαδικαὶ ὡς κρόνον, καὶ ἀμφότερα ἡ ἡ εἰσὶν ἡ ἐναλλαγήν ἐφέξουσιν κλιμακτύρων. In utrisque similes & Hebdomadici quidem Climacteres erunt Martis, Enneadici vero Saturni. In utrisque hi etiam commutationem habebunt Climacterum. Ex quibus liquet Saturnum simul Enneadicos Climacteres & Hebdomadicos

pro

pro ratione domiciliorum Solis & Lunæ, aut
hujus Altitudine. Hebdomadicus erit ratione
domicilii Solis & Lunæ, quia cum domici-
lium obtineat in duobus signis, Scorpio &
Aquario, huic signo oppositus est ex diame-
tro Leo qui domicilium est Solis, & proinde
septimo ab eo loco distat. Alteri autem nem-
pe Scorpio, Cancer etiam contrarius est κα-
τὰ Ἀλγμετρον, & septimo loco ab eo distin-
ctus, in quo Cancro Lunæ est domicilium. At
rursus idem Saturnus ἐνεαδικός est si ratio
habeatur Altitudinis Lunæ, quæ cum in Tau-
ro exaltetur, nono signo à Tauro discescitur
Capricornus, quod alterum est ex domiciliis
Saturni. Ita Saturnus simul est ἐβδομαδικός &
ἐνεαδικός, & hoc sequutus videtur Firmicus
toto illo tractatu quo de cetera Saturni perse-
quutus est per duodecim signa Zodiaci. Longe
in alia sententia fuit auctor illius ἀναξαφής
Climacterum quæ Valens in Anthologiis suis
digessit. Critodemus is est auctor Plinio no-
minatus inter antiquissimos Astrologiæ & ce-
leberrimos auctores. Firmico lib. iv. c. i. cum
Aesculapio, Mercurio, Anubio, Petosiri, Ne-
cepso, Abramo, Orpheo, Critodemus quoq;
commemoratur, qui scripta de Astrologia
primi vel præcipui ediderunt. Is ergo Crito-
demus, ut mos fuit plerorumque antiquitus
Generaliacographorum, descriptionem edi-
dit omnium vitæ Climacterum. Pæne quippe
magis

magis refert præscire aduersos casus eventuros quam bonam fortunam, si per prædictionem locus esse possit præcautioni ad ea quæ male casura sunt evitanda. Hinc Photius de Diodoro Tarſi Episcopo, qui contra fatum & Astrologiam libros scripserat. ταῦτα, inquit, εἰπὼν ὁ αὐτὸς καὶ κλιμακτῆρων καταγραφῇ ὑπὸ χθὲ ποιῆν, καὶ πνῶν ἀστρολογικῶν ὀνομάτων καὶ χημάτων τῶν τῶν ἀκερβολογῶν ἐκθεσιν. In καταγραφῇ Climacterum Critodemī quam in Anthologiis suis Valens proposuit, ultimus Climacter annus vitæ centesimus & vigesimus ponitur, quasi ultra eum terminum nemini liceat ævi spatium extendere. Et hic sane numerus est annorum quem longissimum Sol potest decernere cum optimè locatus est, & ἄφεσιν καθολικῶς suscepit quæ tempora vivendi definiuntur. Θανατηφόρον εὖ vocat Climacterem quia vivacissimæ vitæ hic hæret terminus. Saturni quadragesimus est circulus, & Veneris vigesimus quartus, quia ille ternarium circulū Climactericū sibi vindicat, Venus quinarium. Ter autem ducta quadraginta centum ac viginti efficiunt, & quinquies viginti, quattuor. Ἐκατοστὸς εἰκοστὸς, κρόν τεσσαρεσκοστὸς, ἀφροδίτης εἰκοστὸς τέταρτος, θανατηφόρος. Centesimus vigesimus, Saturni quadragesimus, Veneris vigesimus quartus, letalis. Perperam in scripto exemplari legitur, Ἐκατοστὸς εἰκοστὸς ὀγδοος. Quam lectionem tota ratio

Catalo-

Catalogi Climacterum refellit. Ut desinunt Climacterici in anno centesimo vigesimo, ita incipiunt ab anno tertio, quia primus est Saturni circulus Climactericus. Ideo & signate vocat κλιμακτῆρες, cum primum & secundum annum vitæ hoc nomine non insignisset. Πρῶτον, inquit, ἀσθενήσῃ ἢ ἐπιφοβῶν ἔσται. Δεύτερον κίνδυνός τις δι' ὑγρῶν πασσμῶν. Τρίτον, κρόνος πρῶτον κλιμακτῆρ, ἐπισφαλής. Alibi legi annos vitæ à secundo numerari, quia intra primum fortean & secundum plurimi infantes moriuntur quos ἀτρόφους vocant quia non possunt educari. Diserte etiam alibi Valens pronuntiat μονάδα & δυάδα inter Climacteres esse ἀχρηματίους, id est nihil significare vel decernere, nec proprie existere Climactericas, Climacteres enim incipere à Triade in qua primus ponitur Climactericus Saturni. ὅρχη ἦ, inquit, ἐπὶ τῶν περικείμενων κλιμακτῆρων ἐπὶ τῷ τρίτῳ σείχῃ τῷ τετάρτῳ. οἱ γὰρ περικείμενοι δύο, ἢ τε μονὰς καὶ ἢ δυὰς ἀχρημάτιστοι. Ex quibus colligere licet quantum à via veritatis aberrant qui Climactericum annum ab anno sexto incipere faciunt. Quos qui refellunt ac perpendunt incipere potius à primo mense ac die septimi anni sexto anno exacto, non minus hallucinantur. Hi sunt nimirum qui volunt septimum quenque esse Climactericum, & proinde octavum annum habere principium se-

secundi septenarii septimo anno finiti. Hi sunt etiam qui Climactericos annos comparant cum diebus Criticis. Quemadmodum enim tales dies judicatorii septenarii sunt, consequi inde ut decimus quartus qui est finis secundi septenarii, & non decimus tertius, quia est sextus hujus hebdomadis, sit judicatorius. Ita, inquit, & anni Climacterici qui sunt in septenarius, quolibet septimo anno inchoant, anno septimo expleti, in primo videlicet mense ac die septimi anni. Hæc est sententia Imolenfis Philosophi ac Medici in tractatu de annis Climactericis, dum eos reprehendit qui asserunt annum primum Climactericum initium sumere ab anno sexto, & qua anni illius parte, vel quo mense pericula & ægritudines eveniant. Fuere & nonnulli veterum quod ex Censorino docemur, qui prodidere primum κλιμακτηρεῖς annum esse quadragesimum nonum, ultimum vero octogesimum unum, medium ex utroque permixtum, annum tertium & sexagesimum, quem vel hebdomades novem, vel septem enneades efficiunt. Eum vide, de die Natali cap. xix. Ergo secundum horum opinionem tres tantum omnino fuerunt in cujusq; genitura Climacterici anni, XLIX. LXIII. & XCI. Atqui nullus est in vitæ humanæ legitimo spatio annus quin sit alicui pro Diathemate ejus genituræ Climactericus, ne quidem primo & secundo vitæ

vitæ anno exceptis. Nam & hos Hephaestion Thebæus inter Climacteres recenset & primum quidem ter aut quater, secundum vero bis aut ter numerat in eo Climactericorum Catalogo quos faciunt omnium signorum Decani Horoscopantes. Sed Critodemus in κατὰ χρονία à Valente edita eos tantum pro genuinis ac veris Climacteribus reponit qui in aliquo planetarum circulo Climacterico reperiuntur. Ex his tertius vitæ annus primus est Climacter Saturni, & ab eo deinde revoluta ternario numero per omne vitæ tempus usque ad centesimum & vigesimum, qui quadragesimus est ejusdem Climactericus circulus. Primus Veneris incipit ab anno quinto, & desinit in centesimum & vigesimum, qui viginti quattuor circulos Veneris πεντάδικος absolvit. Primus Martis Climacter septimus est annus, ultimus centesimus ac decimus nonus, quo decem & septem ejus septenarii circuli Climacterici perficiuntur. Primus Mercurii octavus est annus, ultimus centesimus & duodecimus, in quo est quartus decimus ejusdem circulus. Climacteres Jovis à nono inchoantur anno, & terminantur nonagesimo, qui finit circulum Jovis εννεαδικόν decimum. Lunæ Climacteres initium habent in anno decimo tertio, & finem accipiunt in nonagesimo primo, qui septimus est Lunæ circulus.

Decimus octavus ætatis annus primus est Solis Climactericus circulus , tertius idemque ultimus quinquagesimus quartus. Omnium horum κλιμακτηρικῶν circulorum anni, Climacteres dant in spatio centum & viginti annorum , centum & quindecim. Soli quinque restarent ab illis planetariis circulis exclusi. Sed plurimi concurrunt in duorum aut trium simul planetarum circulis, adeo ut quadraginta tres inveniantur exsortes ejusmodi circulorum Climactericorū qui planetis assignantur. Totam illam summam centum & viginti annorum dividimus in duodecim Decadas. Prima decas tres annos habet qui nulli planetarū adscribuntur i. ii. & iv. Secunda decas duos, xvii. & xix. Tertia decas quattuor, xxi. xxiii. xxvi. & xxix. Quarta decas quattuor, xxxi. xxxiv. xxxvii. & xxxviii. Quinta decas quinque, xli. xliii. xlv. xlv. & xlvii. Sexta decas tres, liii. lvi.lix. Septima decas quattuor, lxi. lxii. lxvii. & lxviii. Octava decas quattuor, lxxiii. lxxiv. lxxvi. lxxix. Nona decas tres, lxxxii. lxxxvi. & lxxxix. Decima decas tres, xcii. xciv. xcvi. Undecima decas quinque, ci. ciii. cvi. cvii. cix. Duodecima & ultima decas tres, cxiii. cxvi. & cxviii. Omnes autem hi numeri qui inter Climactericos locum non habent in eo Albo Climacterum Critodemi, aliquando Climacteres

cteres existunt pro stellarum in genitura positu, sed cum in hos anni incidunt qui pericula vitæ aut fortunarum inferunt, minus habent ad noxam & damnum efficiendi quam cum incurrunt in aliquem numerum quo circulus absolvitur cujuscunq; planetarum. Omnes itaque anni suprascripti ἀρχημάτισσι vocantur, illi vero qui in aliqua sunt ἀρχή circulatorum, χρονιαπηνῆσι censentur. Primi duo vitæ anni sunt ἀρχημάτισσι, ut ii quos supra memoravimus, quosque in numero Climacterum non recensuit Critodemus. Sed Hephæstion eos pro Climacteribus numerat quia pro diversitate Horoscoporum & geniturarum sæpe usuenit ut pluribus generibus pro Climactericis cedant. Antiqui autem Mathematici eum numerum annorum vitæ quem legitimum statumq; volunt videri, quia Sol à quo omne vivendi pendet principium & finis, non ultra eum terminum potest vitam producere etiam tum cum felicissime & commodissime in genitura positus est, non per decadas annorum numerabant, sed per δωδέκαδας. Non alia opinor ratione quam τὴν δωδεκαετηρίδην, quam anni Chaldaici nomine nuncuparunt. Ea utebantur Genethliaci non ad Solis Lunæque cursus accommodata, sed ad alias sibi proprias observationes, ut testatur Censorinus. Quod certe verum est, & Orpheus quem inter primos ac præci-

puos auctores ῥηεθλιαλογίας laudat Firmicus. Poema de ea arte editum inscripserat, ut jam dictum est, δωδεκαετηρίς. Inde ex decem Dodecaeteribus constat longissimum quod homini potest decerni vitæ spatium. Hoc spatium computabant ἀπὸ τῆς μονάδου usque ad δεκάδα. Et μονάδα usque ad duodecimum annum hoc nomen obtinere volebant, δυάδα usque ad vigesimum quartum, τριάδα usque ad trigesimalum sextum, τετράδα ad quadragesimalum octavum, atque ita deinceps usque ad δεκάδα, quæ ita vocabatur ab anno centesimo octavo usque ad centesimum ac vigesimalum, ut figura subiecta significat.

Μονάς	XII.
Δυάς	XXIV.
Τριάς	XXXVI.
Τετράς	XLVIII.
Πεντάς	LX.
Εξάς	LXXII.
Εβδομάς	LXXXIV.
Ογδοάς	XCVI.
Εννεάς	CVIII.
Δεκάς.	CX.

Hoc

Hoc autem instituerunt ad Climacteres in singulis generibus definiendos prout stellæ in iis dispositæ essent, variis inter se *συμπλοκαῖς* & *διαίσεσι*, conjunctionibus & disjunctionibus. Quæ duobus signis inter se distabant *δυάδα* obtinere dicebantur, quæ tribus *τριάδα*, quæ quattuor *τετράδα*, & ita deinceps. *Δυάς* vero ut diximus, usque ad annum duodecimum pertinebat, *τριάς* usque ad trigesium sextum atque ita cæteri numeri, sicut in tabella supra posita ostensum est. In monade igitur octo fuere Climacteres à stellis denominati, Tertius annus qui primus fuit Saturni Climactericus, Quintus qui primus Veneris, Sextus qui Saturni secundus est, Septimus qui primus est Martis, Octavus qui primus Mercurii, Nonus qui primus Jovis, Saturni tertius, Decimus qui Veneris secundus, Duodecimus qui Saturni quartus. Quid autem voluerint per hujusmodi circulos vel *αἰφύσας κλιμακτηρικὰς* singulas stellis attributas, & cur diversi numeri unicuique assignati, ut Saturnus tertium quemque sortitus sit, Venus quintum, Mars septimum Mercurius octavum, Juppiter nonum, Luna tredecimum, Sol decimum octavum, ex ipso Valente fortassean docebimur qui profiteretur in illa *καταγραφῇ* Climacterum quam ex Critodemo proposuit, eorum differentias constare *καὶ τὰς αἰφύσας χρονογραφίαν καὶ τὰς πρὸς αἰφύσας*

ἀλλήλους ὁποκατάσσειν, *secundum planetarum temporum descriptionem & eam rationem qua sibi invicem restituntur*. ὑποτάξομεν ὃ, inquit, καὶ τὰς Διφθορέας τῶν κλιμακτῆρων, καὶ τὰ τῶν ἀστέρων χρονογραφίαν, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους ὁποκατάσσειν. In quibus verbis χρονογραφία τῶν ἀστέρων dicitur de temporum circulis quos unaquæque stella possidet, ut Saturnus annorum ternionem, Venus quinionem, Mars septenarium, atque ita de cæteris. Ἡ πρὸς ἀλλήλους ὁποκατάσσεις est quam unica voce σωμαπκατάσσειν appellat, quæ non est intelligenda de restitutione sive revolutione curriculi stellarum ad idem ζώδιον, vel ad idem σημεῖον, sed ad idem γῆμα, quale stellæ in genesi habuerunt. Nam statuerunt artis vanissimæ stultissimi magistri, longe certiores futuros effectus in omnibus eventibus & Climactericis annorum rationibus, si eadem stellæ talem configurationem obtineant quam tempore genensis inter se habuerint. Βεβαιότερον ὃ τὰ ὁποτελέσματα κερθήσεῖ) εἴτε τὰ πρᾶκτικὰ & τὰς κλιμακτηρικὰς λόγους, ἐπὶ αὐτοὶ ἀστέρες τὸ αὐτὸν γημαλισμὸν ἐπέχωσιν ὅποιον καὶ ὅπῃ γυέσεως. Hæc igitur σωμαπκατάσσεις est γημαλισμῶν quæ τὰς Διφθορέας τῶν ἀστέρων & τὰς συμπλοκὰς spectat. Cum in ea καὶ αραφῇ Climacterum qui sunt intra monadem dicitur quod Climacter tertius sit primus Saturni, hoc ad χρονογραφίαν illius stellæ pertinet quæ tertio quoque anno circulum

lum suum facit Climactericum. Cum vero nomen Climacter ejusdem monadis appellatur Jovis primus, & tertius Saturni, *συναπκαταΐσιν χήματ* utriusque stellæ significat. Atque ita in aliis. Idque clare indicat Valens. Nam post descriptam totam omnium Climacterum *ἀναρχαφίω*, exemplum proponit genesis quæ exitum vitæ habuit in anno *ΛΙΥ. ἐτελεύτα ᾧ τῶνδ' ἔτη*, & rationem reddit, *ὡς κ' κύκλ' κρόνος μὲν ὀκτωκαίδεκαίτ' , διδς ἑκτ' , ἡλίας τρίτ' . τῶτων ὀποκαταΐσας*. *Moribatur anni quinquagesimo quarto. Erat enim circulus Saturni octavus decimus, Jovis sextus, Solis tertius. Horum ὀποκαταΐσας. Restitutio nempe ejusdem configurationis harum stellarum. In ipso Catalogo Climacterum ad hunc Climacterem denotandum ita scriptum est, Πεντηκσὺς πέταρτ' , κρόνος ὀκτωδέκαίτ' , διδς ἑκτ' , ἡλίας τρίτ' , χαλεπὸς ἢ κινδυνώδης. Ergo & in aliis Climacteribus ubi duarum aut trium stellarum concursus habetur, de eorum *συναπκαταΐσας* intelligendum est, præsertim cum dixerit prius totum cum Catalogum Climacterum descriptum fuisse & constitutum, καὶ ἢ χρονογραφίαν τ' ἀσέρων, & πλὴν πρὸς ἀπλήλως ὀποκαταΐσιν. Generatim quidem & καθολικῶς illæ ὀποκαταΐσεις in prædicta Climacterum descriptione ponuntur. Sed variant pro ordine stellarum quo in singulis genesisbus dispositæ fuerint, aut καὶ δυάδα, aut καὶ τριάδα, aut*

πέρσ' α, usque ad δωδεκάδα quibus variae Ἀλ-
 γαίαι stellarum inter se signantur, juxta diversa
 loca & Zodia in quibus constitutæ fuerint.
 Quæ omnia singillarim explicare longum es-
 set & morosum, & in magnam molem libri
 iturum. Κλιμακτῆρες τῆς μονάδ' ① dicuntur, ut
 jam docuimus, à primo, sive potius tercio an-
 no, usq; ad duodecimum. Κλιμακτῆρες τ' δυά-
 δ' ② à decimo tertio usque ad vigesimum
 quartum, & Climacteres τ' τριάδ' ③ à vi-
 gesimo quinto usque ad trigesium sextum.
 Atque ita deinceps. Sic per decem δωδεκάδας
 tota ὑπόστασις legitimi vitæ humanæ spatii
 procedit. Et notandum est in singulis Dode-
 cadibus, idest duodenis quibusque annis, pe-
 riculosissimos reperiri Climacteres. Nam
 in decadibus, idest decimo quoque anno, le-
 viores ut plurimum fiunt, sicut ex illo cata-
 logo Climacterum colligimus. Nam deci-
 mus Climacter, qui secundus est Veneris cir-
 culus, solam ex plenitudine ægritudinem de-
 nuntiat, vigesimus quæ secunda est decas, si-
 ne periculo transit, morbosque ἐκ πληθώρας.
 aut lassitudines ut plurimum significat. εἰκοστὸς
 φωσφόρος τέταρτ' ④, αἰκίνδυν' ⑤ τὸ πλεῖστον νόσοι ἢ
 ἐκ πληθώρας ἢ κόποι πρὸς ἀνελκυσθῆσαι. Trigesi-
 mus quæ tertia est decas, etiam citra periculum
 exigitur, estq; Veneris sextus, Saturni decimus.
 Reliqui graves interim notantur & periculo-
 si, sed non admodum, interim etiam non
 mali,

mali, ut octuagesimus, συγκεκλιμένος, temperatus, qui in octava est decade, & Veneris sextus decimus. Centesimus qui in decima est decade, ἑκατὸς, estque Veneris vigesimus. Centesimus decimus quæ undecima est decas, etiam non malus describitur, & est vigesimus secundus Veneris. At solus centesimus & vigesimus quæ duodecima est decas, non solum gravis & periculosus, sed etiam θανατηφόρος signatur, & merito sane. Nam ultima est ex denis dodecas, sive duodenarius decimus & postremus quo vitæ annus centesimus vigesimus clauditur, finisque habetur longissimi vitæ spatii in maxime longævis. Omnes autem duodenarii pessimi à primo qui singulus est duodecimus usque ad hunc qui decies duodecimus est. Δωδέκα-τὸς κλιμακτήρ notatur Saturni quartus, & ἀπροσδόκητος δὲ ὑγρῶν, ex inopinato pericula faciens ex aquis. Vigesimus quartus qui Saturni est octavus, δύσκολος ἂν μελαγχολίας designatur ἢ ὑγρῶν. Trigessimus sextus, Saturni duodecimus ex ter duodenis constans, χαλεπὸς ἐθπικίνδυνος in Catalogo Climacterum notatur. Quadragesimus octavus, ex quater duodecim compositus, Saturni sextus decimus, χαλεπὸς λίαν καὶ ἐθπικίνδυνος nominatur, valde gravis, & periculosus. Sexagesimus fit addito duodecimo, qui trigessimus est Saturni & ἐπισφαλής esse dicitur. Adjecta

etenim duodecade, septuagesimus secundus emerget Climacter, Saturni vigesimus quartus, χαλεπὸς ἢ θανάτηφόρος. Ab his sequitur octagesimus quartus ex septies duodenis factus, Saturni trigesimus octavus, δύσκολος ἢ κακοποιὸς, mortuus & maleficus. Post hunc habetur adjecto duodenario octavo, nonagesimus sextus, Saturni trigesimus secundus, δύσκολος. Centesimus octavus excipit ex novem duodenariis, & Saturni trigesimus sextus, θανάτηφόρος. Ultimus omnium duodenariorum ex decies duodenis, constans, centesimus & vigesimus, Saturni quadragesimus, χαλεπὸς & θανάτηφόρος notatur, Ita omnes duodenarii Climacteres qui decem in totum sunt, partim periculosissimi, partim etiam letales. Quod de solis septenariis perperam hariolantur vulgus hodie Mathematicorum & nonnulli antiquorum. Non enim septenarii magis ancipites ad vitæ pericula decernenda. Omnes quidem & illi mali sed non peiores duodenariis. Cum decies ac septies recurrant in illa spacia centum & viginti annorum, non plures in eo numero sunt lethales quam in duodenariis. Duo quippe computantur septenarii θανάτηφόροι, sexagesimustertius, & septuagesimus septimus. Nullus porro septenarius bonus est, & nullus duodenarius, quia illi Martis sunt, isti Saturni. Omnes quippe duodenarii in ternarios resolvuntur,

tur, ex quibus & componuntur. Nam quater terni duodenarium faciunt. Ut autem omnes duodenarii graves & periculosi quia ex ternariis compoliti sunt qui Saturno tribuuntur, ita ipsi etiam ternarii omnes damnosi & periculorum creatores, nonnulli & mortiferi, quamvis quadragies recurrant per omne spatium centum ac viginti annorum. Sic quadraginta Climacterici sunt ternarii, omnes mali vel pessimi. Horum plerique & cum septenariis concurrunt, ut quadragesimus secundus, quem sexies septenus facit, estque sextus Martis circulus, quaterque ac decies ternus est, Saturni proinde decimus quartus circulus. Sexagesimus etiam tertius ex septenariis novem conficitur atque ideo nonus est Martis circulus, & ex ternariis uno & viginti, & propterea circulum Saturni vigesimum & octavum facit. Etiam octogesimus quartus concurret cum Martis duodecimo circulo & cum Saturni vigesimo primo, quia duodecim septenarii efficiunt octogesimum quartum, & viginti octo ternarii. Quinarij Veneris stellæ dicuntur, suntque ferme omnes mitiores, nisi si qui incurrunt in Martis aut Saturni circulos Climactericos. Tunc enim mali evadunt. Trigessimus quintus Veneris est, sed non minus & Martis, cum quinaris sit simul & septenarius. Nam quinquies septem & septies quinque trigessimum quintum reddunt,

reddunt, ea propter Veneris septimum circum-
 lum conficit, Martis quintum. Et in albo Cli-
 macterum signatur istanquam *Ἰππικίνδυν* &
ῥεπιβέλαδι, *periculosus & insidiis obnoxius.*
 Quinquagesimus quintus solius est Veneris,
 & quidem undecimus, & *κακός*. Octogesi-
 mus quintus etiam illius est solius & decimus
 septimus, *κακός*. Nonagesimus quintus etiam
 soli competit absque alterius communione,
 & & *κακός* notatur. Etiam centesimus ejus-
 dem vigesimus, & *κακός*, Centesimus deci-
 mus, ejusdem vigesimus secundus, & *κακός*,
 quia nulla alia stella cum ea hunc circum-
 lum participat. Quintus etiam supra centesimum
 ex æquo ad Venerem & Martem spectat & hu-
 jus efficit circum-~~lum~~ decimum quintum, illius
 vigesimum primum. Ideo tanquam *δύσκολ*
 notatur. Sed & cum Saturni trigesimo quin-
 to concurrit. Nam trigesies quinques terni
 centum & quinque efficiunt. Centesimus &
 vigesimus Veneris est vigesimus quartus, sed
 idcirco pessimus & letalis quia Saturni in eo
 quadragesimus circulus absolvitur. Alios ha-
 bet Venus Climacteres cum Luna & Mercu-
 rio communes, ut sexagesimum quintum cum
 Luna, & quadragesimum cum Mercurio.
 Hic Lunæ est octavus circulus, Mercurii
 quintus. Ad hunc vero pertinent octonarii
 qui pergunt usque ad centesimum duodecimum
 ætatis annum, & usque ad quartum decimum
 octo-

oſtonarium. Partim leviores ſunt, & *σουλπιδί* tantum nominantur atq; *ἡ κακῇ*, partim graves & noxii, immo & unus ex his letifer, nempe ſeptuageſimus ſecundus. Sed ex contagione Saturni talis eſt cum quo cum Climaſterem habet communem. Nam Saturni vigefimus quartus eſt, Mercurii nonus. Novies quippe oſtoni, faciunt ſeptuageſimum ſecundum. Novenarii Jovi deputantur. Nec omnes illi mali habentur, ſed quibus communio intercedit cum maleficarum ſtellarum Climaſtericis circulis. Uſque ad nonageſimum vitæ annum procedunt, & non ultra decimum circulum. Primus novenarius & ſecundus, id eſt decimus oſtavus, *ἑπικίνδυνοι* & *χαλεποὶ λίαν* deſcribuntur, quia ille Saturni tertius eſt, hic ſextus. Tertius novenarius qui vigefimus & ſeptimus eſt annus, quamvis Saturni ſit nonus circulus, *μέσος* tamen notatur, i. e. neque bonus neque malus. Quadrageſimus quintus Climaſter qui Jovis eſt quintus novenarius, & Veneris quinarium, & Saturni quintus decimus ternarius, proprie vocabatur *Στείβων*. Sic enim ſcribendum, non ut in exemplari Græco eſt *Σίλβων*. *Premitens* vel *angens* vocatus eſt, quia in pedibus & articulis dolorem creat, & animi anguſtias ac moleſtias, ſive *ἀνδίας*. Græcus auctor de hoc anno quadrageſimo quinto: *Οὗτος δὲ κλιμακτὴρ καλεῖται Στείβων. Προσέχον ὃ μήποτε*
ᾠεῖ

ὡς οὐ πῶδας γλήται πάθῃ ὡς τῆτον ἢ χρο-
 νον δ' ἔρμῃ χρηματίζοντ' ἐν τῇ γνέσθ.κινδυνος
 ὅς ὅπιφ' ἔρ' ἄρθρων, καὶ ἀσθενείας, καὶ βιωπικῆς
 συμπίωματ', ἢ ἀηδίας. Hic non est de maxi-
 me periculosis Climacter qui dolores tan-
 tum pedum facit & articulorum, ægritudines
 animi ac molestias. Reliqui ferme omnes
 quia cum maleficarum stellarum circulis Cli-
 mactericis concursum & communionem ha-
 bent, ut pessimi traducuntur, duoque in
 his etiam mortiferi, sexagesimus tertius, & se-
 ptuagesimus secundus, quorum hic Saturni
 vigesimus quartus est ternarius, ille ejusdem
 vigesimus primus. Octogesimus etiam pri-
 mus annus & Climacter qui nonum absolvit
 Jovis circulum Climactericum, concurrat
 cum vigesimo septimo ternario Saturni. No-
 nagesimus quoque Jovis annus & Climacter,
 decimusque ejus Climactericus, communis
 est cum nonagesimo Saturni trigesimoque
 ejus ternario quem χαλεπὸν esse pronuntiat
 Critodemus. Lunæ omnes Climacteres qui
 sunt in totum quinq;, quorum primus est ter-
 tius decimus vitæ, ultimus vero sexagesimus
 quintus, partim mali sunt absolutè, partim
 mediè mali. In primo febris difficilis timen-
 da est, aut casus, aut thoracis dolor. Vige-
 simus sextus deest in Catalogo. Trigessimus
 nonus qui tertius est ejus circulus, ὅπισφ' ἀλῆς
 & ὅπικινδυν' notatur quia incidit in Satur-
 ni

ni decimum tertium ternarium. Quinquagesimus secundus qui quartū ejus circulum absolvit, & καλὸς scribitur. Fortassean & κακὸς scribendum. Utrovis modo legatur, nō de maxime periculosis, sed de mediis eum esse constat. Ultimus & quintus circulus Climactericus Lunæ qui ponitur in anno ætatis LXV. non habetur in Catalogo Critodemi, viſio ut apparet ac defectu codicis. Is coincidit cum Veneris decimotertio quinario. Nec ideo potest videri de pessimis. Solis restant circuli Climacterici. Tres tantum sunt, nec ultra annum quinquagesimum quartum progrediuntur in quo tertius & ultimus signatur. Nescio an propterea retinenda sit vulgata in Plinio scriptura in his verbis, *Scanſili annorum lege occidua quam Climacteras appellant, non ita fere genitis LIV. annum vitæ excedentibus*. Ultimus sane Solis Climacter annus est quinquagesimus quartus, & tertius ejus circulus Climactericus. Quid causæ sit autem cur Sol optime vitæ spacia decernens, usque ad centum ac viginti annos eam producat, & non ultra quinquagesimum quartum suos Climacteres pro roget, non promptum est dicere. Haud magis obvium de cæteris pronuntiare planetis, cur certis intervallis divisos habeant circulos, & certos annos Climactericos in illorum circulorum sine constitutos. Cur, inquam, Saturnus ternaria revolutione vitam κλιμακτη-
εις,

εἰς, & ultimum Climactericum circulum & annum cum vitæ termino finiat, cum Jupiter non ultra nonagesimum suos provehat, nec Luna ultra nonagesimum primū. Tres Solis Climacterici, omnes formidolosi sunt, siue quia talis est natura Solis quem inter ἀναιρέτας cum Saturno & Marte ponunt Astrologi, siue quia tres illos Climacteres habet communes cum Saturno. Nam primus qui decimus oëtavus est annus, Saturni sextus est, sexies quippe terni decem & oëto efficiunt. Qui κλιμακτήρ χαλεπὸς λῖαν vocatur. Secundus solis Climacter qui trigessimus & sextus, incurrit in Saturni duodecimum ternionem, & χαλεπὸς ἐ Ὀπικίνδυν designatur. Tertius est quinquagesimus quartus, Saturni decimus oëtavus Nam decies & oëties tria, sunt quinquaginta quattuor. Χαλεπὸς & κινδυνώδης hic Climacter nominatur. Cur verò Solis circuli Climacterici decem & oëto annis definiantur, & per hunc orbem recurrant, non faciliè dixero, quia auctores rationem hujus rei non edunt. Fortassean ex antiqua opinione id ortum est qua crediderunt quidam Solis ὀποκατάστασιν de puncto in punctum fieri anno decimo oëtavo, ut auctor est Achilles Tatius. Meton primus pro anno decimo oëtavo posuit decimum & nonum. Quæ celeberrima ejus fuit ἐννεακαίδεκαετηεῖς. De qua Astrologi Græci parvam solis
ωείο.

οξείον totidem esse annorum statuiffe vi-
 dentur. Quod ante Metonem non erat.
 De reliquorum planetarum circulis *χημά-
 των ὑποκατασκευαίς & κλιμακτηρικαῖς*, qua
 ratione tales instituti sint ab istius μαθητι-
 χνάς auctoribus aut cultoribus, prorsus me-
 laret. Et verissimum est, hæc omnia eorum
 principia ac scita nullo scientiæ fundo con-
 cepta, sed fusa & vaga & arbitraria esse, ut
 dicebat Phavorinus apud Agellium. Iuxta eo-
 rum dogma, ut Saturnus, Mars & Sol ini-
 quæ stellæ sunt ac maleficæ atque etiam ἀναιρε-
 τικαί, cum in locis ἀναιρετικαῖς inveniuntur, ita
 omnes eorum Climacteres graviorū pericu-
 lorum habent intimationem. Jovis autem,
 Veneris, Mercurii, & Lunæ, Climacterici par-
 tim mitiores sunt, partim iniquiores, pro-
 ut soli habentur, aut communione sociantur
 cum iniquiorum siderum Climactericis re-
 volutionibus. Luna etiam ipsa inter ἀναιρετάς
 censetur cum in eo est ut Solem assequatur. Ex
 his liquidum est, tria esse genera Climacte-
 rum, leviores horum alios haberi, alios gra-
 viores, alios letales. Leviores Græci appel-
 lant, ἀκινδύνους, μέσους, κοινούς, ἢ κακούς, &
 σκυλῆκούς, & παροδικούς, συγκεφαλαιούς, ἢ πῆκους.
*Periculi expertes, medios, communes, non malos,
 vexativos, & transitorios, temperatos, lenes.* Qui
 graviores sunt, eos propter pericula quæ mi-
 nantur, metuendos appellant, ὀπκινδύνους,

ὑπισφαλεῖς, χαλεπὺς, σκληρὺς, ὑπὸ φόβῳ, με-
 γάλῳ, δυσκόλῳ, λυπηρὺς, δυσσυνήτοις. Pe-
 riculosos, asperos, difficiles, graves, formidolo-
 sos, magnos, terribiles, & tristes, vix evitabiles. Ter-
 tiuni genus est τριαντηκῶν, quos & τριαντηφό-
 ρους vocant, & ἀπὸ τοῦ βᾶτους qui non jam intra
 metum minasque periculi stant, sed de medio
 tollunt, & vitam finiunt. Quinque tales in
 toto vitæ spatio, quod centum & viginti an-
 nis definitur, reperiantur, quos & hoc elo-
 gio infamarunt qui κατὰ χρονίῳ Climacter-
 ium ediderunt. Hi vero sunt, sexagesimus
 tertius, quem propterea ἀνδροκλαΐδα & ἀνδρο-
 κλαΐῳ cognominaverunt, septuagesimus se-
 cundus, septuagesimus septimus, centesimus
 octavus, & centesimus vigesimus. Cæteri
 quidem Saturni sunt, quamvis & in illis par-
 tem habeant communem, Mars. Jupiter,
 Mercurius, & Venus. Unus ad Martem so-
 lum pertinet, nempe septuagesimus septi-
 mus. Unus solius Saturni, nimirum centesi-
 mus octavus. At sexagesimus tertius, Satur-
 ni Jovis & Martis communis est. Septuage-
 simus secundus, Saturni, Jovis, & Mercurii.
 Centesimus vigesimus Saturni ac Veneris.
 Propriè tamen loquendo & ex vi ac notione
 genuina nominis κλιμακτήρι, nullus est Cli-
 macter letalis. Hæc vox, ut jam docuimus,
 significat periculum & discrimen vel vitæ vel
 felicitatis amissionis, non ipsam mortem,

nec

nec amissionem bonorum. In periculo esse tamdiu dicitur quamdiu inter metum & spem versatur vel pereundi vel evadendi. Si evadat ut periculi nomen cum ipso cessat, ita etiam si succumbat & in illud ipsum quod metuebat incurrat. Aliud igitur mors, aliud periculum mortis. Nullus itaque κλιμακτήρ θανάτης, id est qui interficiat. In discrimen capitis adductus aliquis vel famæ, neutrum perdit, sed à perdendo parum absuit. Si utrumvis amittat vel utrumque, plus aliquid est quam periculum, vel κλιμακτήρ. Certe Ptolemæus ἀναιρέσιν à Climactere separat, quia nimirum κλιμακτήρ non est ex naturæ suæ vi ac proprietate nominis ἀναιρετικός, neque θανατικός. Is sane libro III. capite de modis Aphesis, opposuit tanquam res diversas θανάτης & κλιμακτῆρας μεγάλης καὶ ὀπισθοφαλῆς, ut jam supra ostendimus. Scholiastes ejus Anonymus ad eum locum duo genera tantum facit Climacterum, unum παροδικὸν & qui cito transeat, alterum χαλεπὸν & δυσπατήρακτον, *gravem & vix evitabilem*. Is est qui Ptolemæο μέγαλῃ & ὀπισθοφαλῇ vocatur. Utrumq; ὅτῃ ἔθανάτη discernit. Sed Ptolemæus pro παροδικῷ Climactere dicit tantῷ, νωθρίαν, ἢ βλάβειν, ἢ κατὰίρεισιν παροδικῶ. Quæ verba de levi & παροδικῷ Climactere Scholiastes interpretatus est. Idem Scholiastes eodem loco παροδικὰς αἰηδίας distinxit ὅτῃ τῶν κλιμακτῆρων sic absolute

lute dictorum. Καὶ αἱ μὲν πάντα ἔχουσιν τὰ κακὰ πάντως ἀναιρέσιν ἐπαύγουσιν, αἱ δὲ τὰ πλεῖ-
 σι κακὰ, κλιμακτῆρας. αἱ δὲ τὰ πλεῖστα ἀγαθὰ
 παροδικὰς ἀηδίας. Ceterum αἱ ἀηδίαε etiam
 levium sunt Climacterum, ut paulo ante do-
 cuimus, ex quadragésimo quinto Climacte-
 re, qui βιωτικὰ συμπλώματα & ἀηδίας parit.
 Idem Scholiastes alio loco, κακωθεὶς ὁ ἀφέ-
 τής ἰσχυρὸς ἔσται ἢ ποιήσεται τὴν ἀναιρέσιν, ἀγα-
 θοποιήθεις δὲ σώζῃ ἢ ἀντὶ ἀναιρέσεως ποιήσῃ τὸ κλι-
 μακτῆρα. *Arbeta afflictus omnino interemptionem*
faciet, bene affectus servat, & pro peremptione Cli-
macterem dabit. Ergo Climacter vitam servat,
 non adimit. Ipse etiam Valens aliquot locis,
 ut jam supra demonstratum est, θανάτους &
 κλιμακτῆρας diversos constituit, ut in istis
 verbis, τῶν ἰδίων κλιμακτῆρας ἢ θανάτους, προ-
 πινκνόντων pericula aut mortes. Alibi genituræ
 exemplum adducit quæ usque ad annum
 sexagesimum secundum πολλὰς κλιμακτῆρας
 ἔχει, *multos Climacteres habuit*, hoc est mul-
 ta discrimina vitæ incurrit. Multi fatales si-
 ve letales dies uni homini non possunt con-
 tingere. Profecto nemo diem illum quo finit
 vitam, habere Climactericum proprie dici
 potest, sed eum duntaxat quo vitæ aliquod
 discrimen vix & cum magna difficultate eva-
 dit. Quantumlibet enim δυσσπαστικὸς sit
 Climacter, & vitatu difficilis, modo tamen
 evitetur, pro Climacterico est censendus ille
 annus

annus vel dies. Si quis in eo mortem oppetat, non est ei proprie Climactericus sed fatalis, Alioquin omnes anni vel dies quibus aliquis fati concedit, pro *θανατικοῖς* Climacteribus forent habendi. At nullus est annus in toto vitæ legitimo spatio quo non aliquis mortem obeat. infans, puer, adolescens, juvenis, vir, aut senior, vel decrepitus. Nullus ergo non vitæ annus à primo usque ad centesimum & vigesimum non esset pro Climactere *θανατικῷ* computandus. Cur igitur in illo Catalogo annorum Climactericorum Critodemi apud Valentem nullus Climacter *θανατηφόρος* nuncupatur ante annum sexagesimum tertium? In illo anno primus *κλιμακτήρ θανατηφόρος* signatur. An in præcedentibus annis omnibus nemo diem vitæ claudit? nullus est letifer Climacter? Mirum certe lectum inferentes Climacteres ab illo anno incipere, cum tot genera hominum, in cæteris ætatis gradibus moriantur. Mirum etiam mihi vilum est cum Censorinus scripssisset, septimum quemque annum per omnem vitam periculosum & velut *κρίσιμον* esse & *κλιμακτηρικόν* vocari, sub finem tamen ejusdem capitis dicere, primum *κλιμακτήρος* annum quadragesimum & nonum esse, ultimum octogesimum & unum, medium vero ex utroque permixtum, annum tertium & sexagesimum. An ex diversorum sententiis hæc tam variè retulit? An

Climacterem distinxit ab anno Climacterico, quasi *annus Climactericus* sit quidem periculosus, sed non fatalis, *Climacter* vero ipsum periculum quod evitari non possit, nempe annus ipse fatalis. Enimvero quod ait ultimum Climacterū esse octagesimum primum, eo ipso videtur confundere fatalem & ultimum vitæ humanæ annum cum Climactere. Nam paulo ante scripsit Platonem, *quadrato numero annorum vitam humanam consummari putasse, novenario, qui complet annos octoginta & unum*. Erit ergo ille ultimus Climacter idemque vitæ terminus humanæ, quæ ultra octagesimum & primum annum legitime non prorogatur. Eodem certe modo & Critodemus, qui eam usque ad centesimum ac vigesimum produci posse existimat, ultimum *θανάτηφόρον κλιμακτήριον* in eo statuit. Sed cum in aliis vitæ annis tam numerosa hominum turba omnis ætatis extinguitur, cur unicuique eorum non erit Climactericus ille annus quo ex vita decedit? Hoc si est, cur primus Climacter *θανάτηφόρος* in anno sexagesimo tertio assignatur? Censorinus autem primum Climacterem facit quadragesimum nonum. Ergo ille primus erit *θανάτηφόρος*. Non tamen *θανάτηφόρον* esse indicat Critodemus cum de eo sic loquitur, *Τεσσαρεκκοτὸς ἑνναλῆ, ἄρεος ἑβδομῆ, ὀπκίνδυνῆ, ἢ αἰφνίδιῆ Διὰ πυρετῶν ἢ αἱμαγμῶν, ἢ βίαιας αἰτίας*. *Quadragesimi-*
mus

*mnemonius, Martis septimus, periculosus aut etiam
 citò tollens per febres aut cades violentasque causas.*
 Nam per αἰφνίδιον intelligit repentinum &
 inopinatum discrimen, non tamen θανατηφό-
 ρον. Quippe & alio loco inter Climacteres
 qui non interimunt posuit αἰφνίδις κινδύνες
subita pericula. Θανατηφόρος elogium inter om-
 nes ævi humani annos præcipue sexagesimo
 tertio tribuit. Falsa illa porro distinctio κλι-
 μακτῆρ & Climacterici anni quem videtur in-
 nuere Censorinus, cum in anterioribus satis
 demonstratum sit κλιμακτῆρ & κλιμακτε-
 ρὸν ἐνιαυτὸν pro eodem apud auctores usur-
 pari. Falsum etiam quod idem Censorinus
 adstruxit per omne vitæ spatium septimum
 quemque annum esse velut κρείσιμον, & κλι-
 μακτῆρ καὶ vocari. Idque ex his quæ hæc-
 tus dicta sunt satis constat. Ternum quem-
 que annum esse Climactericum & Saturnium
 ex ante dictis patet. Ternarii quippe ad
 Saturnum æque referuntur, ut septenarii ad
 Martem. Durus uterque Deus, & κλιμακτῆρ
 καὶ πάλιν. Cur tres illos solos Climacteres
 esse putaverit Censorinus, vel illi quos sequu-
 rus est, ignoro. Nisi forte hoc spectarunt quod
 in illis annis plurimi mori soleant. Sed non sic
 magis erunt Climacterici illis qui fatales eos
 senterint, quam alius quilibet annus quem
 quis ultimum habuerit. Præterea miror Cen-
 sorinum ex illis tribus annis quos notat Cli-

maiores esse, medium qui est sexagesimus tertius, infirmiores reliquis duobus existimare, cum auctores ferme omnes periculosissimum dicant. Rationes addit, *Quod licet utrumque contineat numerum, novenarium nempe & septenarium, sed neutrum quadratum, & ut est ab utroque alienus, ita in neutro esse potentem.* Sed de quadratis nos infra. Falsi vero prorsus convincitur quod statim subjungit, *nec multos sane quos vetustas claros nomine celebrat, hic annus absumpsit.* Experientia omnium sæculorum & hodierna contrarium docet. Nec solum nomine clari viri plurimi hunc annum fatalē sortiuntur, sed plebeia & obscura turba innumera. Hinc ἀνδροκλής & ἀνδροκλάτης vocatus est, quia plures frangat & occidat quam quisquam alius. Ideo & primum cum Climactericum θανάτηφόρον ex omni vitæ spatio constituit Critodemus, quam notam mortiferam nulli alteri præcedentium annorum dedit. Atqui cum alicui θανάτηφόρος est hic annus, eo ipso non est Climactericus. Cum vero pro Climactere est, tū non est θανατικός. Ita esse non obscure ipse Critodemus indicat. De hoc anno notat esse χαλεπὸν ἢ θανάτηφόρον. Τὸ χαλεπὸν ad Climacterem referendum est, τὸ θανάτηφόρον ad anni ipsius qualitatem & naturam quæ plures extinguit. Aliis igitur Climacter est, & quidem periculosus, aliis est fatalis, quia plurimi in eo diem suum obeunt. Sed quibus est

fatalis,

fatalis, & vitæ ultimus, non est iisdem Climactericus. Quod etiam ἀνδροκλάτης cognominatur, id ad κλιμακτηρικὸν λόγον non debet referri, sed ad θανατικὸν, quia mortem ille annus pluribus senibus infert. Dixerit aliquis, idem esse & de aliis vitæ annis à primo ad huncipsum. Certum est sane nullum dari annum in omni vitæ spatio quo non aliquis è vita migret, sed videtur esse quædam vitæ meta legitima in illo anno posita qua plurimi senes maturi quasi morti fiunt. Sic cum fœtus in utero maturus ad exeundum fiat, alias septimo mense, alias nono, alias decimo, atque undecimo, communior tamen lex ostendit plurimos nasci nono mense. Senium quasi maturitas est hominis jam editi, & illuc unde venit reversuri. Ut unum tempus non est maturitatis ad nascendum, ita nec unum ad moriendum. Cæterum ut nonus mensis nascentibus plurimum celebratur, ita & sexagesimus tertius annus senibus ad moriendum magis frequentatur. Ideo & ἀνδροκλάτης cognominatur, quod nulli alteri vitæ anno nomen proprie datum est præterquam huic. Quotidianæ etiam experientia monstrat ex Libitinæ censu in singulis civitatibus instituto. Evoluta quippe illa mortualia regeſta docebunt ex centenſis qui in ſenio vitam morte commutant, vicens quinis id accidere ut patiantur anno vitæ ſexageſimo tertio. Monentibus

Hh 5

igitur

igitur & morti maturis sexagesimus tertius annus est, quod nonus mensis in lucem ex vulva prodeuntibus. Quadragesimus nonus idem annus, illis qui septimus mensis istis. Septuagesimus secundus, & octogesimus primus anni fato concedentium respondent mensibus decimo & undecimo nascentium. Incertiora tamen sunt & magis varia ac vaga moriendi tempora quam nascendi. Dupliciter igitur considerandus sexagesimus tertius annus, aut tanquam unus Climacterum maxime periculorum, aut tanquã annus communiter fatalis plurimis senibus. Non sunt enim hæc confundenda. Quod fecisse videtur Augustus ex vulgari scilicet opinione, cum sexagesimum tertium annum appellavit *Communem omnium senum Climacterem*. Timendus sane hic annus omnibus senibus, quia plurimis ultimus esse soleat, sed quibus est Climactericus tantum, ut magnum aliquod in eo vitæ periculum incurrunt, ita etiam evadunt, quamvis difficulter. In aliis Climacteribus quibus hunc titulum Thetæ apposuit Critodemus, utrumque sedulo discrimen observavit, & τὸ κλιμακτηρικὸν λόγον ἀπὸ τῆς θανάτου semper disjunxit. Ut in septuagesimo secundo, χαλεπὸς καὶ θανατηφόρος. Nempe χαλεπὸν esse intellexit cum est κλιμακτῆρ, & nihil nisi periculum denotat. Cum vero vitæ exitum procurat, quod sepe facit, tunc est θανατηφόρος. Sic de septuagesimo

gesimo septimo dicit, δύσκολος καὶ θανάτηφόρος. Nimirum δύσκολος habetur cum tantum est κλιμακλήρ, qui etiam solet senibus esse letifer, & ultimum illis diem afferre. In ætate verò decrepita fatendū est paulo momento impelli posse Climacterem, ut θανάτηφόρος existat. Ideo in centesimo octavo & centesimo vigesimo simpliciter dicit eos esse θανάτηφόρους. Nec solum Climacteres ex morbis, sed etiam ex inopinatis & extrinsecus accidentibus casibus venientes, facile in extrema ætatis regula positi spiritum elidunt. Hæc causa est cur θανάτηφόρους κλιμακλήρας à sexagesimo demum anno usque ad centesimum vicesimum numeraverit. In LXXII. primus est, in cxx ultimus. Multi autem senes in anno ætatis sexagesimo tertio maturitatem mortis æque videntur adepti atque alii quidam in anno centesimo vigesimo. Exempla hominum qui hunc ad usque terminum pervenerint atque etiam supergressi sint, ex vasariis publicis non solum apud Plinium habentur sed etiam apud Phlegontem ἐν μακροβίων. Quod autem à sexagesimo tertio usque ad centesimum ac vigesimum quinque tantum θανάτηφόροι in eo Catalogo numerentur, primo & ultimo in ea summa comprehenso, non ab aliqua numeri virtute aut potestate, sed ex astrorum ita decernentium positu, adspectu & spatiis fieri tradunt. Omnes simul maleficæ ἀναίρεσιν faciunt

faciunt quem improprie θανατικὸν κλιμακτῆρα
 appellant quidam, plures malevole κλιμακ-
 τῆρα sic proprie dictum, eumque non faci-
 lem evitatu, plures bonæ cum paucioribus
 iniquis mixtæ leviolem aliquem, quales πα-
 ροδικὸς appellant, ut sunt ἀνδία, τὰδια. fasti-
 dia vel molestiæ. levesq; corporis ægriitudines.
 Ut autem ex periculis alia evitantur, alia sunt
 ineluctabilia, quæ non possunt vitari quamvis
 hoc ipso pejus aliquid sint quam periculum,
 quia interitum revera afferunt, non magis ta-
 men mirum est & pericula ἀπαρξίβατα sic ap-
 pellari vel θανατηφόρα, quam lumen etiam dici
 cum extinctum est, & vitam cum amissa est.
 Lumen quippe extinctum dicitur cum non am-
 plius lumen est, & vita amissa quo tempore
 vita non est. Ita ergo & κλιμακτὴς θανατηφό-
 ρος, qui proprie non est κλιμακτὴς, sive peri-
 culum, cum ipsa sit ἀνάγκη vel interitus in
 quem degeneravit. Proprie igitur duo sunt
 tantum genera κλιμακτῆρων, magnus & par-
 vus, gravior & levior. quia κλιμακτὴς Græce
 idem quod *periculum* Latine. Magna & par-
 va sunt pericula, graviora & leviora. Illa diffi-
 cilius evadimus, istis facilius defungimur. Neu-
 trum tollit aut interimit. Ipsum Ἔτυμον vocis
 Græcæ hoc etiam ostendit. Nam κλιμακτὴς ἀ-
 κλιμαίω, quod est inclino vel inflecto, signi-
 ficat inclinatorem, non eum qui evertit vel
 prostermit. Κλιμακτὴς & κλιμασῆς ab eodem
 verbo

verbo veniunt, sed illud Doricum est, ut *τελα-
κλήρ* pro *τελαστής*. *Κλιμαζίν* autem est perver-
tere vel inclinare, à *κλίμα*. Unde apud
Dinarchum, citante Hephæstione, εἶτ' *κλι-
μάζει* σὺ νόμος. Grammatici interpretantur
κλιμάζαν & *κλιμαρίζαν*. Pro eo habet Suidas
κλιμακίζαν quod ὁπὸ τ' *κλίματος* deductum
putat. Sed *κλίμαξ* etiam quæ scala est, à *κλι-
μάω* facta est ab eadem ratione quia incli-
natur vel adclivis ponitur ut scandatur. Etiam
κλιμάζαν agnoscit Hesychius. *κλιμάζαν*, in-
quit, *παλαίαν*, *σκελίζαν*, *ἀπατᾶν*. Verbum à
palæstra ductum de certo gestu palæstrico
quo inclinabatur tantum antagonista, non
prosternebatur. Illud est *κλιμάζαν*, hoc *αἰα-
τέπν* vel *ρήσν*. Pollux lib. III. cap. ultimo
de exercitiis gymnasticis & palæstricis, ubi
omnia vocabula luctæ recenset, *ἄγχαν*, *σπεί-
φν*, *ἀπάγχαν*, *λυγίζαν*, *ἀγκυγινίζαν*, *ἀγκυρίζαν*,
αἰατέπν, *ρήσν*, *ὑποσκελίζαν*, *καὶ πλαιμάζαν*
ἢ καὶ κλιμακίζαν παλαισμάτων ὄνομα. Ubi vi-
des *κλιμακίζαν* ab eo dici quod Hesychio est
κλιμάζαν. Idem sane utrumque est & ab ea-
dem origine. Unde apud eundem *κλίματος*
πάλης εἶδος, & *κλιμακίσκοι*, *πάλαισμα πρῶτον*.
Instrumentum etiam quæstionis, qua torque-
bantur nocentes inclinatis & incurvatis cor-
poribus, *κλίμαξ* dicebatur. Suidas verbum
illud *κλιμακίζαν* exponens apud Dinarchum,
ἵσως, inquit, ὁπὸ τ' *κλίμακ* εἰρημίας εἰς οὐ-
ματ

ματῶ, ἥτις ἔστι ὄργανον βασανιστικὸν ἀγαστρέφει
 τὰ σώματα τῶ βασανιζομένων. Unde apud Ari-
 stophanem de hoc ipso instrumēto tortorio,
 βασάνιζε πᾶν τῶ τέτον, ἐν κλίμακι δήσας. Non
 minori ratione & à palæstrica corporum in-
 clinatione videri potest dictū, quæ diversa est
 ἀπὸ τῆ ἀνατροπῆς vel ῥήξεως quæ corpus terræ
 alliditur & prosternitur. Nam per κλίμακα
 vel κλιμακτῆρα tantum inclinatio fit, quod
 etiam ut dixi κλιμάζειν vocabatur, à quo verbo
 derivantur κλίμαξ & κλιμακτῆρ pro κλιμασῆς.
 Verbum ipsum à nomine κλίμα factum est,
 quod est inclinatio, & hoc à κλίνω. Unde
 & κλῖναι φάλαγγας in fugam vertere & inclinare
 acies. *Inclinata* quippe acies dicitur quæ in
 fugam vertitur, non de ea quæ prosternitur,
 & c. inter necione deletur. Hesychius, κλῖναι,
 τροπαὶ τῶ μαχομένων. Aliud inclinatio aciei,
 aliud strages. Ita paries inclinatus, & qui mi-
 natur ruinam, vel tibicine fultus, diversus est
 ab eo qui prostratus est & solo æquatus. Hinc
 apud Ovidium. — — *In te domus inclinata ve-*
tumbis. Non eversa nec solo strata, sed tan-
 tum inclinata, κλιμασθεῖσα vel κλιμακισθεῖσα,
 vel etiam κλιμακτῆροθεῖσα. Nam κλιμακτῆρ
 idem quod κλίμαξ. Unde & pro gradu sca-
 læ ponitur. Hesychius, κλιμακτῆρ, κλίμαξ,
 βαθμὸς, χωρεῖον. Locus nempe adclivis ita
 etiam dicitur, non planus. Sic κλιτύς Græcè
 tam de scala quam de loco adclivi dicitur,
 à quo

à quo Latinum *Clinus*, ut supra docuimus. quia Æolæ κλιπῶ dicebant. Faceſſant igitur Latinæ appellationes *ſcanſilium*, *gradariotum*, & *ſcalarium* annorum pro Climactericis cum ſint inclinatorii potius anni, à caſibus qui vitam quodammodo inclinant & ſubvertunt, non tamen evertunt, nec proſternunt. Nam κλιμακτήρ idem quod *inclinator*, unde & gradus ſcalæ ſic etiam appellati, ab inclinatione, vel adclivi poſitu. Cum alias ſupra huius nominis propoſuerim rationes, hæc ſola nunc mihi vera videtur, immo & certiffima. Pro Climactere *diſcrimen* Latini auctores dixere, ut ex hoc Taciti loco apparet vi. Annalium de Thraſyllo, qui rupibus à Tiberio inductus quibus domus ejus apud Capreas imminebat, *Postquam percontanti cōmonuerat, imperium ipſi & futura ſollertē patefaciens, interrogatur, an ſuam quoque genitalem horam comperiſſet, qualem tum annum, qualem diem haberet? Nempe, an Climactericum utrumque. Ille poſitus ſiderum ac ſpatia dimenſus, harere primo, dein paveſcere, & quantum introſpiceret magis ac magis trepidus admirationis & metus, poſtremo exclamat ambiguum ſibi ac prope ultimum diſcrimen inſtare.* Thraſyllus homo Græcus lingua ſua dixerat, ὁπιςφαιῇ, καὶ μονονεχὲ ἔχατον κλιμακτῆρα. Per poſitum ſiderum & ſpatia, τὰ Δεξιά καὶ τὰς Δεξιὰς intellexit, niſi melius ſic ſignificare αἰφύσως. Nam ſpatia Latinis cur-

curricula sunt, & δρόμοι, & ἀφέσεις. Valens θανατηφόρους χρόνους & κλιμακτηρικὰs distingu-
 git. Tempora κλιμακτηρικὰs solas vitæ vexa-
 tiones, quos βιωτικὰs σκυλμὰs appellat, im-
 portant, θανατηφόροι mortem. Doceribi in
 omni genesi ἀφέσεις Climacterum esse facien-
 das non à Luna sola, sed etiam ab omnibus
 planetis, ἐξ ὧν, inquit, οἱ θανατηφόροι χρόνοι ἐ
 βιωπικῶν σκυλμοὶ σωροῦνται. Ex quibus mor-
 tifera tempora & vitæ vexationes ac pericula coll-
 gentur. Subjungit protinus hæc verba, quæ
 in scriptis mendosa habentur, ita corrigen-
 da, καὶ μὴ οἱ βιώσιμοι χρόνοι καὶ τὰς περὶ κλί-
 μακτῆρος ἀφέσεις σωτέχως ἀπαράβατον κλι-
 μακτῆρ ἐπακολουθήσῃ. Et siquidem vitæ tempora
 cum prædictis Climacterum ἀφέσεις concurrant,
 Climacter sive periculum nullo modo evitandum con-
 sequitur. Ubi ἀπαράβατον κλιμακτῆρα vocat
 quem alibi θανατηφόρον vel θανατικόν. Qui
 enim non potest evitari, interdum utique ἐ
 αὐαίρεσιν inducit. Εἰ αὖτῃ ἢ μὴ ὑπόστασις ἀφαι-
 σιν ἐχῇ, συμπέση ἡ κλιμακτηρικὸς χρόνος, καὶ
 τὰς περὶ αὐτῆς καὶ βιωπικὰς ἀφορμὰς σωτελεσθήσε-
 ται. Si vitæ substantia intervallum habeat, & in-
 cidant Climacterica tempora, Climacter perficie-
 tur circa actus, & vitæ negotia & eventus. Ὅτι
 παρὸς hic appellat quos supra βιώσιμους χρόνους.
 Omnium enim vitæ annorum substantiam,
 quanta quanta est, illa vox significat. Si igitur
 una vitæ annorum & continua sit ἀφαιρέσις

&

& in eam incurrant Climacterum à stellis maleficis ἀφείσς, tum ineluctabilis exister Climacter & θανάτηφόρος. Tuncenim cursum vitæ incidi faciet occursus ἀναιρετικῆς stellæ. Sin vero vitæ ὑπόστασις divisa sit per plures temporum Διαιρέσεις quæ constant traditionibus & acceptionibus temporum, & Climacterica interim tempora incurrant, tum Climacter peragetur circa actiones, & alios in vita rerum negotiorumque eventus. Qualia ea sint, in subditis enumerat, αἰδοξίας, καθαιρέσεις, βίβω, κατὰ δίκην, ναυάγιον, κρείσς, σωοχλή, Φυλαδείας, φόβος, ἀπωλείας, ζημίας, αἰφνιδίως κινδυνός, ἐπιρροίας, συλήσς : item aliæ quæ vitam humanam varie vexant causæ, ut σίνη, πᾶνη, ἀκρωτηριασμοί, καύσς, πυρρῇ, αἰσθηθέντα ὁπισθοφαλῆς, ὁπιβελαι. Circa hæc omnia quæ argumenta sunt Climacterum, prout intenduntur aut remissiora adveniunt, graviores aut leviores solent esse Climacteres sive discrimina, sed nullus ex his finem vel interitum vitæ infert. Si stellæ Climactericæ, ἀστέρες κλιμακτηρίζοντες, quæ post certas revolutiones ad easdem redeunt configurationes, in genesi contrariæ inventæ fuerint, aut à maleficis respiciantur aut à diversæ conditionis stellis, tum ὁπισθοφαλῇ καὶ ὁπιτάραχον ἢ χρόνον προδείξουσιν, ἀμβigua & turbida tempora prænuntiabunt. Nempe Climactericos annos ancipites & graves

ves. Sin vero opportunis & commodis conspectibus sese invicem affecerint, τὰς τ' αἰώνων Ἐπιφορὰς ἀμεινώσασιν καὶ ἡπιώτερον κλιμακτῆρος κατασκευάσιν, *causarum imperius edabunt, & mitiorem Climacterem concinnabunt.* Sic duo genera sunt Climacterum, unum gravius alterum levius. Nam qui ἀπαράβατος & θανατηφόρος dicitur, non est proprie Climacter sive periculum, sed ita hoc nomine vocatur, ut *lumen* etiam dicitur *extinctum*, *flos exoletus*, *color evanidus* & alia ejusmodi. Ideo plerique veterum, etiam antiquariorum & philologorum ignorarunt quid esset Climacter vel annus Climactericus, ut ipse quoque Agellius unicum videatur admittere Climactericum, nempe sexagesimum tertium. Sic enim scribit lib. xv. cap. vii. *Observatum est, inquit, in multâ hominum memoria, expertumque est in senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliquâ venire, aut corporis morbi que gravioris, aut vitæ interitus, aut animi agri tudinis propterea qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, cum atatis annum appellant κλιμακτῆριν.* Quasi vero hic solus ætatis in vita hominis annus, dictus fuerit ab antiquis κλιμακτῆριν, cum nullus, ut toties jam dictum est, annus vitæ sit qui non alicui habeatur Climactericus. Quibus autem venit hic annus, cum interitu vitæ, non est illis Climactericus, sed

sed illis solis qui in eo sentiunt gravioris morbi impetum, aut animi ægritudinem tristiorē, quibusque cum aliqua clade aut periculo advenit. Non enim dubium est quin plerique seniores in eo anno vitæ terminum naturalem nanciscantur, & fatalem, quos certum est proinde non pro Climactere cum annum posse habere. Aliud est si quis violentam mortem eo anno patiatur, quia tunc videri posset, ἀπαράβατον κλιμακτῆρα eo tempore & θανάτηφόρον incurrisse. Si inter genera Climacterum numerandi sunt mortiferi, sic triplex illud genus erit ita definiendum, ἢ ἀπαράβατων qui & θανάτη, ἢ δυσπαραβάτων qui & δυσπαύμακτοι, & ἢ ὠδραπακῶν qui & περιθῆσι nominantur. Hos facile transcendere & evitare licet, medios difficillime, priores nullo modo. Quos magno errore hodierni Astrologi solos pro Climactericis numerant. Hinc præcipuus Ranzovii labor in recensendis ex omni memoria viris qui annis Hebdomadicis & Enneadicis Climactericis obierunt. Longe alia fuit ratio veterum Mathematicorum qui ut exempla proponerent Climacterum, eas geneses afferebant non quæ in Climactericis annis vitæ terminum acceperant, sed quæ aliquod notabile & magnum periculum passæ essent, quod κλιμακτῆρος nomine appellabant. Valens lib. vi. Ἀνθολογιῶν multa The-

mata in medium adducit & quæ quem Clima-
 maeterem singula habuerunt memorat, & quo
 anno. Prima quadragesimo anno ἡ κλιμακτῆ-
 ρεῖς ἔχει, secunda trigesimo quinto, tertia tri-
 gesimo sexto & dimidio, tertia vigesimo se-
 ptimo, quarta trigesimo tertio, quinta vige-
 simo secundo. Hoc Thema commune facit
 sex hominum qui eo anno navigantes cum
 aliis orta tempestate, & fracto gubernaculo,
 fluctibus undique in navem incurrentibus
 pæne submersi sunt. Sed spirante valido ven-
 to & gubernatore velum ἀρμυρον dictū obren-
 dente evaserunt. Sub idem tempus alia etiam
 discrimina in mari adierunt, & in piratas in-
 ciderunt. Ex his constat quid sit proprie κλι-
 μακτῆρ, id nempe periculum quod aut facile
 aut vix evitatur, sed tamen evaditur. Cum
 omnes stellæ infestæ sunt vel occursum vel ra-
 diis, tum certa mors pro Climaetere insequi-
 tur: si vel una faveat pro interitu vel βιαιο-
 θανάσιᾳ, aliquis difficilis Climaeter. De qua-
 dam genesi idem narrat cum iniquiores stel-
 læ Lumina, id est Solem & Lunam, exsuper-
 rassent, quod καθυπερπερεῖν dicebant ut supra
 explicatum est, μεγάλων κινδύνων illi genitu-
 ρα ὤφθειναι fuisse. Ita vocat quos Ptole-
 mæus μεγάλας κλιμακτῆρας. Nisi autem Jo-
 vis stella cum aliis præsentiam suam commo-
 dasset, πάντως αὖ καὶ βιαιοθανάσιαν ἐπήγα-
 γον. *Omnino mortem violentam genito intulissent.*

Sic

Sic θανάτηφόρος κλιμακτήρ extitisset. Erant itaque qui LXXII. annum *magnum Climactericum* καὶ ἐξοχὴν putant appellatum. Omnes enim graviores & ancipites Climacteres hoc nomine constat nuncupatos, ut etiam ex Ptolemæo constat, qui lib. III. μεγάλης ἀσθροσφαλείς appellat omnes annos Climactericos periculosiores. Ut enim *magnum periculum* dicitur quod ægre evaditur, ita & μέγαλ· κλιμακτήρ, nam κλιμακλήρ est periculum. At præter sexagesimum tertium alii etiam sunt μεγάλοι κλιμακτῆρες, cum sint & θανάτηφοί præter eum aliqui. Ridere etiam cogor qui Heroicum hunc Climacterem indigerant, cui & alios aliquot adjungunt, ut XLIX. & LV I. Nam quis veterum Astrologorum meminit horum Heroicorum Climacterum? An quia unus aut alter ex Heroum numero decessisse anno LVI, memorantur, ut Cæsar & Scipio, nemini qui Heros non esset fas fuit illo anno fati concedere? Si certi anni Heroibus ad moriendum destinati sunt, certos quoque menses eis ad nascendum assignatos esse oportet. Nimis vulgare est septimo aut nono aut decimo mense nasci. Plebeix pulpæ istis mensibus in lucem exire consueverunt. Quis mensis dabitur principibus viris & Heroicæ prosapiæ? Nunquid undecimus vel duodecimus? Certe ampliore temporis spatium opus esse videtur ad dedolandas tam egregias animas. An

non verisimilius est moram in uterî latebris
vix ferre adeo excitatos spiritus & præcoci-
bus potius fructibus esse annumerandos, ideo
illis magis competere sextam vel septimû vel
octavum mensem, ne ordinaria nascantur or-
bita? Hæc omnino inscita sunt, & aliam Phy-
sicam requirunt, atque aliam plane naturam
quam quæ nobis est cognita. Certe nec exem-
pla virorum illustrium quæ attulit Ranzonius
Heroicis illis annis Climactericis defuncto-
rum, quidquam ad rem faciunt firmandam
quam in contrarium pro certissima & com-
pertissima habeo. Si Libitinæ polyptica om-
nia excussisset hodierna, nec dicam de anti-
quis quia id jam impossibile est, comperisset
pro vno Heroe qui sexagesimo vitæ anno de-
cessit, infletam ignotamque turbam innume-
ram hunc eundem annum habuisse fatalem, &
proinde, ut est eorum opinio, Climactericum.
Enimvero quidquid dici contra hæc queat,
nullam video rationem quæ mihi persuadeat,
alios esse annos moriendi constitutos plebi,
alios nobilitati. Sed Heroes vocant. Qui-
nam isti sunt? An de plebe illustres etiam in-
telligunt, ac celebres quoslibet vel arte vel
Marte viros? Si sic stat eorum sententia, ergo
& literati sua habent fata suosque Climate-
ricos ab imperitis diversos? An quia sese stu-
diis ac vigiliis macerant, ideo sunt minus vi-
vaces? Hoc tamen habebunt commune cum
aliis

aliis multis qui libris nec immorantur, nec immoriuntur. Bellicosi Heroes sæpe in acie vitam ponunt, ut ante aliquot annos Rex nulli priorum Heroum secundus. Sed hoc illis etiam commune cum infinitis gregariis militibus. Ut autem Heroicos Climacteres veteribus indictos & prorsum incognitos hodierni Astrologi commēti sunt ita Heroas hodie non nemo nuncupat, qui Heroum genuinorum quales antiquitas hoc nomine dignata est, vix pedisequi aut muliones esse mererentur, adeo vilescit hac ætate nomen eminentissimi & homini debitas omnes laudes superantis tituli. Polybius indigne fert & indignatur Timoleonem, at qualem virum! certe magnum & qui patriam servitate oppressam liberavit, Timæo videri celeberrimis Heroibus comparandum τοῖς ὑπερσπέραισι τῶν ἡρώων. Inter Heroas illos Alexandrum Magnum ibi nominat. Si qui similes Alexandro aut olim aut post fuere, illi vērē Heroēs nominandi. At risum non tenui nuper, cum legerem Medicum mihi notum, etiam ebrioliorem quam doctiorem, Heroem ab eo viro appellari qui ipse hunc titulum ab aliis captavit quo nihilo dignior mihi videtur esse quam Medicus ille. Si anni quibus mori contingeret tales Heroes pro Climacteribus Heroicis æstimantur, nihil habeo quod contra dicam nisi hoc ipsum quod nec κλιμακίη εἰς annus nec κλιμακίη

proprie olim dictus sit qui vitam terminaret. Sive igitur de naturali exitu agatur, sive de violento, nihil invenio causæ cur Heroicorum Climacterum differentia debeat institui à plebeiis Climactericis, præsertim cum nec quisquam antiquorum auctorum hujus distinctionis meminerit qui tamèn Heroes habuerunt suos, & Climacteres plures agnoverunt quam nostri. Nosse ergo debuerunt & Heroicos Climacteres. Atqui nullos illi. Si ulli fuissent, non alii essent noti quam quibus magnum aliquod vitæ aut fortunarum discrimen Heroibus accideret. At vulgo male tales accipiunt quibus eos obire diem suum contingit. Alia est cognita veteribus distinctio Climacterum ex numeris quadratis & oblongis, id est altera parte longioribus, quos *ἐπερομήκεις* Arithmetici Græci vocant. Simples sive *ἀπλοὶ* dicuntur Climacteres qui ex numeris constant *περὶ γώνοις*, compositi ac *συνθετοὶ* qui ex oblongis. Ita in catalogo Critodemi octavus vitæ annus, qui & primus est Mercurii Climacter, appellatur *συνθετός*, quia octavus numerus *συνθετός* vocatur. Ita igitur scribitur. *Ὀγδοός, πρῶτος ἐρμῆς, συνθετός*. Octavus, primus Mercurii, compositus. Perperam scribitur in exemplari *ἀσυνθετός*. Sic enim intelligi debet. Decimus vero sextus Climacter dicitur ibidem *συνθετός*, sed cum vitio scripturæ, non enim hic numerus *συνθετός*, sed *ἀπλῆς*. Εἰ καὶ δὲ

καὶ δ' ἐκατὶ Ⓢ, ἐρμῆ δαίτερ Ⓢ, κλιμακτῆρ σῶθελ Ⓢ.
 Διὰ χολέρας, ἢ δὲ τηρίας καὶ δυσαναιησίας. Re-
 scribendum αἰσῶθελ Ⓢ, id est incompositus.
 Perperam quoque vigesimus quintus in eo-
 dem Climacterum Albo, hoc nomine quo-
 que donatur his verbis; Εἰκοτὸς πεμπτὸς, Φωσ-
 φόρ πῆμπι Ⓢ, σῶθελ Ⓢ. Hoc falsum. Nam
 vigesimus quintus numerus est quadratus,
 non altera parte longior. Quinque quippe
 quinquies ducti hunc numerum efficiunt.
 Hoc igitur vocabulum redonandū est priori
 Climacteri qui vigesimus quartus signatur hoc
 modo, Εἰκοτὸς τέταρτι Ⓢ, κρόν ογδο Ⓢ, ἐρμῆ
 τρίτ Ⓢ, σῶθελ Ⓢ, δύσκολ Ⓢ Διὰ μελαγχολίας
 καὶ ὑγρῶν. Vel certe legendum est ut supra, αἰσῶ-
 θελ Ⓢ. Nam idem est quod αἰπλῆς, incomposi-
 tus. Valens alio loco de Climacteribus agens
 ex Critodemo ait, viginti quinque esse πτῆά-
 γωνον αἰπλουῖ ἀριθμόν. Ergo & vigesimus quin-
 tus Climacter, αἰπλῆς non σῶθελ Ⓢ, quia ut
 idem dicit ibidem, οἱ πτῆάγωνοι αἰπλοῖ; οἱ ᾗ
 ἐπερομήκεις σῶθελοι. Ita ergo decimus octa-
 vus, vigesimus, & vigesimus quartus, σῶθελτοι
 sunt κλιμακτῆρες: quartus, nonus, decimus
 sextus, & vigesimus quintus αἰπλοῖ vel αἰσῶ-
 θελτοι, quia ex quadratis constant numeris qui
 αἰπλοῖ habentur. Utri sint graviores Clima-
 cterici agni, ex quadratis numeris an ex ob-
 longis constantes, querendum. Decidisse vi-
 deretur quæstionem Censorinus si assentiri

quis illi recte posset. Nam quadratos pronun-
 ciat esse periculosiores. Ea gratia sexagesimum
 tertium quē alii ferunt esse periculotissimum,
 ipse cæteris ducit infirmiore, quia licet no-
 venariū & septenarium contineat numerum,
 neuter tamen quadratus sit Ergo longe illi pe-
 riculosiores & graviores videntur Climacterici
 annus quadragesimus nonus, & octogesimus
 primus quia uterque quadratus. Sed falsus est.
 Non enim ratione quadrati, nec virtute nu-
 meri duo illi Climacteres ad periculum, sive
 Climacterem, potentissimi. Quod si esset,
 omnes quadrati Climacterioi tales essent. In
 centum & viginti annorum spatio, quam vitæ
 longitudinem legitimam definivit Critode-
 mus cum plerisque aliis veterum, novem tan-
 tum sunt quadrati Climacteres, IV. IX. XVI.
 XXV. XLIX. LXIV. LXXXI. & C. Multi ex his
 ne *χημαλιστοι* quidem sunt, tantum abest. ut
 maximis discriminibus aut interitu vitam om-
 nem afficiant. Nullus ex his *θανατηφόρος* in
 Albo Climacterum notatus est, cum quinque
 habeantur ex numero *πρωτέων*. Centesi-
 mus etiam *εκατός* in eo Laterculo Climacte-
 ricorum dicitur. Sexagesimus quartus longe
 est lenior sexagesimo tertio. Nam hic *αιδρο-
 κλασις* cognominatus est, & *θανατηφόρος*, cum
 LXIV. sit in octavo Mercurii circulo quem
 octies octo faciunt. Non igitur malus est.
 Multos tamen in eo anno mori certum est qui
 sexage-

sexagesimum tertiū evaserunt. Ut nupér princeps Arausiacus Fredericus, cum aliquot septimanis transcendisset sexagesimum quartum suum natalem. Climactericum igitur habuit sexagesimum tertium quem evasit, quia in eo gravissimo & ancipiti morbo conflictatus est, sed sequentem LXIV. fatalem expertus est, & ultimum non sane Climactericum. Quod in multis aliis ita accidisse observatum lego Cardinali Bellarmīno. Hoc non adstruit veritatem Climactericorum ut sibi persuadent qui hæc afferunt, Immo potius destruit, ut vulgo saltem ab his exponitur Climacterica ratio. Certum quippe est contra atque illi opinantur plurimos Climactericis suis annis non mori, & mortem obire in sequentibus uno aut altero anno qui non sunt Climacterici. Frustra autem sunt dum mortem sexagesimi quarti anni imputant sexagesimo tertio. Nam si quis vel uno die ingressus sit sexagesimum quartum, nihil jam est quod tribuatur, siquid eo die acciderit mali, præteriti anni miseriæ Climactericæ, quia anni præsentis est, cujus est dies. Ita puerpera quæ uno vel altero die octavum supergressa est, nono mense parere censetur, fidemque hujus veritatis ratam facit foetus vitalis. Quartus annus ex Climactericis est quadratus, sed minimæ virtutis. Si numerus quadratus in his valeret, nullus esset in Climacteribus ad periculum efficacior sexto-

sextodecimo. Primum quadratus est ex quater quaternis. Deinde ex nono & septimo compositus quos numeros maxime periculosos existimant. Vigésimus quintus quadratus est. Nam quinquies quinque hunc numerum facit. Hic Veneris sextus est Climacter & quidem solius, absque alterius sideris *συναπκατὰ σάσι*, eoque mollior & minus malus, ut sunt & alii ejus Climacteres. In Catalogo Climacterum de eo sic scriptura est. *Εἰκοστὸς πῦπλος, Φωσφόρος ἑκλός, συνήθιος*. Legendum *ἀσυνήθιος*, hoc est *ἀπλῆς*, vel ipso Valente teste, scribente, τὰ ἧ καὶ ἔχει τελέγωνον ἀπλοῦν ὀρίθμῳ. Eidem vero decimus octavus *συνήθιος*, ἐκ δ' τὸ δις θ', quia bis novem sunt *xxviii*. Similiter eidem vigésimus Climacter *συνήθιος* dicitur, quia *τελέγωνος πέντε γίνε' εἴησι ἢ τὰ πεντάκως τέτταρος ὁμοίως εἴησι*. Alio sensu idem videtur *διπλοῦν κλιμακτῆρος* appellasse quam *συνήθιον*, cum videatur ex nominis notione idem esse. Nam *διπλῆς* cum oppōnitur τῷ *ἀπλῶ*, idem est quod *συνήθιος*, cum *ἀπλῆς* sit *ἀσυνήθιος*. At *διπλῆς κλιμακτῆρ* ei dicitur non ratione numeri *ἀπλῆ* aut *συνήθεα*, sed Diathematis Horoscopi, quia ex supputatione periodica stellarum in eo dispositarum, & signorum Anaphorici mēsuræ bis numeratur Climacteris annus in ea genesi quam ibi proponit, hoc modo. Habuit Solem & Mercuriū in Leone, Lunam in Libra, Jovem in Tauro, Martem & Venerem

nerem in Virgine. Horoscopus in Cancro, in Climate secundo. Climacter ita genito annos quadragesimus. Quod sic colligitur: Lunæ viginti quinque sint anni, Arietis quindécim. Sunt quadraginta. Sunt & Arietis in diametro positi anni viginti, Libræ quadraginta, fiunt sexaginta. ὡν τὸ δις τεῖνον, inquit, μέγα διπλαῖς οὐκ ὁ κλιμακτῆρ. *Duplicata pars tertia sexagenarii numeri dat quadraginta, duplex igitur Climacter.* Nempe quia duplici ratione collectus in eum annum incidit. Sed hæ nugæ sunt dare pondus idoneæ fumo. Alia dari etiam potest divisio Climacterum; in eos quos faciunt causæ internæ, & quos casus externi. Posterius genus extrinsecus accidentia adversa efficiunt, periculum aut vitæ aut facultatibus inferentia, quorum causæ extra nos positæ ex transverso veniunt, & infortunium multiplex creant, tam in bonis & possessionibus varia earum everfione, quam in corpore ipso & vita ex diversis casibus, ut naufragii, incendii, ruinæ, & siquæ sunt alia ejusmodi. Internæ causæ Climacteres dant ex morbis omne genus, & præcipue ancipitibus & periculosis. Corporis quoq; & animi ægrotudines sub his continentur, quæcunque scilicet in discrimen vitam conjiciunt, aut vehementi vexatione alterutrum fatigant. Proprie quidem vox κλιμακτῆρ, speciali notione ea tantum fortunæ accidentia denotat quæ extrin-

trinsecus eveniunt. Cum enim hoc vocabulum significationem habeat inclinandi, pervertendi vel incurvandi, eo nomine proprie casus fortuitos, qui facultatibus prae hominem evertunt, aut vitae spatium ad interitum inclinant, nonnulli proprie denotant. Hinc κλιμακτῆρας à morbis Valens aliquot locis discrevit, ut lib. iv. de temporum divisione, ἐπὶ τοῦ σώματος χρόνος ζητῶμεν, οἷον κλιμακτῆρας, ἀσθενείας, ἢ αἱμαγμούς, πτώσεις, σίνη, πύξη, & ὅσα αὐτῇ τῷ σώματι. Ubi palam est Climacteres cum à morbis separare. Ergo κλιμακτῆρων nomine pericula intellexit, ex fortuitis casibus, ut sunt ruinae, incendia, naufragia, & similia. Alio loco à Luna ἀφ᾽ εἰν ἐφεσιν educendam praecipit cum de periculis agitur quae corpus respiciunt, σώματος κινδύνους appellat, ut sunt πύξη, αἱμαγμοὶ & κλιμακτῆρες. Οὔτε γὰρ οὐδὲ σώματος κινδύνων ἢ παθῶν καὶ αἱμαγμῶν, ἢ κλιμακτῆρῶν. Inde est quod eodem Valente teste quidam antiquorum Astrologorum volebant à sola Luna faciendas esse τὰ κλιμακτῆρων ἀφ᾽ εἰν. In illis verbis vox κινδύνους latius porrigitur quam κλιμακτῆρῶν. Per Climacterem igitur sola quae diximus fortuita accidentia quae vitae interitum minantur intellexerunt, cum sint etiam κινδύνοι sive pericula ex morbis quae inter κινδύνους σώματος referenda sunt, non inter κλιμακτῆρας. Ita αἱμαγμοὶ & πύξη & ἀσθενείας

CLIMACTERICIS. 511

νείας à Climacteribus distinxit. Idem quo loco tractat de tertio & nono ab Horoscopo locis νόσος & κινδύος & κλιμακτῆρας discretissime sejungit his verbis, καὶ κινδύος τε ξενιτέας, καὶ νόσος ὀπισθαλεῖς, ἰδίωντε κλιμακτῆρας, ἢ θανάτους, ἀνωμαλίας τε βίης ἢ ἐξοδιασμούς. Vbi νόσος ὀπισθαλεῖς, morbos ancipites & periculosos diversos à Climacteribus facit. Paulo post κινδύος eodem sensu posuit quo hic κλιμακτῆρας, ἰδίωντε κινδύος ἢ θανάτους. Idem lib. vi. planissime Climacterica tempora & morbifica discriminavit his verbis, ὅκ τέ των γὰρ καὶ κλιμακτηρικῶν χρόνοι, καὶ ὀπινόσοι καὶ ὀπισινεῖς καὶ κινδυώδεις καταλαμβάνονται. Ex bis enim & Climacterica tempora, & morbosa, & vitii obnoxia & periculis colliguntur. Si alii sunt κλιμακτηρικῶν χρόνοι ἀπὸ τῶν ὀπινώσεων, certe & morbi diversi esse videri debent à Climacteribus. Id etiam æque liquido constat ex variis Thematū genituræ exemplis quæ Libro sexto Astrologiæ protulit. In singulis adnotavit annum vitæ quo in aliquod maximum periculum genitus inciderit aut morbi, aut alterius casus. In quibusdam igitur genituris cum annum quo graviter & periculose ægrotassent enotavisset, dixit ita eos laborasse ut prope ab interitu abfuerint, ὥστε μικρὸν δὲ κινδυνώσκειν. Vt in puerili genitura ejus qui octavo mense absoluto usque ad nonum ita convulsionibus, ἀσασμοῖς, tentatus est ut de vita periculi-

riclitareretur, non vocavit eum mensem Climactericum, neque Climacterem, neque in aliis genituris quæ annum ætatis aliquem signanter periculosum propter morbum anticipitem habuerunt. Alia verò sunt aliquot ibidem geniturarum specimina, in quibus diserte dixit hoc vel illo anno κλιμακτῆρα genitos habuisse. Quibus locis certum est κλιμακτῆρα posuisse pro periculo aliquo vitæ quod à morbo esset diversum. Alii, ut videtur nomē Climacteris latius extenderunt, & pro omni periculo usurparunt quod ex morbo vel casu quocunque fortuito accideret. Ita fecit Critodemus in ἀναξαφῇ Climacterum, quam Valens ex eo libris suis Anthologiarum Astrologicarum inseruit. In eo catalogo primum & secundum annum pro Climactericis notavit, quibus nimirum infantes plerumque periculose ægrotant ex παασμοῖς. Ita ergo scripsit. Πρῶτος ἀσθενήσῃ καὶ θνήσκει ἐξ αὐτοῦ. *Egrotabit & metum extremi periculi dabit.* Δεῦτερος, κινδυνώσῃ δι' ὑγρῶν παασμῶν. Hi sunt παασμοὶ quibus obnoxii sunt & in his etiam locis, plerique infantium. De his genituram infantilem posuit Valens, cujus supra meminimus, quam non per annos sed per menses numeravit, καὶ ἐπεὶ ἐπὶ νήπιον αὐτὸ τῶν ἐτῶν μιλῶν ἐλογισάμενον. τῷ γὰρ ὁ γέννησιν συντακτῆρα μὲν ἔως μέσσης ἐκινάτα παασμοῖς ἐξέπεσεν, ὥς τε μικρῷ δεῖν κινδυνώσῃ. Hic fuit

fuit primus illi infanti Climactericus ex morbo quo periculū vitæ adiit, *πασμοῖς* tentatur. In eo tamen Themate exponendo non meminit auctor *κλιμακτηρικόν* eum fuisse annū, quia nimirum multis aliis locis *κλιμακτῆρας* *ἀπὸ τῶν νόσων* discrevit. In Critodemi vero Catalogo Climacterū, primum & secundum annum qui infantibus plerumque discrimen vitæ ex *πασμοῖς* inferunt, inter Climacteres recensuit. Animadvertendum porro est in illo Catalogo in plurimis Climactericis qui ex morbis periculum denuntiatur habent, id expresse significari, in aliis vero aliquam multis nullā morbi vel ægritudinis fieri mentionem, sed tantum in genere periculosos vel graves ac difficiles, *ἑπικινδύνες*, *κινδυνώδεις*, *χαλεπὰς*, *δυσκόλως* adnotari. An dicendum est eos solos in quibus morbi genus speciatim notatum est de genere esse Climacterum quos corporis ægritudines vel animi creant, cæteros qui solo periculi elogio signantur ad causas violentas & casus fortuitos & externos referri debere? Ita credi par esset nisi una res unice obstarer. Ab anno quinquagesimo primo usque ad centesimum ac vigesimum nulla in Climacteribus omnium in medio annorum ulla ullius morbi fit mentio, sed simpliciter *χαλεπώτατοι*, *κινδυνώδεις*, *δύσκολοι*, *λυπνοί*, *σκληροί*, *θανατηφόροι* Climacteres dicuntur. Atqui in ætate illa vergente magisque

K k

etiam

etiam in decrepita morbi magis formidandi sunt quam ulla alia pericula quæ extrinsecus accidunt. Non enim temere se exponunt tam devexæ ætatis homines ejusmodi discrimini- bus à quibus mortem violentam aut subitam timere debeant. Centesimus ac decimus^o nonus *ἑποφάλης* tantum scribitur. An talis vitæ annus, ad quem paucissimi perveniunt, Climacterem ancipitem ex naufragio, vel incendio, vel ruina magis timere debet, quam ex morbo aliquo periculoso? Centesimus autem ac vigesimus, qui ultimus annorum legitimi vitæ spatii ponitur, & *ἡναιφύρ* Climacter nominatur, mortem ex casu aliquo externo magis habet cavendam quam ex causa naturali? Non sane mihi videtur. Quinquagesimus primus ultimus est annus in quo morbus reperiatur expressius adnotatus. Nec solum à morbo formidolosus est ille Climacter, sed ex damnis & infortuniis. Sic enim adscribitur, *Πεντηχὸς πρῶτ*, χρόν^{ος} ἐπὶ αὐτῷ δέκατ^{ος}, νόσος, βλάβη, αὐχί^{ος} *ἑποφάλης*. *Quinquagesimus primus, Saturni septimus decimus, morbos, noxas, & infortunia vehit.* Quadragesimus nonus, pericula inferre dicitur per febres, aut cædem, aut causam violentam. *ἑποφάλης ἐννατος, ἄρως ἑβδομ^{ος}, ἑποκίνδιος ἡ αὐθιγί^{ος} ἁλ^{ος} πυρετῶν ἡ αἱμογμῶν ἡ βιαιῆς αἰτίας.* Quindecim tantū sunt ex numero centum ac viginti qui ex morbis discrimen aut metum

metum facere notati fuerint, & in his, quod mirum est, duodecim à primo anno ætatis usq; ad vigesimum quartum. An usque ad quinquagesimum primum ætatis annum homines magis sunt morbis obnoxii, post illā ætatem minus? Causam certe nescio cur usque ad illud tempus ex morbis periculosos ac metuendos Climacteres nominatim descripserit, ab illo anno usque ad centesimum vigesimum nullam omnino morbi ullius mentionem fecerit. Cum igitur duū generum sint Climacteres quos morbi faciunt, & quos infortunia, ex eo manifestum plures in cujusque vitam incidere posse Climacteres. Non enim alienū à verō est, eundem hominem, qui certo anno vitæ periculose ægrotaverit, posse anno sequenti in periculum naufragii, vel incendii, vel ruinae, vel bonorum amissionis incidere. Præterea cum alii sint leviores Climacteres, alii graviores, potest etiam fieri, ut graviores unum aliquis perpetiatur in vita sua Climacterem, & leviores multos. Ne quidem à vero absit quin & aliquot graviores unus idemque pati queat. Ut plurimum tamen unus Climacter singulis genituris assignatur, ut in illis quarum exempla attulit Valens. Unicuique unum adscribit Climacterem qui certo anno contigerit. Et certe multi sunt qui aliquod unicum notabile discrimen in tota vita incurrerunt, quod Cli-

maëteros nomine mereatur insigniri, sive ex morbo anticipite is acciderit, sive ex alio casu: cum reliqui morbi vel alia accidentia quæ his evenerint vix digni sint in comparatione qui sic appellantur. Ideo Climactericus unus duntaxat singulis genituris ut plurimum ex astris & ex Horoscopi Diathemate adscribitur. Quinimmo idem Climactericus annus non omnibus cum pari clade venit aut periculo, sed aliis cum amissione fortunarum solet accidere, aliis cum morbo anticipiri, aliis cum alio infortunio aut violento casu quo ad mortis confinia ducuntur. Hinc de septimo anno notavit Critodemus, Πικίνδιων esse, πυρετοῖς, αἵμασιν, τραύμασι, πύμασι, ἐλκυσσεσι, ἢ σιδήρε τομαῖς, febribus, sanguinis rejectione, vulneribus, ruinis, ulceribus, aut ferri sectionibus. Alii nempe febribus in eo graviter laborant, alii sanguinis rejectione, alii vulnerantur periculose, alii à ruina metum habent, alii ulceribus scatent, alii ferro secantur. Alii etiam possunt dividi Climacteres in communes & minus communes, id est rariores, qui frequentius incurrunt vitam & qui minus frequentes sunt. Ita dixit Augustus communem omnium seniorum Climacterem esse sexagesimum tertium annum, quia nimirum in senibus plerisque ille annus vitæ venire solet cum clade aliqua aut corporis morbi que gravioris aut interitus aut animi ægritudinis,

ut

ut interpretatus est Agellius. Præter sexagesimum tertium alii etiam sunt anni vitæ qui aut pueris aut juvenibus aut viris communiter sunt Climacterici, quia sæpius in his soleant cum periculo ægrotare, vel aliam noxam claudere in animo aut corpore aut bonis perferre. Tales Climacteres *communes* vocari possunt ut etiam Augustus eos appellavit. Alias κρινὸς κλιμακτῆς de eo dicitur qui neque bonus neque malus est, immo qui bonus potius, ut qui cito transit, quoque citra periculum defungimur. Quod enim natura sua malum est, si malitiam suam non exerat, pro bono est. Hoc sensu κρινὸς vocant Græci homines blandos ac civiles, ut & Latini *communes*. Sic octogesimus quintus Climactericus qui Veneris est decimus septimus, κρινὸς indigitatur Critodemus, idest & κακὸς, vel etiam καλὸς, ut alibi dicit. Sed *communes* hic vocamus hos Climacteres alio significato qui in pluribus generibus inveniuntur, & qui communes sunt aut senum plerorumque aut juvenum aut virorum. Hoc ut melius intelligatur & facilius differentia percipiatur communium & minus communium Climacterum, vitam humanam secundum gradus ætatis considerare oportet. Singuli enim gradus suos proprios habent Climacteres, quibus frequentius solent cum periculo laborare qui in eo gradu sunt constituti. Cum plures autem in uno-

Kk 3 quoque

quoque gradu anni sint, ex his alii communius & frequentius, alii rarius pro Climactericis notantur. Quamvis enim nullus ferme annus non alicui ætati sit Climactericus, alius tamen alio sæpius ut sit Climacter habet, & in pluribus Thematibus deprehenditur, qui quasi communis esse intelligitur omnium qui in illo gradu consistunt, eo prorsus modo quo sexagesimus tertius Augusto communis esse dicitur Climacter omnium seniorum. Melius dixisset plerorumque, ut rectè exposuit Agellius. Non enim omnium est, quia non omnes senes eo moriuntur aut graviter ægrotant, sed plerique. Gradus ætatis humanæ juxta Ptolemæi sententiam ordinavimus, quia sermo est de re quæ ad Astrologiam pertinet, & ille gradus illo sex Astrorum ratione divisit, non ut alii plerique auctores Medici ac Philosophi Philologique secundum Hebdomadas. Per periodos igitur stellarum erraticarum quibus singulos ætatis gradus adscripsit, eam divisionem instituit, non per Hebdomadas, sive septenarios annos. Infantiam quattuor annis definivit ex Lunæ *πλεγματῆς*. Infantium igitur videndum qui sit communis Climacter, & quo anno ex istis quattuor consueverint frequentius ægrotare & periculosius. Solent quidem primo & secundo anno morbis sæpe conflictari & *δι' ἰσχυρὰν κατὰ μὲν* præcipue, sed omnium periculosissimus vide-

videtur tertius qui & primus Saturni Climacter habetur, & *Προφάλης* absolute in Catalogo Climacterum Critodemi. Quartus tamen frequentior & communior infantium Climacter ut ex Hephæstione liquet. Nam septies in Horoscopis occurrit, cum tertius semel tantum, nempe in tertio Decano Scorp̃ii Horoscopante. Secundus vero ter reperitur, & primus quinquies. Et sane plerique infantium primo anno int̃eunt ut de Atrophis diximus. Sed cum quartus annus crebrius pro Climacterico veniat & in pluribus genituris τῶν νηπιῶν reperiatur, is erit communis infantium Climacter. Pueritiam à quarto anno impleto, in quo infantie ætas finitur, usq; ad annum decimum quartum perducit, decem annorum spatio determinatam qui dimidiatus est numerus periodi Mercurii cui puerilem ætatem attribuit. Puerorum communem Climacterem qualis sit videamus. In illo spatio totidem sunt Climacteres quot anni, sed non omnes æqualiter communes aut frequentes. Decimus quippe annus in hoc gradu semel tantum in una genitura offenditur quæ Horoscopantem habuerit secundum Piscem Decanum. Quintus annus non reperitur in hoc gradu Climactericus. Primus est Veneris in Catalogo Critodemi in quo simpliciter adnotatum est, ἀσθενής. Quibus morbus indicatur minimè periculosus, idest

minimè Climactericus. Cum enim κλιμακ-
 τῆς sit periculum, inde κλιμακῆλειχὴ νόσος, ἢ
 Πίικινδυνος. Sextus in eo gradu ætatis nullus
 etiā occurrit. In Catalogo Critodemi quam-
 vis secundus sit Saturni, sine ulla tamen peri-
 culi nota aut morbi ponitur. Octavus quo-
 que nullus comparet inter Climactericos
 Decanorum Horoscopantium Hephæstionis.
 In Catalogo Critodemi primus est Mercu-
 rii, cui nullum adscribitur periculum. Deci-
 mus tertius & decimus quartus qui sunt ulti-
 mi anni puerilis ætatis, sunt quidem etiam
 Climacterici sed rariores. Ambo enim bis
 tantum leguntur, hoc est in duobus tantum
 Thematibus. Quattuor reliqui anni sunt ma-
 xime periculosi & maxime puerorum com-
 munes, in isto gradu ætatis, septimus, no-
 nus, undecimus & duodecimus. Ex his se-
 ptimus in tredecim genituris invenitur, no-
 nus in decem & septem, undecimus in tre-
 decim, duodecimus in tredecim. Hi tres
 igitur de numero sunt æquales VII. XI. & XII.
 Solus nonus numero prævalet, quia repèritur
 in decem & septem Horoscopis. Sit igitur
 communissimus puerorum hic Climacter.
 De eo scribitur in Catalogo Critodemi ἡ να-
 τος, διὸς πρῶτος, κρόνος τρίτος, ὁ Πίικινδύνος
 ἀσθενήσι, ἢ ῥιγοπυρετοῖς ἐνοχληθῆσι καὶ ἑντὸς
 ἡμερίας πόνω. Omnium itaque periculosissi-
 mus in pueris hic Climacter, & amplius etiam
 cum

cum septimus, cum undecimus & duodecimus septimo sint pares, ab anno decimo quarto usque ad vigesimum secundum *adoleſcentiam* Ptolemæus octo annorum finibus concludit, qui numerus est Veneriæ periodi. Omnes hi anni Climacterici sunt pro Thematis cujusque adolescentis dispositione, præter decimum quintum qui locum non habet inter Climactericos Decanorū. Et certe etiam sine periculi aut morbi mentione in Critodemii Catalogo descriptus extat, estque Veneris tertius. Decimus sextus ter reperitur Climactericus, decimus septimus bis, decimus octavus bis, decimus nonus quater, vigesimus semel, vigesimus primus octies, at vigesimus secundus tredecies. Est igitur hic communis adolescentium Climacter, quia plures infestat genituras, & proinde periculosior est adolescentibus, quia frequentior iis cum periculo advenit. Ab anno vigesimo secundo *juvenes* appellantur usque ad quadragesimum secundum qui quartus est ætatis gradus & à quarta Sphæra quæ Solis est gubernatur, spatiumque accipit quanta est Solis parva periodus nempe xix annorum. Varro apud Censorinum usq; ad quadragesimum quintum annum *juvenes* appellatos perducit eo quod Rempublicam in re militari possunt *juvare*. In eo spatio decem ac novem annorum quo juvenituri ætatem circumſcripsit Ptolemæus, toti-

dem anni sunt Climacterici pro varietate geniturarum. Nullus enim ex eo numero annus qui non sit alicui in eo gradu posito Climactericus exceptis $xxix$, xxx , $xxxvii$. & $xxxviii$. qui in numero Climacterum quos Decani Horoscopi faciunt non reperiuntur apud Hephæstionem. Certe neque vigesimus nonus inter Climacteres $\chi\rho\eta\mu\alpha\lambda\iota\sigma\tau\alpha\varsigma$ locum habet in Catalogo Critodemi. Ipse autem trigessimus $\alpha\kappa\iota\nu\delta\omega$ & proscribitur $\xi\ \eta\ \pi\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\alpha$, & est sextus Veneris Climacter, proinde vix meretur nomen Climacteris. Trigessimus septimus nullus etiam invenitur inter Climactericos apud Critodemum, nec in circulum incidit ullius Planetæ Climactericum, neque etiam trigessimus octavus. Ex reliquis $\epsilon\omega\nu\epsilon\alpha\delta\epsilon\chi\alpha\epsilon\iota\eta\epsilon\iota\delta$ vigesimus tertius sex genituris importunus est, vigesimus quartus quattuor, xxv . uni, $xxvi$. duabus, $xxvii$. uni, $xxviii$. uni, $xxxii$. duabus, ut & $xxxiv$. $xxxv$. tribus, $xxxvi$. septem, $xxxix$. uni, ut & xl . xli . quattuor. Soli trigessimus primus & trigessimus tertius, plures geneses juvenum vexant, & communiores eorum sunt Climacteres. Nam $xxxi$. novies in Horoscopis $\kappa\lambda\iota\mu\alpha\chi\eta\epsilon\iota\zeta\omega\nu$ invenitur, & $xxxiii$. uno amplius. Esto hic igitur communis Climacter juvenum. Enimvero trigessimus tertius cum sit Saturni undecimus, $\delta\upsilon\sigma\kappa\omicron\lambda$ Critodemo notatur. Ab anno quadragesimo primo

mo usque ad annum quinquagesimum sextum virilis ætas extenditur, per annorum quindecim curriculum, quot annis constat periodus Martis cui hic gradus quintus ætatis dicatus est, quintæ nimirum Sphæræ. Varro juvenes & viros eodem gradu complexus est quem usque ad XLV. annum pervexit. In illo porro virilis ætatis spatio inspiciendum est quinam sit communis Climacter virorum, & qui sæpius cum aliquo periculoso morbo aut infortunio solitus sit illis venire. In eo numero Climacterici non censentur XLV. XLVII. XLVIII. L. Reliqui omnes pro Climactericis, sed alii rarius, alii crebrius. Profecto nec XLVII. inter Climactericos circulos Planetarum nominatur Critodemo. At XLV. inter leviores recensetur, & minime periculosos, quia *σειβων* tantum vocatur i.e. premens, quia sæpius cum articulorum dolore veniat aut cum molestia animi, aut aliqua levi ægritudine. At quadragesimus octavus describitur à Critodemo tanquã *χαλεπὸς λίαν*, qui tamen non consistit apud Hephæstionem inter Climacteres Decanorũ. Ex omnibus porro virorũ Climacteribus, ut breve faciam, nulli sunt communiores & qui frequentius viros in periculum conjiciant, præter hos tres, XLII. XLIII. LII. & LVI. Quadragesimus secundus decies repetitur in variis genituris, quadragesimus tertius septies, quin-

quinquagesimus secundus undecies , at quinquagesimus sextus septies tantum. Non hic igitur communis est virorum Climacter, sed quinquagesimus secundus, quia sæpius cum clade & periculo virilem ætatem affligit. Lunæ quartus est Climacter & *ἡ καλὸς* indigitatur à Critodemo. Quinquagesimum tamen sextum difficiliorem videri volunt nonnulli, quia Cæsar eo anno & Scipio extincti sunt, item Plinius ac Virgilius , & quia septenarius est. Nam ex octies septenis componitur, & propterea octavus est Martis Climactericus. Sed jam docuimus numeros hic nihil facere, & quod quattuor viri celebres ex antiquitate Romana nominantur qui eo anno obierunt , non propterea dicendū magis esse communem virorū hunc Climacterem quam *LI*. Hic in genituris undecim reperitur , cum ille in septē tantum inveniatur. Ab anno *LVI*. usque ad sexagesimum octavum gradus est ætatis seniorum , qui Jovi adscribitur & totidem annis circumscribitur quot habet stella Jovis. In eo duodecim annorum spatio sine ulla habitatione sexagesimus tertius annus communis est seniorum Climacter , quia in plerisque senioribus , aut mortifer est , aut ex morbo aliquo graviore anceps, & cum discrimine vitæ advenit. Decies recurrit in Horoscopis Decanorum & decē genituris infestus est quod nullus alter annus habet in tota illa
 Jovis.

Jovis δωδεκαετηρίδι; quæ senilem ætatem continet, & gradum sextum conficit, ut ex Climacterum recensione quam infra ex Hephæstionis libris haustam promemus, constabit. Hippocrates hanc septimam vitæ ætatem statuit, cui sexta clauditur anno LVI. septima novissimo anno vitæ humanæ quem ut apparet in septuagesimo collocavit. Sic ultimæ hujus Hebdomadis annus sexagesimus tertiusdecies in genituris Climactericus occurrit; sexagesimus quartus, quinquies; sexagesimus quintus, ter: sexagesimus sextus, ter: sexagesimus septimus ter quoque. Quatuor hi Climacteres rari occurrunt, quia multo plures in sexagesimo tertio de vita periclitantur, aut eā amittunt. A sexagesimo octavo anno excipit apud Ptolemæum ætas decrepita quam Saturno tribuit, & tot annos ei attribuit quot illius stellæ periodus habet, nempe triginta. Ergo finitur anno nonagesimo octavo. Hephæstion, qui Ptolemæum in omnibus ferme sequitur, Climacterem nullum agnoscit ultra nonagesimum septimum. Videtur itaque legitimum vitæ cursum iisdem spatiis includere, Decrepitæ hujus ætatis duo anni sunt Climacterici maxime communes eorum qui septimum hunc gradum attigerint, septuagesimus secundus, & septuagesimus quartus. Hic decies invenitur inter Horoscoporum Climacteres, ille novies

vics

vies , reliqui rarius , nisi quod octogesimus sextus septies in Horoscopis iteratur , & septē genituras discriminibus vitæ aut fortunarum afficit. Quo ulterius exinde pergitur versus finem , eo infrequentiores interveniunt Climacteres , quia pauciores eum terminum transcendunt , & multo minus adhuc frequentes sunt à nonagesimo octavo usque ad centesimum ac vigesimum in quo & postremum Climacterum , & ultimum vitæ annum , etiam longissimæ , constituit Critodemus. Septuagesimus autem secundus ita communis est senū ad decrepitam ætatem vergentium , ut sexagesimus tertius seniorum est. Uterque *ἡλικιαὶ φέρονται* inter Climacteres signatur , quia plurimi in utroque vitam finiunt , ex sexto & septimo gradu. Unusquisque igitur ætatis gradus à primo , qui est infantium , usque ad septimum , qui est senum decrepitorum , suos habent ac proprios Climacteres , qui veluti communes sunt plerorumque omnium in eodem gradu consistentium. De Climacteribus animadvertenda hæc verba Censorini cap. xiv. *Sed & Genethliaci* , inquit , *ex his alios alius difficiliore esse dixerunt , & nonnulli eos perissimum quos ternæ Hebdomadas faciunt , h. e. annum & vigesimum , & quadragesimum secundum , dein tertium & sexagesimum , postremum octogesimum & quartum in quo Staseas terminum vite defixit.* Notanda hæc ejus verba , quos ternæ Heb-

Heb-

Hebdomades faciunt, quia falsa sunt. Solus
 quippe est unus ac vigesimus quem ternæ
 Hebdomades faciunt. Non idem de reliquis
 tribus. Nam quadragesimus secundus fit ex
 senis Hebdomadibus, ideoque sextus est Mar-
 tis. Tertium autem & sexagesimum novem
 Hebdomades efficiunt, estque nonus Mar-
 tis. Octogesimus autem & quartus ex duo-
 decim Hebdomadibus componitur, ea græ-
 tia duodecimus est ejusdem Martis, ad quem
 scilicet pertinet septimus Climactericus. In
 illa autem Climacterum Critodemi enume-
 ratione & ἀναξαφῆ ratio præcipue habita
 est *σωαποκατάστασις*, ut diximus, planetarum
συζήσεων, , quales horæ genitalis tem-
 pore fuerint, juxta cujusque Climactericum
 circulum. Non autem eodem ordine quo in
 illo catalogo dispositi sunt, in omnibus ge-
 nituris Climacteres secundum planetarum
 circulos recurrunt, sed alio atque alio prout
 mixtura stellarum in Themate ordinatâ fue-
 rit. Non autem in omni genitura Climacte-
 res in suis intervallis positi inveniuntur sicut
 singulis planetis attributi sunt, & cum aliis
σωαποκατάστασις respondent. Tunc enim
 fortiores lexiſtunt, cum incidunt in annos in
 propria stellæ *Αἰσίοι* positus, & aliorum
σωαποδιαστάσις, vel *σωαποκατάστασις*. Ut planius
 fiat quod dicimus, *Αἰσίοις* sunt stellarum in-
 tervalla per Cardines in quibus circuli Cli-
 ma-

maſterici cujuſque planetæ collocati repe-
riuntur. Saturni *Διέτης* tribus annis patet
& interno quoque anno locatur. Hoc ſpa-
tium eſt circuli ejus Climacterici. Sed *Διέ-
της* vocatur tertius annus. Veneris *Διέτης*
in quinto anno poſita eſt, Martis in ſepti-
mo, Mercurii in oſtavo, Jovis in nono, Lu-
næ in decimo tertio, Solis in decimo oſtavo.
Non habere *Διέτην* dicuntur anni qui non
incidunt in aliquem horum circulorum Cli-
mactericorum. Exempli gratia, vigefimus o-
ſtavus *ἐχ' Διέτην*, quia quartus eſt Martis
circulus, at vigefimus nonus *νό* habet quia in
nullum incidit circulum Climactericum pla-
netæ. Trigefimus rurfus habet *Διέτην* quia
Saturni decimus eſt, Veneris ſextus. At tri-
geſimus primus nullam habet, quia *ἐχ' ἀριθ-
μὸν πρὶ Διότημαν*. Non enim ullus circulus
Climactericus planetæ hunc ſortitur anni nu-
merum. Scribunt autem eventa fieri effica-
ciora & planiora, *ἐὰν ἰδίῳ ἢ ὁ 7 ἐτῶν διθιμὸς
πρὸς τὴν ἀποδιάσειν ἀστέρι*. Si proprius ſit annoru
numerus ad ſtella cujuſq; diſtantiā. Quod ſic ex-
plicat, ut tres anni ſint Saturni, quinq; Veneris,
ſeptem Martis, oſto Mercurii, novē Jovis, tre-
decim Lunæ, decem & oſto Solis, οἷον ἔτως, τὰ
μὲν ἑπτὰ εἶναι ἡ, τὰ δὲ πέντε ♀, τὰ δὲ ἑπτα ♂, τὰ οὐὼ
♀, τὰ δὲ ἑννεα ♄, τὰ δὲ τεττα ὀδεκα ☿, τὰ δεκά-
οι ☼. Hephæſtion autem Climacteres diſ-
poſuit pro ratione Decanorum qui ſunt Ho-
roſcopi

roscopi in unoquoque signiferi Zodio terni, denas singuli partes in signo occupantes. Qui illis horoscopatibus nati sunt, tot habere Climacteres feruntur. Verbi gratia, primi Decani Arietis in Horoscopo positi, decem sunt Climacteres, secundi, duodecim, tertii pariter duodecim. Notavimus jam supra omnes eos Climacteres ita in omnibus Decanis numerari, ut nulli bini continenter juncti reperiantur. Quod patebit ex ipsa eorum καὶ χαφῆ quam inferius subjungemus. Unde & nomen Climacteris sive Climacterici anni ab intervallis graduum scalæ dictos esse in principio hujus operis conjiciebamus. Sic in Catalogo Climacterum Critodemi quo Climacteres numerantur secundum Ἀλγίστης planetarum qui suos singuli Climactericos circulos fortijuntur semper intervallum ponitur inter singulos Climacteres. In Saturni Climacteribus trium semper annorum est Ἀλγίστης, in Veneris, quinque: in Martis septem, & ita de aliis ut supra scriptum est. Sed conjecturam hanc non illi prætulero sententiæ quam paulo ante exposuimus, quæ τὸ κλιμακίῃσιν idem omnino esse quod κλιμασίω, à κλιμάζω quod est inclino vel inverto, & torqueo. A verbo enim κλιμάζω, futurum κλιμάξω. Doricum pro κλιμάσω, unde κλιμάξ. Præteritum simul passivum κεκλίμασμαι pro κεκλίμασμαι, & κεκλίμακται, ex quo factum

κλιμακτὴρ inclinator, & ipsuvnator. Cæterum Climacterici illi Decanorum sive Horoscoporum quales ab Hephæstione digesti sunt, veluti Horoscopici Climacteres intelligendi, ut alii dicti sunt κληρικὶ κλιμακτῆρες, videntur à Sorte Fortunæ ita appellati. Qui κληροτύχης alter est Horoscopus, & quidem noturnus, cum Horoscopus sit etiam velut κληρογενιτῆρ γενιτῆρ sed diurnæ, ut ex Ptolemæo clarum est & ejus anonymo Scholiaste. Alio tamen modo illi κληρικὶ Climacteres procedunt, atque hi ὠροσκοπικὶ vel Δεκανικοί. Nam magis καθολικὴ & πλατικὴ eorum est consideratio quam istorum. In illis quippe hoc solum spectabatur, ut essent κλιμακτῆρες κληρικὶ, quæ loca ex δωδεκατέτρῳ Sortis Fortunæ malevolum aliquod sidus præsentia sua aut radiis pulsaret. Quæ πλατικὴ plane est Climacterum θεωρία, & simplex, de qua jam diximus. Ita novem fiebant Clerici Climacteres. Non enim plura loca in Sortis Fortunæ δωδεκατέτρῳ, stella malefica, ut Climacterem efficeret, poterat respectare, aut in iis εἶσιν habere. Rationem supra reddidimus. Ex eo septimus, nonus, quintus, decimus, quartus, undecimus, tertius, duodecimus, & secundus annus fiebant Climacteres κληρικὶ. Non plures erant istis. In Horoscopicis Climacteribus, cum triginta sex in toto circulo Zodiaci essent Decani, & in singulis signis terni,

terni, unusquisque Decanus plures Climacteres faciebat cum genesin horoscoparet. Minus *πλαπὴ* hæc ratio Climacterum quam illa *ἡ κλήρα τῆς τύχης*. Accuratio quippe exactiorque est & magis paritilis. Qui minimum habent numerum, sex Climacteres eis adscribuntur, qui maximum, tredecim. In medio alii septem habent, alii octo, alii novem, alii decem, alii undecim, alii duodecim. Plures sunt quibus novem aut decem assignantur. Unus tantum sex habet, nempe tertius Leonis Decanus, duo vero tantum tredecim. Qui eundem Horoscopum habent in genitura sua Decanum, non habent tamen eosdem Climacteres. Sed nec illi omnes Climacteres qui uni Decano Horoscopanti tribuuntur in eandem genesin competunt. Cum enim singuli Decani denas partes in unoquoque Zodiaci signo obtineant, idem ille Decanus Horoscopus *πλαπῶς* sumptus ὥρο-
ρετῇ omnes qui nascuntur in illis decem partibus unius signi vel primis vel mediis vel postremis. Ut enim primus Decanus primas denas partes occupat, secundus secundas denas, ita tertius tertias denas. Platica vero est illa Climacterum observatio qua dicitur, qui primum, verbi gratia, Decanum Arietis Horoscopum habuerit, Climacteres illi erunt, sicut ab Hephæstione notatum est, quartus annus, nonus, duodecimus, vigesimus pri-

mus, trigesimus tertius, quadragesimus secundus, quadragesimus nonus, quinquagesimus secundus, sexagesimus quartus & septuagesimus quartus. Quotquot nascentur in primis decem illis partibus Arietis quibus præsidet primus Arietis Decanus, habebunt quidem eundem illū Decanum *ὁροσκοπιῶται*, non tamen omnibus iidem erunt Climacteres quot primo illi Decano attribuit Hephæstion. Sed alius habebit quartum, alius nonum, alius duodecimum, & alii unum ex illis qui sequuntur in dinumeratione superscripta. Qui enim in prima parte Decani primi gignetur, non poterit partiliter eundem habere geneseos Horoscopum cum eo qui in secunda vel tertia vel quarta vel alia qualibet ex decem primis partibus quæ uni Decano subjacent. Ergo nec eosdem Climacteres habituri sunt in prima parte Arietis nati & in decima, vel alia quacumque in medio horum numerorum posita. Non enim possunt iidem incidere Climacteres in genesi *ὁλογεράς* per signa aut Decanos collecta, & in illa quæ *ἐξ μοίρας* supputabitur. Ideo docent hujus artis auctores longe aliam esse rationem in genesibus ex *αὐτοψία* collectis & in illis quæ ex auditu tantum explorantur. Exactius quippe computatæ alios dant Climacteres quam quæ *παχυμεράς* indagantur. Valens de exemplis geniturarum à se propositis,

αὐτῇ

αὐτῇ αἱ ἡμέραι δεδοκίμασθαι ἐξ αὐτοψίας
 περικλυταί. εἰ δέ τις ἐξ ἀκοῆς θέλει δοκιμάζειν λα-
 βὼν τὴν ἡμέραν, Διαψάλλεσθαι τὴν ἀγωγὴν,
 ὥστε ἑτέροι ἢ κλιμακτῆρες σημαίνονται, ὅταν κα-
 τοποιῇ χρόματ' ἢ μαρτυρίας χρόν' σινδρί-
 μη. Atque hæc quidem genitura à nobis propoſita
 ſunt ex αὐτοψία comprobata. Si quis enim ex au-
 ditu velit geneſin acceptam explorare, ratio eum fu-
 giet, & alii Climacteres ſignificantur cum malefici
 ſchematis vel teſtimonii tempus concurrir. Idcirco
 non ſolum in geneſibus hominum ſi quæ ex-
 quiſitius & partiliter ponebantur, ſed etiam
 in urbium Thematibus partes ſignorum, &
 minuta partium notari ſolebant. Exemplum
 ex geneſibus civitatum quæ ab antiquis Ma-
 thematicis Græcis collectæ ſunt unum affe-
 ram urbis Conſtantinopolis. Multi enim
 celebriorum Mathematicorum ſub Conſtan-
 tino vixerunt, ut Valens, Hephæſtion, Firmi-
 cus & alii.

Thema Conſtantinopolis.

- in Piſcibus p. 12. m. 21.
 α in Geminis p. 15. m. 29.
 η in Libra p. 19. m. 30.
 ιλ in Sagittario p. 15. m. 27.
 ♂ in Sagittario p. 9. m. 59.

Ll 3

♀ in



♀ in Ariete p. 21. m. 36.

♀ in Ariete p. 5. m. 19.

Hor. in Cancro p. 17. m. 21.

M.C. in Piscibus p. 23. m. 9.

Aliarum plurium urbiū geneses apud eos reperi dispositas, sed hæc sufficit. Apud eisdem Genesis sive Thema Mundi inveni sine ulla partium signorum mentione hoc modo.

Γένεσις κόσμου.

☉	Λέοντι
♈	Καρκίνω
♊	Αιγέρωτι
♋	Τοξότη
♌	Σκορπίω
♍	Ζυγῷ
♎	Παρθένω
♏	Καρκίνω

Mundi Thema dicitur Firmico, & eodem modo dispositum nisi quod Solem non in Leone fuisse ait, ut hic Græcus, sed in Ariete. Et melius quidem. Ut enim cæteri planetæ in suis

suis domiciliis in eo Themate constituti
 sunt, ita certum est Solis etiam domicilium
 esse Arietem. Partes etiam signorum adscripsit
 Firmicus quas Græcus auctor omisit. Om-
 nes autem Planetæ cum natus est Mundus in
 quinta decima parte sui quisque signi consti-
 tuti fuere. Constituerunt Solem inquit, in Arie-
 tis partem decima quinta, Lunam in Cancri par-
 te decima quinta, & ita de aliis. Multum igi-
 tur refert ad genituræ exactam collectionem
 ipsas etiam partes signorum adscribi & minu-
 ta partium in quibus Planetæ constiterint ho-
 ræ genitalis tempore. *Μοιρολογίας* hæc dice-
 batur quæ non *παχυμεγῶς* nec platice per Si-
 gna vel Decanos collecta esset, sed per partes
 signorum. Vox hæc perperam degeneravit
 apud Firmicum in *μυρολογίας*. Lib. III. cap. I.
 ubi citat librum Æsculapii inscriptum fuisse
μυρολογίῃσιν, in quo nempe tractabat de ge-
 nituris partiliter collectis. In eo etiam po-
 suerat mundi Thema similiter per *μοιρολογί-
αι* constructum. Inde enim se accepisse testa-
 tur idem Firmicus ibidem. *Mundi itaque*
inquit, genituram hanc esse voluerunt, secuti Æ-
sculapium & Anubium quibus potentissimū Mercurii
numen istius scientiæ secreta commisit. Et paulo post
meminit Libri Μοιρολογίας inscripti qui aucto-
rem habuit eum Æsculapium. Ita enim scribit
post enarratam mundi genesis dispositionem,
Secundam hanc itaque genituram, & secundum hæc

condiciones stellarum, & secundum testimonia quæ huic genitura perhibent, & secundum istas rationes, etiam hominum volunt fata disponi, sicut in illo libro Æsculapii continetur qui *μοιρογνώσις* appellatur, prorsus ut nihil ab ista Mundi genitura in singulis hominum genituris alienum esse videatur. Ergo ut Mundi Thema per *μοιρογνώσιν* collectum fuit, partibus nempe signorum in quibus stellæ positæ fuerint natalis horæ tempore enotatis, ita vult & hominum geneses partiliter quoque disponi. Hoc *μοιρογνώσις* non *μυρογνώσις*. Quod nomen similiter apud eundem corruptum est lib. VIII. cap. XVIII. ubi Apotelesmata enarrat *μοιρογνώσεων*, idest omnium signorum vires, secundum partes suas. Sed videtur ibidem *μοιρογνώσιν* proprie dictam putare cum etiam minuta partium singula notantur, ut in Themate Constantinopolis supra propositi vidimus. Sic enim scribit: Nunc autem ad sequentes partes Sphæræ Barbaricæ omnem tractatum transferam, qui *μοιρογνώσιν* ex aliqua parte imitatur. Quidquid enim *μαερογενέσις* de singulis minutis pronuntiat, hoc nos de singulis partibus faciemus. Atqui liber Æsculapii cui titulus *μοιρογνώσις* fuit, de singulis partibus signorum tractabat in genitura cujusque perspicuendis, non de partium minutis. In eo & Thema Mundi per *μοιρογνώσιν* computatum descripserat, non minutis partium, sed partibus tantum signorum adpositis, in quibus constitui

tuti essent planetæ. Μοιροχῦεις autem ut μοιροθεσία. Sic enim dicitur cum non solum signū ponitur in quo Planeta sit in hora genitalli, sed etiam ipsa μοῖρα signi. Geneses ita collectæ καὶ μοιροθεσίαν, dicuntur μοιροχῦεις. Scalliger qui bona fide *Myriogenesis* appellationem agnovit, non parum hallucinatus est. μοιροχῦεις igitur est cum omnium in unoquoque signo partium vires & Apotelesmata describuntur, à prima usque ad tricesimam. Quæ Firmico explicantur lib. viii. de Apotelesmatibus Sphæræ Barbaricæ. Posset tamen fortasse melius scribi *Moriogenesis* idest μορσιοχῦεις, ut nec de partibus signorum id proprie intelligatur, sed de partibus partium idest minutis, μόριον autem minus est quam μοῖρα & interdum pro eo quod λεπτόν dicitur usurpari solet, quamvis etiam & pro μοῖρα sæpe ponatur. Et sane ipse Firmicus significat illud nomen *Myriogenesis* proprie factum esse de singulis minutis, quod ipse ad singulas partes transtulit. Non solum autem qui exactiores in arte subtilius tractanda videri volebant ἡγεθλιασμοί, quo in dodecatemorio esset stella posita intuebantur, aut in qua parte dodecatemorii, sed etiam in qua partis cuiusque parte sexagesima, quod λεπτόν vocabant & ἐξηκοσύν. Origenes apud Eusebium lib vi præparationis Evangelicæ, φασὶ πῶντοι οἱ παρὰ ταῦτα διανοοῖ τὸ μέλλοντα τὰ καὶ πάλιν ἡγεθλιασμοὺς ἀληθεῶς

καταλαμβάνειν, εἰδέναι ἔ μόνον τὸ ἥ ποσα δωδεκα-
καίημορεια εἰσὶν ὁ καλέμην αἵτηρ, ἀλλὰ καὶ ἡ
ποιὰς μοίρας ἔ δωδεκαίημορεια καὶ ἡ ποία ἐξηκο-
ς. Dicunt eum qui artem callent, ei qui velit Ge-
nethlialogitam vere percipere, non solum scien-
dum esse in quoto Dodecatemorio positus sit Planeta
& in qua parte Dodecatemorii, sed & in qua par-
tis parte sexagesima. Subjungit ibidem qui vel-
lent exactissimam rationem tenere quæ ad ve-
rum perveniatur in ea scientia non solum sin-
gula minuta sed minutorum sexagesimas par-
tes cujusque signi investigasse, οἱ ᾧ ἀκρεβέσ-
τοι, inquit, καὶ ἡ ποία ἐξηκος ἔ ἐξηκος, καὶ τὸ
Φασὶ δὲ πρὸς ποιῆν ἐφ' ἑκάστον τ' ἀπλανωμένων ἐξετά-
ζοντα ἢ ἄριστον τι πρὸς σὺν ἀπλανεῖς. Qui ex-
actius rem volunt pensitare, & in qua sexagesima
sexagesima posita stella sit inquirunt. Et hoc fieri
oportere dum exploratur in quali situ & figura er-
rantes cum inerrantibus sese habeant. In ipso Ho-
roscopo investigando & recte ponendo quem
ἀνατολικὸν ὀρίζοντα appellant, non solum vi-
dendum esse ajunt quod signum in Ho-
roscopo sit constitutum, aut quæ pars signi,
sed etiam qualis prima sexagesimæ partis pars
aut secunda. πρῶτα & δεύτερα ἐξηκοσὰ appel-
lant. Πάλιν αὖ ἢ τὸ ἀνατολικὸν ὀρίζοντα δεῖ-
σι φασὶν ἰδεῖν, ἔ μόνον τὸ δωδεκαίημόριον ποῖον ἢ
ἐπ' αὐτὸν, ἀλλὰ & τ' μοῖραν καὶ τὸ ἐξηκοσὸν τ' μοί-
ρας τὸ πρῶτον, ἢ τὸ δεύτερον. An μνησθήσεαι δι-
δατα est quæ colligeretur per hæc minuta mi-
nuto-

nuto-

nutorum quasi *μυριοστὰ μόρια*? Sed caret ratione ut hæc *μυριοχῶεις* appellata sit. *μοροχῶεις* potius fuit, aut *μοιροχῶεις* quæ per signorum singulas partes expenditur. Nam & *μόριον* pro momento sumitur. Præterea Firmicus etiam hoc nomine appellavit, quæ de singulis partibus signorum pronuntiat. Quæ non potest esse *μυριοχῶεις* sed *μυριοστοχῶεις*. Partes singulas signorum *μονομοιρίας* Græcis vocari putavit Scaliger ad Manilium non uno loco. Et disertissime ad lib. v. ubi enarrat *monomariarum ascendentes in singulis signis*. Ubi *μονομοιρίας* videtur omnino appellasse singulas partes signorum. Sed aliud erat *μονομοιρίας* Græcis Astrologis sive Ægyptiis. Sextus Empiricus contra Chaldaeos notat *μονομοιρίαν* ab iis appellari nonum ab Horoscopo locum, idest *τὸ ἀπὸ κλίμα* vel *τὸ πρὸ ἀγίου ἔμεσθενήματος*, quam & *κάτω μεθίδα* & *θεὸν* etiam nominabant. Sed in alia significatione *μονομοιρίαν* etiam usurparunt, non tamen eo sensu quo voluit Scaliger pro singulis signorum partibus. Cum enim tradat Græcus Scholiastes Ptolemæi eum *τὰ ὅρια ἐπὶ τὴς δεκανῆς ἢ τὰς μονομοιρίας ἐδωδεκαήμερια* vanitatis redarguisse, quia naturali ratione non nitebantur, non potest videri partes signorum in genibus repudiassse. Ita enim scribit ad lib. iiii. Tetrabibli. *ἤδη ἐν τοῖς φθιάσασιν ἐλεγξεν ὅρια ἢ δεκανῆς, καὶ μονομοιρίας, καὶ δωδεκαήμερια*. Locum intelligit

git ex lib. 1. cap. xix. ubi tractat de finibus
 τοῦ ὁρίων. Cum explicasset differentias ra-
 tionis Chaldaicæ & Ægyptiacæ in partibus
 signorum per Trigona & ὅρια dividendis,
 addit & nonnullos in plures item partes ejus-
 modi οἰκδοεσποτίας finium segmenta divisisse,
 τόπος καὶ μοίρας ὀνομάζοντες, *Loca & partes.*
 Locorum appellationem explicat de Dode-
 catemoriis sic vulgo dictis. Nihil aliud autem
 erat quam δωδεκατημόριον ἢ δωδεκατημορίαι,
 hoc est, partes duæ cum semisse. Cum enim
 tricenæ partes sint in singulis Dodecatemo-
 riis sive signis, duodecima pars, hoc est δω-
 δεκατημόριον harum tricenarum partium, duæ
 sunt partes cum dimidia. Duo quippe duo-
 decies ducta viginti quattuor faciunt. Hæ duæ
 sunt partes sive duo Dodecatemoria, quibus
 si addideris dimidiam partem Dodecatemorii
 hoc est sex, duæ inde partes exeunt cum se-
 misse. Incipientes ergo à Dodecatemorio in
 quo erat stella constituta, sequentibus in ordi-
 ne signis dominatum earum partium dabant.
 Dorotheus & Ægyptii ita Dodecatemoria
 colligebant. Cum vellent Dodecatemorion
 cujuscunque stellæ quærere, partē eam quam
 obtinebat duodecies computabant, & quot
 erant dividebant, & tricenae singulis signis
 reddebant, ab eo signo incipientes in quo
 erat stella cujus Dodecatemorion erat inve-
 niendum. Et in quodcunque signum ultimus
 dume-

numerus defuisset, Dodecatemorii partem ostendebat. Exempli gratia sit Sol in Arietis parte quinta, & minuto quinto, duodecies quinque faciunt partes sexaginta. Item duodecies quinque minuta, faciunt sexaginta, h. e. unam partem. Una & sexaginta sunt partes. Ex his tricenæ dandæ sunt Arieti, in quo Sol est. Tricenæ sequenti Tauro. Restat una danda Geminis. In prima parte Geminorum Solis erit duodecatemorion. Hæc Dorothei fuit sententia, tricenæ partes dantis singulis signis ad perquirenda Dodecatemoria. Alii, ut Ptolemæus ibi notat, partes duas cum semisse singulis signis tribuentes idem efficiabant. Nam duæ partes cum semisse eandem habent rationem cum triginta partibus. Duæ quippe partes cum semisse Dodecatemorion est, sive duodecima pars tricenarum. Per has duas partes cum semisse ita Dodecatemorion stellæ inveniebant. Nam inspicientes quotam signi partem Luna obtineret, ab ea dividebant duas partes cum dimidia & singulis signis sequentibus eas reddebant, & in quod signum ultimus numerus venisset, ibi ponebant stellæ Dodecatemorion. Exemplo id manifestum faciemus. Pone Lunam esse in decima tertia parte Arietis, dabo Arieti partes duas cum dimidia, Tauro duas cum dimidia, Geminis totidem, Cancro totidem, & totidem Leoni. Sunt duodecim
 cim

cum partes cum dimidia. Restat dimidia danda Virgini. Ergo Lunæ Dodecatemonion erit in Virgine. Optime & clare explicat quid sit δωδεκατημόριον Hephæstion his verbis, Καλῶσιν δωδεκατημόριον ἐκάστω ἀστέρῳ εἰς ὃ αὐτὸ ζώδιον ἐκπέσῃ αἱ ἑμοιρῶν αὐτῆς πούτης δωδεκάκις γινομένη καὶ ἐκβληθεῖσα ἀπ' ἧς ἔχῃ μοίρας εἰς τὰ ἐπιμέμρα ἑ ζωδίων, ἐκάστω τῶν λογισμῶν ἡμῶν μοίρας τεύχοντα. Vocant Dodecatemonion cuiusq; stella in quod signum ceciderit quantitas partium ejus duodecies ducta, & numerari cœpta ab ea quam possidet parte in consequentia signorum, si singulis tricenae partes adnumeremus. In his Duodecatemoniis totam se posse gemituræ substantiam invenire credebant auctores, & quidquid in decreto celatur ex iis prodi. Maximi quoque momenti esse Dodecatemonia canit Manilius his versibus,

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam,

Et tantum Grajo signari nomine passam,

Dodecatemonia in titulo signantia causas.

Ubi & rationem eandem esse dicit eorum δωδεκατημορίων sive tricenæ partes tribuantur singulis signis, sive in bisseñas partes dividantur, unde binæ partes cum dimidia unicuique signo dentur.

Nam cum tricenae per partes sidera constant,

Rursus bisseñis numerus deducitur omnis :

Ipsa igitur ratio binas in partibus esse

Dimidiasque docet partes.

Non

Non igitur hæc fuit peculiaris computatio Ptolemæi, ut ejus interpretes voluit, sed antiquorum Ægyptiorum & ipsius Dorothei. Nam ipse Ptolemæus ut vana & futilia rejecit τὰ δωδεκατημόρια, nec minus μονομοιρίας. Hoc vocabulum apud eum non extat, sed sub nomine μοιρῶν de hac re intellexit, cū dixit πόπης καὶ μοίρας ab iis nominari qui partem signorum per minutias secarent, per πόπης τὰ δωδεκατημόρια ab his intelligi docuit, per μοίρας vero τὰς μονομοιρίας. Ita enim Scholiastes eum interpretatus est, πρὸς μονομοιρίας. Eas Ptolemæus μοίρας inter αἰλόγας τάξεις numerat & sic explicat, μοῖραν ἣ ἐκάστω πρὸς αἰπ' ἀρχῆς ἐκάστω διδόντες τ' αἰτέρων ἀπολαύσας τῇ τάξει τ' χαλδαϊκῶν ὁρίων. Ordinem Chaldaeorum finium supra exposuimus. Scholiastes sic interpretatur, ὥστε καὶ οἱ χαλδαῖοι τῇ τάξει τ' τεργίωνων ἐπόμενοι τὰ ὅρια ἐμέλουν τ' αὐτὴν τεύπον καὶ Αἰγύπτιοι τ' μονομοιρίας. Eodem modo quo Chaldaei sequentes ordinem Trigonorum, fines dividebant, ita Ægyptii monomæriis. Hoc velle puto. In singulis finibus sive ὁρίοις planetarum, cum planeta cujus est ὅριον totum eum dominatum habeat, in eo tamen ὅριον partes suas dari aliis planetis. Hoc perpetuum fuit in veterum Astrologia ἡγεθλιακῇ. Signum Arietis cum tricenas partes habeat, non tamen omnes possidet, sed prima pars ejus dicitur, secunda Tauri, tertia Geminorū

&c

& ita deinceps. Sextus, ἔμοι ἢ καὶ ἕκαστον ζώδιον
 ὡς δωδεκατημόρια διελόντες τῇ αὐτῇ σχεδὸν ἐφό-
 δα χρωμένω οἷον ὅπῃ κελῖ τὸ μὲν πρῶτον δω-
 δεκατημόριον αὐτῷ κελόντε καλῶσι καὶ ἄρρεν,
 τὸ δευτέρου ταῦρον ἢ καὶ θήλυ, τὸ ἦ τρίτον διδύ-
 μους τε καὶ ἄρρεν καὶ ὅπῃ τ' αἰχλίων μοιρῶν ὁ αὐτὸς
 λόγος. Dodecatemoria hæc sunt τ' δωδεκα-
 τημορίων. Singula signa duodecimæ sunt par-
 tes Zodiaci circuli, quæ cum in trigenas tri-
 buantur ipsa partes, eorum Dodecatemoria
 id est duodecimæ partes, binis partibus
 & dimidia constant. Ut duodecim sunt signa
 in Zodiaco quæ δωδεκατημόρια ex eo vocan-
 tur, ita ipsorum signorum duodecim quoque
 sunt δωδεκατημόρια, id est duodecimæ partes.
 Ergo in singulis Zodiis sex sunt partes ma-
 sculinæ & sex fœmininæ. Duæ primæ cū di-
 midia sunt masculinæ, duæ secundæ & dimi-
 dia fœmininæ, & ita de reliquis. Alii ἐν παρ' ἐν
 masculinas & fœmininas partes computa-
 bant. Quidam etiam δωδεκατημόρια de singu-
 lis partibus usurparunt. Longe diversa divisio
 masculinarum & fœmininarum partium in si-
 gnis apud Firmicum extat lib. iv. cap. xvii. Ex
 qua divisione centum nonaginta sex sunt par-
 tes masculinæ, & centum sexaginta tres fœ-
 mininæ, cum in aliis divisionibus quas ante
 memoravimus totidem sint numero masculi-
 næ quot fœmininæ. Ex illis partibus quorum
 esset mascula genitura, & quorum fœminea,
 digno-

dignoscebatur. Mascula quoq; signa per se & fœminina συνεργὸν ἔχον φύσιν credebant πρὸς ἀρσενολογίαν ἢ θηλυλογίαν. In uno itaque signo omnium signorum appellationes & vires collocabant. Nam duodecim cujusque signi δωδεκατημόρια duodecim Zodiacorum nominibus signabantur. Eodem modo & cum in Decanos tres singula signa distribuissent, ipsi Decani singulis stellis erant attributi. Primus Decanus Arietis Marti erat deputatus, secundus Soli, tertius Veneri. Primus Tauri, Mercurio, secundus Lunæ, tertius Saturno. Primus Geminorum Jovi, & ita deinceps per omnia signa usque ad trigessimum sextum & ultimum Decanum qui tertius est Piscium, & Marti dicatur ut primus. Ita in Chronocratoriis sive temporum divisionibus, cum una stella dominium temporis vel αἰφύσεως accepisset, decennii puta vel alterius periodi majoris aut minoris, omnes in eo spatio stellæ partem suam sortiebantur, sicut supra demonstratum est. In domiciliis pariter planetarum cum singula signa sub unius planetæ οἰκοδεσποτία essent posita, nihilominus reliqui εἰσα sua sive fines in eo signo in quo domiciliū & dominium fuit alterius accipiebant. Minutiore adhuc divisione, singula εἰσα & Trigona quæ ab uno generali planeta possidebantur, per μονομοιρίας reliquis planetis dividebantur. Hoc est quod voluit

Ptolemæus & ejus Scholiastes Anonymus.
 Sed dicit id factum in ea *ορίων* divisione
 quam per Trigona instituerunt Chaldæi. *ἀνθ-
 λώως τῇ τάξει τῶν χαλδαϊκῶν ορίων*. Anony-
 mus interpres, *ὥστε οἱ χαλδαῖοι τῇ τάξει τῶν
 ορίων ἐπόμην*. Dicit ibidem unicuique stel-
 læ ex partibus quas accipiebat *καὶ πλὴν τῆς
 ἐφεξῆς τῶν ζωδίων καὶ καὶ πλὴν τῆς οἰκθδεαπο-
 λίων*, partem unam fuisse traditam, *ἐκάστῳ ἀστὲρι
 παρῆχον μίαν*. Exempli gratia: In Trigono
 primo Arietis, Leonis & Sagittarii, Sol habet
 partes tres, Juppiter quinque, Venus quin-
 que, Luna quattuor, Saturnus quattuor, Mer-
 curius quattuor, Mars quinque. Sunt triginta
 partes. Ita Chaldæi has finium partes per
 singula Trigona distribuebant. Ægyptii vero
 eas distribuebant per *μονομοιρίαις*, unicuique
 planetæ unam partem tribuendo hoc modo,
 Soli unam, Jovi unam & ita cæteris in or-
 bem, donec trigesima pars in Lunæ *μονομοι-
 ρία* clauderetur. Hæ sunt *μονομοιρίαι* Veterum
 Ægyptiorum per quas Trigonorum fines
 computabant, longe alio scilicet modo quam
 ipsi Chaldæi. Diserte quippe Anonymus in-
 terpres dicit quemadmodum Chaldæi secun-
 dū ordinem Trigonorum fines planetis divi-
 serunt, ita Ægyptios hoc idem fecisse *τῶν μονο-
 μοιρίαις*. Nullæ igitur, ut Scaligero placuit,
μονομοιρίαι signorum pro partibus eorum
 singulis quas & in generibus observabant,
 qui-

quibus ideo nomen fecerunt *μοιρολογήσεων* quod per *μοιροθεσίας* signorum observarentur. Mirum tamen est tam apud Valentem quam alios quos legi Astrologos geniturarum exempla extare in quibus partes signorum notatæ non sint. Simpliciter enim dicitur in illis aliquis natus, Sole, Jove & Marte in Cancro, Luna in Libra, Saturno in Sagittario, Venere & Mercurio in Leone, Horoscopo in Geminis. Ita de aliis quæ concipiuntur, sine ulla mentione partium signorum. Ex quibus colligere est non partiliter sed signiliter conspectus & configurationes stellarum perquirere sæpe consuevisse antiquos Genethliacos, *ζωδιακῶς & μοιρακῶς*. Nam si partiliter non platica observatione *ὅτι σχηματισμὸς τῶν αἰσέρων* in illis Genesibus disponendis perpendissent, de parte signi in partem signi fuissent explorati, non de signo in signum. Atqui ut supra docebamus, differentia est integri signi inter partilem & platicam conspectuum rationem. Et sane hanc *ζωδιακὴν σχηματισμῶν* observationem Porphyrius in *Isagoge*, vulgo Mathematicorū receptissimam fuisse testatur ut vix alia uterentur. Ideo & *κοινὴν* appellat & *καθολικὴν*. Sic enim scribit in eo capite ubi tractat de Trigonis, Tetragonis & Diametris, *ἢ ἢ τρίτη ἐστὶν ἡ ζωδιακὴ, ἡ κοινὴ, ἢ καθολικὴ, καθ' ἣν πάντες πλανώμεθα*. Tertia est signilis, & communis ac generalis, in qua omnes erramus. Quo-

modo erronea sic explicat. Sæpe, inquit, cum Sol in Leone est circa partem primam, Jove consistente in Sagittario circa partem quintā, dicitur Juppiter Trigonus esse cum Sole, qui quinto signo ab eo distat, quod Trigonum est signile, cum verum ac partile trigonum centum ac viginti tantum partes teneat, idest quattuor signorum spatium. Nam centum & viginti triplicata efficiunt cccxx partes, idest omnium signorum ambitum. Ergo cum Sol in prima parte Leonis invenitur, cum eo vere Trigonus esse non potest Juppiter, nisi in ultima parte Scôrpîi vel prima Sagittarii αἰὼν habeat. Quidquid ultra extenditur, vires ac potestatem; sed & nomen Trigoni perdit. Ergo cum Saturnus in quinta parte Sagittarii reperitur nulla conjunctione cum Sole existente in prima Leonis parte sociatur, sed ἀργὸι sunt invicem. Porphyrii verba hæc sunt, & ita quidem legenda. Πολλάκις γὰρ ἡλίος ὄντι ἐν λέοντι πρὸς μοῖραν α', τῆδε διὰς ὄντι ἐν τῷ πεζότη πρὸς μοῖραν ε', ἐφαύθη τὸ τρίγωνον διὰς πρὸς ἡλίον, οἱ γὰρ ἀργὸι πρὸς ἀλλήλους ἐξημαλίσθησαν, ἔπε γὰρ πλῶλίκως ἐντὸς τῆς ἑκ' μοίρας καθεστήκασιν ἔπε χρονικῶς ἐντὸς τῆς ἑξήκων πελυχήκασιν, ἔπε μὴν ἀναφορικῶς ἐντὸς τῆς ἑκ' μοίρας. Sed falsus est cum dixit ἔπε πλῶλίκως ἐντὸς τῆς ἑκ' μοίρας καθεστήκασιν. Neque plasticè intra centum & viginti partes constiterunt. Nam πλῶλίκως ἐξημαλίσμας idem cum ζωδιακῷ, ut supra ostendimus, & differt

differt à *μοιρικῶ*. Tres eo loco differentias *χηματισμῶν* observationis explicat, *ζωδιακὴν*, *χρονικὴν*, & *μοιρικὴν* sive *ἀναφορικὴν*. Ubi *ζωδιακὴ* eadem est cum *πλανητικῇ* & utraque alia à *μοιρικῇ*. Sed parum est quod affert Porphyrius de parte prima Leonis usque ad quintam Sagittarii ut errare doceat vulgus Mathematicorum, qui Trigoni virtutem eo usque extendebant quæ intra centum ac viginti partes consistit. Nam secundum illam signilem *ζωδιακὴν* Trigoni rationem, virtutem ejus & appellationem usque ad centesimam & quinquagesimam partem porrigebant, hoc est usque ad ultimam Sagittarii quæ vix ultra ultimam Scorpii ire debuit. Cum igitur hanc conspectuum *ζωδιακὴν θωρείαν* observarent Mathematici in constellationibus geniturarum colligendis, ideo nec partium in signis mentionem faciebant. Quod facere debuissent si partilem sequuti essent rationem. Partes tamen signorum singulæ scorsim & per se perspectæ magni esse momenti ducebantur ab illis Aretalogis ad fata geneſeon indaganda. Inde nata speculatio *ποχιαυτ*, i. e. *βλαπτικῶν*, & *ἰνποχιαυτ*, bonarum & malarum, *πλεναυτ* & *εὐαυτ* *πληρῶν* ἢ *κενῶν*, *splendidaυτ* & *obscurauτ* *λαμπρῶν* ἢ *σκιερῶν*. De his Porphyrius in Isagoge tradit, *τὰς λαμπρὰς καὶ σκιερεῖς ἢ ἀμυδρὰς μοίρας ἢ μικρὰν ἔχον ἐνέρεαν* prout in his vel illis stellæ locatæ fuerint.

In Ariete Hephæstion notavit has esse splendidas partes, tertiam, decimam nonam, sextam ac vigesimam, & trigessimam. Εἰσὶν οὖν, inquit, αἱ τὰς λαμπραὶ μοῖραι, τρίτη, ὅντα καὶ δεκάτη, ἑκτὴ καὶ εἰκοτὴ, τριακοτὴ. Ergo cum istas solas λαμπρὰς referat, reliquæ omnes σκιερὰὶ & obscuræ. In aliis omnibus signis quæ partes luminosæ sint recenset. Sed hoc non agimus ut pluribus ista hic persequamur. De plenis & vacuis habet Firmicus lib. iv. cap. xvi. ubi quanta sit earum potentia explicat. Nam Fortunæ locus aut genituræ Dominus quamvis alias in opportunis locis positi fuerint, si tamen plenas partes non possederint signorum, perdunt vires suas: si in his collocati sint, omnia decreta sua incorrupta servant potestate. Plenas illas partes interpretatur signorum quos Decani occupant, vacuas quas illi quasi desertas & nudas reliquerint. In Ariete primus Decanus quinque obtinet & facit plenas, secundus quattuor, tertius quattuor. Tredecim igitur partes in Ariete plenæ sunt, reliquæ vacuæ. Vide apud eum de reliquis quæ tamen in vulgaris non sincere expressa sunt. De noxiis & malis signorum partibus tractat Manilius lib. iv. Ubi dicit non satis esse Decanos in signis observare ad nascentiū mores intelligendos, sed etiam partes eorum proprias esse spectandas, ut quæ cuique insita sit virtus noscatur. De

Deca-

Decanis cum ante exposuisset, subjungit hæc verba:

Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.

Nec satis est signis dominantia discere signa

Per denos numeros, & qua sint insita cuique,

Sed proprias partes ipsas spectare memento.

Idest proprias partes vel Decanorum vel signorum ipsorum, non μονομοιρίας, ut ibi interpretatur Scaliger, quæ aliud sunt. *Signis dominantia signa per denos numeros* Decani sunt, qui singuli denas partes in unoquoque signo obtinent. Hephæstion, ἐν ᾧ καὶ ἐκάτω ζωδιαῖς αὐφώσκει δεκανὲς καὶ δεκαμοιριάων ἀξίωμα. Firmicus, *Singula signa in tres partes dividuntur, singula autem partes singulos habent Decanos quorum singuli ex triginta partibus denas possident & dominium suum ac potestatem in decem partes exerunt.* Ex quibus planum est cur eos appellarit Manilius *dominantia in signis signa per denos numeros*, idest per denas partes. Signa autem sunt in signis, quia cum signa Zodiaci sint μορφώματα, & inde appellantur ζωδιαί, ipsi quoque Decani ζωδιαί sunt, & imagines sive signa, ut infra explicabimus. Non satis esse dicit igitur Decanos per denas partes in singulis signis dominantes perspicere, sed etiam proprias eorum partes esse spectandas. Nam & illæ virtute naturali pollent singulæ ad fata genituræ prænoscentia. Scaliger se non intellexisse locum illum Manilii, istis

adnotatis fateretur. *Veteres*, inquit, *Aegyptiæ* in portiones & momenta signa dividebant, easque particulas etiam signa vocabant, ut quedam quasi signa in signis essent. Hæc ἀνίστηναι sunt. Non videt Manilium de Decanis loqui. Partes signorum noxias in sequentibus exequitur. In Ariete tales numerat decem. IV. VI. XII. XIV. XVII. XVIII. XXI. XXIV. XXVI. XXVII. Et notandum est nullam in his partibus esse λαμπράν, sed omnes σκιεράς. Nam Hephæstion Arieti has λαμπράς solas donavit, III. XIX. XXVI. & XXX. Viderint quibus has nugas consecrari curæ erit, an plenæ cum splendidis & bonis partibus conveniant, & vacuæ cum noxiis. Nulla autem pars in signis fuit quin aliqua etiam μορφώσι insignita fuerit, cui & sua potestas decernendi in hominum genituris fuit. Primum tres Decani singulis signis deputati sunt, qui sunt totidem μορφώσις. Nam inde illis nomen. His Decanis attributi sunt & tres munifices sive administri, quos ἀστυργὰς nominarunt, & pro Numinibus etiam habuerunt, haud secus ac Decanos quos & θεὸς appellarunt. Firmicus lib. II. cap. V. Quidam hunc locum volentes subtilius explicare terna numina Decanis singulis applicarunt, quos munifices appellados esse voluerunt, hoc est Liturgos. Ἀστυργὰς. Sic enim ibi legendum ex scriptis exemplaribus, non ut vulgatur, Synergos. Glossæ, ἀστυργὸς, munifex. Ita ut per singula signa

signa novem possint munifices inveniri, ut terni munificibus Decani singuli praeferantur. Isti sunt quos ὡδνατέλλοντες aliter vocaverunt, quia cum signis simul oriententur, vel cum Decanis. Nam ὡδνατέλων est quod cum alio oritur vel juxta aliud sidus. Servius ad 1. Georgicon, Canem dicit *Paranatellonta* esse Cancrī, id est cum eo oriri. Sane videntur & clara sidera cum signis Zodiaci orientia ὡδνατέλωντων nomine appellasse. In Epistola Porphyrii ad Anebonem Aegyptium, ἡ δὲ ἄλλος θεὸς πλὴν τῶν πλανήτων λεγομένων, ἢ τῶν συμπληρουμένων τῶν ζωδιακῶν καὶ ὅσοι τέτοις ὡδνατέλλουσιν. Neque alios Deos praeter planetas dictos, & eos qui Zodiaci circulum implent, & qui cum iis oriuntur. Videntur & *Paranatellontas* appellasse proprie qui Decanorum erant administri & ἀστρονομοί, diversique censebantur à planetis & signis ipsis. Diodorus Tarsensis contra Fatum Genethliacorum, εἰ καὶ δόξαεν κατὰ φύσιν οἱ τῶν εἰμαρμένης ἐρχσται ὑπὲρ πάντων ὡδνατέλλοντες, οἱ τῶν ζωδίων καὶ τῶν πλανήτων εἰσὶν ἕτεροι, καὶ ἕτεροις τῶν χρόσεως ἀποτελέσμασι χαίρουσιν, ἕτεροι ἀλλήλοις πωάδουσιν. Idem alio loco ejusdem tractatus, εἰ γὰρ ἔδεν ἐκ τῶν χρόσεως, πῶς ἔδεις αἰσῆρ, ἢ πλανῆς, ἢ ὡδνατέλων, ἢ ζωδίων ταῦτα ποῖς ὁμοφυέσιν ἀλόγοις παρέχῃ; Si enim nihil extra genesin sit, quomodo nulla stella, non erratica, non paranatellon, non signum hac congeneribus brutis praeberet? Magnam igitur virtutem & potentiam

horum *Paranatellontum* in genituris esse crediderunt. Jungit eos cum Decanis Porphyrius in *Isagoge* cum hoc titulo, *καὶ τὰ τετρακοντα ἑξ δεκανῶν, καὶ τὰ τετρακονταπέλωντων αὐτοῖς προσώπων*. Ubi legendum est, *καὶ τὰ τετρακονταπέλωντων αὐτοῖς, καὶ προσώπων*. De triginta sex Decanis, & iis sideribus quæ cum illis oriuntur, & Personis. Alia enim προσώπα tam à Decanis ipsis quam à *Paranatellontibus*. Hi quippe sunt quos diximus ex Firmico λειτεργεῖς appellatos qui terni singulis Decanis sunt attributi, quibusque Decani præsunt. Ipse Porphyrius, *ἐπὶ κέντη ἡ τέταρτοι τοῖς δεκανοῖς οἱ εἰρημῆμοι ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ τετρακονταπέλοντες, ἔχουσι ἡ καὶ προσώπα τῶν ἐπὶ αἰσέρων, ἅπανα συμπάσης ἔχουσι πρὸς τὸν ὀπικημῆμας αὐτοῖς αἰσέρας*. Subjuncti Decanis illi quos diximus in *Zodiaco* circulo *Paranatellontes*. Habent & προσώπα septem erraticarum quæ consensionem habent cum impositis sibi stellis. Paulo post addit, tam Decanorum quam τετρακονταπέλωντων, atque προσώπων Apotelesmata explicari Teucro Babylonio. *Ἐγὼ κέντη ἡ καὶ τὰ δεκανῶν, καὶ τὰ τετρακονταπέλωντων αὐτοῖς, καὶ τὰ προσώπων τὰ ὑποπελέσματα τὰ τετρακονταπέλωντων αὐτοῖς βαβυλωνίῳ*. Videtur innuere dictos τετρακονταπέλωντας quod juxta Decanos orientur, vel cum ipsis. At Psellus qui ex eodem Teucro Babylonio eorum mentionem producit, ita dictos significat quod cum Zodiis sive signis *Zodiaci* orientur, *ὡς τὰ τετρακοντα*

Ἐβαβυλωνίᾳ βιβλίῳ πολλὰ πρὸς αὐτοὺς θαυμα-
 σιώτατα, ἀπὸ τε τῶν ἐχθρῶν ζώδιων καὶ ἀπὸ τῶν πα-
 ρανατελλόντων ἐκάστω τέττων, καὶ ἀπὸ τῶν λεγομέ-
 νων δεκανῶν παντοδαπὰς ἀφορμαὶ ἐν ἀστροφόροις
 πρᾶξισι περιζόμεθα. *Ex Teucris Babylonii libris*
multa quis hauserit mirabilia de signis caelestibus &
sideribus quæ cum iis oriuntur, & de Decanis quæ
ad diversas vitæ actiones & eventus faciant. Certe
hi ἀστρονατέλλοντες qui cum signis oriuntur
 pro ipsis clavis sideribus videntur accipi quæ
 cū signis oriuntur, ut paulo ante notavimus.
 Decanorum tamen etiam sunt ἀστρονατέλλον-
 τες illi quos diximus. Cum præsiderent iis
 Decani, & singuli ternis, denæque partes cu-
 jusque signi singulis Decanis parerent, &
 omnes pro diis & numinibus haberentur ad
 fata hominum regenda, duodena talia simu-
 lacra in unoquoque signo fuisse oportet, no-
 vem ministros ἀστρονατέλλοντας dictos, & tres
 Decanos quasi præsides eorum & magistros.
 Ex denis igitur signi partibus in quas domi-
 nium suum & magisterium exerebant singuli
 Decani, ternas unusquisque Paranatellon ha-
 buerit, & tres simul novenas, Decanus autem
 ipse tanquam magister & dux eorum decimo
 loco cujusque Decadis sedem videtur habuisse.
 Quod ex Porphyrio licet colligere loco su-
 pra citato, ubi docet ex hypothese qua ex-
 ponit quæ sint ἀστρονόμα, Solem cum est in
 Arietis parte decima esse in Decano primo,

Mar-

Martis $\omega\epsilon\sigma\omega\pi\omega$. Primus enim Decanus Martis est & sustinet personam illam sideris, ideo & $\omega\epsilon\sigma\omega\pi\omega$ illius dicebatur. Sol idem si inveniatur in vigesima parte Arietis in secundo Decano esse putatur & $\omega\epsilon\sigma\omega\pi\omega$ Solis, quia Solis personam gerit secundus Decanus. Similiter si sit idem Sol in trigesima parte Arietis in tercio ejus Decano videtur locatus, & $\omega\epsilon\sigma\omega\pi\omega$ Veneris, quia tertius Arietis Decanus vicem habet Veneris stellæ. Sol in eo Decano constitutus qui Veneri deputatus est, efficit mollem hominem, Venerium, animo & facie muliebri. Atque ita de aliis, prout nimirum natura stellæ est cui Decanus est attributus. Nam ut ait Firmicus, *Ipsi Decani singulis stellis deputantur, & si cum ipso Decano stella fuerit, licet sit in alieno domicilio, sic est habenda quasi in suo sit domicilio constituta. Suo enim in Decano posita hac eadem perfecit qua in signo quo constituta decernit.* Ita singuli Decani $\omega\epsilon\sigma\omega\pi\omega$ sunt, & quasi larvæ stellarum quibus accensi sunt, vel vices quasi earum gerunt & personam sustinent. Porphyrius autem ut ex his quæ ab eo supra attulimus apparet, videtur Decanos in extremo quemque loco suæ Decaniæ constituere quasi agminis coactores, vel $\epsilon\gamma\gamma\epsilon$. Primum quippe in decima parte collocat signi, secundum in vigesima, tertium in trigesima. Contrarium tamen elucet ex Firmico ubi de *plenis & vacuis* signorum

rum

rum partibus agit. Nam plenas esse partes interpretatur in quibus sunt Decani ipsi, vacuas quæ ab his quasi nudæ ac desertæ relinquuntur. In Ariete quattuor primas vacuas facit, quia Decano carent, quinque sequentes plenas, quia eas replet præsentia Decani nempe primi. Sunt octo. Nona & decima cū septem sequentibus item vacuæ, quia Decani nomen non habent. Non igitur Decanus primus in decima parte Arietis locatus est, nec cum Sol in ea parte fuerit in primo Decano esse censetur, quod tamen voluit Porphyrius. Rursus quattuor sequentes plenæ habentur, quia eas habet secundus Decanus. Hujus Decaniæ pars nona est. Decima vero quæ vigesima est omnium partium, pro vacua cedit cum quattuor sequentibus. Restant quattuor ultimæ quæ dantur tertio Decano occupandæ, ideoquæ plenæ. Harum postrema trigesima est. Hæc sola ultimæ Decaniæ decima pars à Decano tenetur. Sed in his nugis rationes quærere cum ratione insanire est. Decanos porro istos à numero δέκα dictos non solum hodierni Astrologi sibi persuaserunt qui *Decurias* Latine reddiderunt, sed etiam plerique omnes antiqui. Porphyrius, ἔς πινκς ἐκάλουν δεκανὲς καὶ τέτοις ἐμέλεισαν καὶ ζώδιον δέκα μοιρῶν ἀρχήν, διδὼ καὶ δεκανὲς καλεῖται. Quos vacaverunt Decanos & his assignarunt denas cuique partes in singulis signis regendas.

Vnde

Vnde & Decani vocati sunt. Quasi vetustissimi
Ægyptii & Babylonii qui hoc nomen his μαρ-
φώσεσιν posuerūt, Græca vocabula usurparint,
 aut quasi δεκανός à δέκα per analogiam fieri
 possit. Quod si esset, etiam ab ἑπτά ἑπτανός di-
 ceretur, ab ἑννεα ἑννεανός, à πέντε πενταγός. Quæ
 sunt ridicula. Nec minus ergo à δέκα δεκανός.
 Præterea novitii magistri perperam reddide-
 runt *Decurias*. Nam δεκανός non est decuria, sed
 qui præest decuriæ. In eodem errore est Mani-
 lius qui de his agit lib. IV. & putat à numero
 dictos esse. Cum dixisset quos mores & quas
 artes tribuant nascentibus signa Zodiaci
 quæ propria vi pollere a materia scribit, con-
 tinuo subjungit, nihil in semet totum valere,
 sed omnia vires cum certis signis sociare sub
 æquis partibus, & veluti hospitio mundi com-
 mercia jungere, & concedere suas partes
 astris retinentibus. Certa illa signa & Astra
 de Decanis intellexit, quos descripturus ait:

Quam partem Graja dixere Decanon gentes.

A numero nomen positum est, quod partibus astra

Condita tricenis triplici sub sorte feruntur,

Et tribuunt denas in se coeuntibus astris,

Inque vicem certis habitantur sidera signis.

Sic legendum in illis versibus primū. Perperā
 enim scribitur, *Quam partem decimam* Satis ex-
 plicavit etymum nominis quod Græcum pu-
 tavit, cum dixit, *A numero nomen positum est.* Cum
 vero signa ea esse perhibet, & paulo post in
 signis

signis signa esse dominantia canit, ex eo vocis etymum eruere debuit. Signa enim sunt ut ipsa signiferi ζώδια, idest simulacra animalium, vel μορφώσεις. Hoc enim proprie *signum*. Ut *signum Matris Deum*, & passim de aliis simulacris apud Latinos auctores hæc vox usitata. Græcis ζώδια eadem significatione. Unde ζώδιωτοι χηῶνες, figuris animalium intexti. Glossæ. *Signa*, ζώδια. *Sigillum*, ἀνδριαντάριον, ζώδιον. Parva statua, parvum simulacrum. *Decanus* igitur etiam ζώδιον, idest μορφώσεις quædam cælestis. Inde appellatio. Nam Ægyptiis δεκαν id significat, etiam Chaldæis. Nam ܕܝܟܢ illis est imago. Ita reddidit Chaldæus Paraphrastes Levit. xxvi. vers. 1. Quod perperam vir doctus à Græco εἰκὼν dōducit. Nam à Chaldaico ܕܝܟܢ derivatur, quod est prospicere & speculari. Ita pro facie vel προσωπω, ea vox sumitur. Sic & *Speciem* Latini pro similitudine ponunt. ܕܝܟܢ etiam Syriace est pro inspectore vel speculatore. Quo sensu & *Decanus* potest in Astrologia accipi. Præsides enim denis partibus unius signi. Judæi Astrologi Decanos istos Ægyptiacos & Chaldaicos reddiderunt Hebraice, מני, idest προσωπω. Qua dictione Hebræi etiam eum exprimunt qui præcedit & præit, ἢ ἡγούμενον, ἢ προπερον. Quia nempe facies in homine prior occurrit. Inde & προσωπων quoque Græcis pro homine qui in eminenti & conspicua dignita-

gnitate positus est, honorata nempe persona. Astrologi Arabes *Decanos* Genethliacorum interpretati sunt *دعكان* idest *δεκαν*. Adeo non putarunt illi *δεκανον* proprie significare qui decaniæ præsidet. Interpretes Arabum Latini *facies* reddiderunt, hæud paulo melius quàm ii quibus placuit vertere *Decurias*. A voce *دع* iidem Arabes *دعابة* appellarunt spectabile & nobilem personam. *Δεκανος* ergo *δεκανων* est proprie, non *Decuria* nec *Decuriæ* præses. Nec possum satis mirari quid impulerit Scaligerum, ut crederet hanc appellationem *Δεκανων* sumptam esse à militia Romana, ut *pleraque*, inquit, *alia in hac mathematica technia*. Utinam alia illa protulisset. Nam de hoc falsus sane fuit. Qui Græcè, inquit, & Latine sciunt, nunquam concedent, *δεκανον* Græca analogia inflexum esse. At quis illi concedet Latine *Decanum* ulla analogia dici? *Militia*, inquit, *Romana sunt, Decanus, Primanus, Quintanus*. Quasi vero eadem ratione formeretur *Decanus* à decem, ut *Primanus* factus est à primus, & *quintanus* à quintus? Ita profecto diceretur & *Septanus* à septem, & *Nonanus* à novem. Quod eandem rationem habet cum primano & quintano, *decimanus* est non *decanus*. Inde *Decimana porta* in castris. Præterea si *Decanus* factus esset ut *primanus*, idem etiam significaret. Sed tunc idem omnino esset quod decimus vel decimæ partis, non is qui decuriæ præ-

est. Nam *primanus* dicitur primæ legionis miles, ut *secundanus*, secundæ. Similiter *tertianus*, *quartanus*, *quintanus*, *septimanus*, *octanus*, *nonanus*, *decimanus*. Vide Priscianum in libro de ponderibus ac numeris. Sed idem perperam his quæ posuimus subdidit, *Decanus quoque à decem, & decurio, & decuria nomen*. Immo *Decanus* à Græco δεκανός, sed non à δέκα, neque à *decem* hoc nomen deflexum est, neque à militia Romana ad γενθλιακὴν transiit, sed contra ab ista ad illam migravit. Quia enim δεκανός in signis is est qui denas partes regit, inde & *Decanum* Latini usurparunt pro eo qui decuriæ præest. Non autem militia Romana vetus hoc nomen de eo frequentavit qui caput contubernii est in castris, sed recens & Constantini ævo contemporanea. Tunc enim multi Astrologiam Latine cum scripsissent, ut inter alios Firmicus, ab astris ad castra descendit. Ab iisdem astris defluerunt ad militiam in terris cælestem Cardinalium Tituli, ut ante diximus. Fatetur Scaliger rem esse admodum priscam, *Decanos Genethliacorum*. Nam & *vetustissimus*, inquit, *scriptor Teucer Babylonius de his tractavit*. Abrogata vero à Ptolemaeo & ab Arabibus relata, qui has partes vocant *VVageah*. Non partes ipsas, sed partium duces vocarunt δεκανός. Subtexit illis Scaliger, *At quamvis prisca res est, appellatio tamen non vetusta*. Nam *sumpta est à militia Romana*. Mira ratiocinatio.

N n Si

Si appellatio recens est rei vetustissimæ, quo nomine igitur Teucer ille Babylonius vocavit eos quos posterior ætas nuncupavit δεκανῆς? Atqui idem ille Teucer δεκανῆς nominavit, quem vetustissimum scriptorem esse dicit Scaliger. Necepsō longe antiquior Teucro eos non ignoravit, ut ex Firmico discimus lib. **IV. cap. XVI.** Appellatio igitur æque prisca ut res ipsa, utpote cum ipsa re nata. Dicit abrogatos esse Decanos à Ptolemæo. Quod verum est. Sed vixit ille Ptolemæus eo tempore quo nulli in militia Romana noti erant *Decani*. Cum itaque castrenses *Decani* Ptolemæo posteriores sint, astrici vero longe antiquiores utpote quos prisca Ægyptiorum & Chaldæorum *ἡμεθλιακή* non noverit solum, sed etiam sic nominaverit, falsum est quod de eorum origine & etymo prodidit Scaliger. De Decanis longe alia Manilius habet quam quæ ab illis quos legimus Astrologis tradita sunt. Cum tricennarum partiū singula signa sint, unumquodque decurias tres habere dicit, *singulis decuriis singulos præsidere Decanos*. Primæ partis Arieti præsidere Arietem ipsum & reliquis novem. Undecimæ & reliquis novem, Taurum. Vicecimæ primæ ac reliquis novem, Geminos. Hoc modo Aries in Arietis signo primus est signi hujus Decanus, Taurus secundus, Gemini tertius. Nec hoc se ita habet in aliis signis Nam in eo quod sequitur Tauri, non primo Decano nomen

nomen est Taurus, ut Arietis primus Decanus vocatur Aries, sed in Tauro nullam ipse Taurus partem habet, nam primæ denæ dantur Cancro, secundæ Leoni, tertiæ Virgini. In Geminis non Gemini pro Decano decem partes primas possident sed Libra, medias Scorpius, ultimas Capricornus. At in Cancro rursus Cancer ipse tanquam Decanus primus prioribus decem præsidet, & ita sequentes duæ à sequentibus signis duobus præsidentur. Leo vero pro primo habet Decano primarū decem sui signi partium Arietem, pro secundo Taurum, pro tertio Geminos. Vide reliqua apud Manilium ipsum. Quam Decanorum distributionem & denominationem nusquam alibi reperias. Verum est quidem, ut ante notavimus ex Sexto Empirico, singula signa à Chaldæis in duodecim δωδεκατημόρια fuisse divisa, ut ipse circulus signifer in totidem fuit divisus δωδεκατημόρια. Primum igitur juxta illam μέθοδον Arietis δωδεκατημόριον vocatum est Arietis nomine, secundum Tauri, tertium Geminorum, quartum Cancri, quintum Leonis, sextum Virginis, & ita deinceps usq; ad duodecimum quod vocabatur appellatione Piscium. Manilius autem cum tres Decanos unicuique signo tribuat, eos signorum nominibus appellat, ut primus in Arietis signo Decanus sit ipse Aries, secundus Taurus vo-

cetur, tertium Gemini. Ideo *signa in signis dominantiæ* vocat. Sed & *dominos* appellat, de his Decanis loquens,

*Namque Aries primam partem sibi vindicat ipsi,
Altera fors Tauro, Geminis pars tertia cedit.*

Sic in ter denas divisum ducitur astrum

Totque dabit vires, dominos quocunque recepit.

Ubi *Dominos* vocat Decanos. *Dominium* eorum ac potestatem in denas partes exeri dicit Firmicus. Ita ergo potius videretur ὁ Δεκανὸς nomen habere à potestate ἢ ὁπασκοπεῖν, quam ab imagine vel similitudine, sive μορφώσι. Inde & δέσσωπα Græcis dicuntur & Judæis דַּנָּה, & Arabibus دجّاج. Nam & *Decan* Chaldaice inspector & excubitor, h. e. ὁπασκοπος vel ἑφορος. Etiā ὠροσκόποι sunt & proprie dicuntur. Nemo quippe nascitur, nisi aliquo Decano ὠροσκοπιῶντι. Deos etiam eos vocabant, ut alibi ostendimus. Unde apud Hephæstionem sæpe occurrit, ἢ θεῶν εἰσὶ κλιμακτῆρες, pro quo alias scribit, ἢ δεκανῶν. Firmicus lib. IV. cap. XVI. *Triginta sex itaque Decani omnem Zodiaci possident circulum, ac per duodecim signa iste Deorum numerus, id est Decanorum, extenditur.* Ita enim libri scripti eum locum legunt. Et quomodo dii non viderentur ipsi Decani, cum eorum administri & Liturgi numinum quoq; appellatione digni habiti sunt? Cæterū dii isti Decani eorumque administri ac munifices, μορφώσις ex stellis fuere, prout eas imaginati sunt

sunt hanc aut illam speciem habere qui com-
menti auctores fuere. Alius cum securi fin-
gebatur, aut alio telo, alius cum capite viri aut
fœminæ radiato, cætera serpentis, alius alio
habitu ac facie monstrosa ostendebatur. Eo-
rum autem figuras in anulorum gemmis cu-
rabant sculpendas ut essent pro amuletis. Gre-
ci: Εἰσὶν ἐν ἐκάστῳ τῶ ζωδίων τρεῖς κατ' ἐλεγμῶσι
Δεκανοί, ποικιλόμορφοι, ὁ μὲν κατέχων πέλεκυν,
ὁ δὲ εἰς ἄλλοι ἐχρηματισμῶ εἰκασμα, ὧν εἰ
τὰ εἶδη καὶ τὰ χήματα δακτυλίων ἐγγλύφει
σφενδόνας, ὅποτέροιαι δένων γλήσεται, τὰ το
μὲν οὖν ὁ Τεῦκερ, καὶ οἱ κατ' ἐκείνον ὡς αἱ τοὶ τὰ
μετέωροι. *Sunt in unoquoque signo tres constituti
Decani, forma varii, quorum alius securim tenet,
alius in alia imagine ostenditur. Quorum si spe-
cies & habitus in palis annulorum sculpservis, ad-
versorum amuleta existent, ut Teucer asserit alii que
qui eo tempore in Astrologia enituere. Hodie quo-
que inter κήμλια curiosorum multi annuli
reperiuntur, aut lapides ad id efformati ut
collo suspendantur, quibus Decanorum χή-
ματα varia ac nomina insculpta inscriptaque
extant, capitibus ut plurimum radiatis. Ta-
lis est quem hic subjiciam cujus ἐκτυπον ami-
cus suggessit, leonis facie radiati ac jūbati in
serpentis implicatum volumen desinentis,
cum nomine χυεβίς.*



Idem ille amicus qui misit, censebat legendum esse ΑΨΒΙς, quasi perperam à cavitate scalptum esset X pro A. Sed cum monui nomen esse Decani in Cancro qui vocatur χνυμὶς Hephæstioni. Nihil autem communius apud Græcos quam μ & β invicem permutari. Sed verum nomen est χνυβίς. Nam χνυβ est aurum in lingua Ægyptiaca. Unde χνυβίς nomen proprium idem quod χρυσός Græcis. In regibus Thebæorum quorum nomina Erathostenes in Græcum ita convertit ut nomen Græcum proprium responderet Ægyptiaco, χνυβέθ vel χνυβίς reddidit χρυσός, & χνυβισιέ, χρυσή γῆς. Sic enim legendum. Perperam apud Scaligerum scribitur, χνυβίς χνυβέθ. Nam σιέα vel σιέα est filius. Inde à σιέα cum articulo Ούσιέα, qui Græcis Ούσιέας, nempe quem Græci κέρων, Latini *Liberum*, Liber & Libera, κέρθ & κέρη filii Ceteris

Cereris sive Iſidis quæ δημήτης Græcis, quia
 Ægyptiis Ἴσις est mater. Hinc μετσίς ὕδα-
 ρία, ⲉⲃⲟⲩ in Liturgiis Copticiis. Ita inter eos-
 dem reges Thebæorum unus vocatus est
 σίς, quod Eratosthenes interpretatus ὕδα-
 ρίης. Scaliger perperam ex Georgio Syn-
 cello descripsit σρόης, nam in Codice unde
 hausit est σίς. Inde Πεπόσις & Βύσις,
 Καλάσις, composita. Inde & nomen The-
 bæi Regis Σιεφθὰ quod Eratosthenes in-
 terpretatus est, ὕδαρ Η΄φαις. Nam φθὰ Ægy-
 ptiis Vulcanus. Perperam legitur Σιφαις.
 Inde alterius regis Thebæorum nomen χα-
 μαῖφθὰ. Id est interprete Eratosthene κέ-
 ρμ φιλήφαις. Et verum est. Prave edi-
 tur χομαεφθὰ. Sed hæc alibi. Ita Μοίρης
 vel Μοίρις in illis regibus idem qui Græce
 Η΄λιόδωρ quia Ρῆ Sol, Μοῖ donum, vel
 dare. Nec solus ita Sol ab iis vocatur, sed etiam
 χέρης. Unde & nomen Regis Thebaici Μοι-
 χέρης. Quod Eratosthenes similiter reddit
 Η΄λιόδοτ. Disputent igitur Rabbini quan-
 tam volent de nomine ⲟⲩⲏ, quod est Sol, un-
 de originem habeat. Purum putum Ægyptia-
 cum est. Et quidam ex his agnovere exter-
 num esse. Sed hæc non sunt huius loci. Vi-
 detur huic Decano positum nomen χρυβίς
 quod aureo & fulvo esset colore, ut est leo-
 nis juba. Non enim sic appellatus videtur
 quod divitias decernat. E contrario illo Ho-

roscopante genitus paterna bona lancinabit. Qui vero secundum ejusdem Cancrī Decanum habuerit pro Horoscopo, dives erit. Is vocabatur Σιτ. Alium vidi lapidem ea gratia factum ut à collo pro amuleto suspenderetur, in quo numen Decani primi Leonis scriptum erat. Is est χαλχινυβις, Hephæstioni dicitur χαρχινυμις. Vt χινυμις eidem vocatur qui in lapide χινυβις. Sed in alio lapide quem profert Pignorius, appellatur etiam χινυμις. Sic enim inscribitur, ΑΝΟΥΒΕΙ ΧΝΟΥΜΙΣ. Eadem figura est cum ea quam supra attulimus, & cui nomen ΧΝΟΥΒΙΣ. Cholchnumis vero humana est facie cum septem radiis & Scorpii cauda. Sub ejus mento Sagittarii nota scripta est, quæ decussatur bacillo utrimque furcato. Nescio quare. Nam Decanus ille nihil cum Sagittario habet commune. Leonis est primus Decanus. Leonis autem Dodecatemorion tribus Decanis regitur sub nominibus Arietis, Tauri & Leonis, ut ex his Manilii constat:

At Leo consortis meminist sub lege trigoni,


Lanigerumque ducem recipit, Taurumque quadrato

Conjunctum sibi, sub Geminis pars tertia fertur.


An significare voluit Horoscopante Sagittarii signo sculptum fuisse illum lapidem? Atqui magis oportuit ὠροσκοπιῶντος λέοντος cum dedicari, cujus Decanus est
Chol-

Cholchnubis. Puto igitur ea figura notari Sagittarii signum *Δέμετρον* esse cum eo Decano. Et sane ita est. Nam sexto signo Sagittarius dissidet à Cancro cuius tertius habetur Decanus *Cholchnubis*. Quod *Δέμετρον* est partile non signile. Ægyptiaca quædam vocabula Græce in eo scripta visuntur, & nomen ΙΑΩ. Nam ΜΤ illud inversum ω pro Omega positum, ΙΑω. Sigma etiam eversum videri potest. Illud autem Ι'αω nomen Dei est ex Hebræo יהוה quod est dissyllabum. Hoc trissyllabus etiam dicitur in nominum compositione, יהוה Ι'אש. Ut in nomine יהושע & יהונתן. Atque ita quoque scribitur apud Clementem, Ι'אש pro Ι'αω. Certe nomen ipsum Tetragrammatum יהוה vix aliter Græci possunt scribere quam per Ι'αω aut Ι'אש. Apud Philonem ex Sanchoniathone dicitur Ι'δω. Nā aspiratio illa η in fine vocabulorum carent Græci, quam habent Hebræi, Syri & Ægyptii. Ex hoc vocabulo porro Ι'αω apparet Basilidianorum esse has inscriptiones Talismanicas ad observationem siderum cum Decanorum figuris insculptas. Nam & Ægyptiacis vocabulis conceptæ sunt, ut ipse Basilides ejusque sectarii ex partibus Ægypti fuere. Nomina autem Σαβαώθ, Ι'αω, Ουεμήλ, Γαβελήλ, Ραφαήλ, Ανανιήλ, & alia quæ in *πελεσμαλχηγῆς* lapidibus & anulis reperiuntur, à Judæis sumpserunt iidem Basilidiani. Nomen autem illud

Tetragrammatum Judæorū ipsi Ægyptii expresserunt per ΠΙΠΙ, quod significat ó ó. Nam ΠΙ articulus est in plerisque vocibus numeri singularis, ut ΠΙΡΩΜΙ, ó αὐθρωπι. NΙΡΩΜΙ, óι αὐθρωπι. Sed hæc alias. Εκτυπον lapidis in quo Decani χολχνηβις nomen legitur hic subjiciam cum averſa ejus facie quæ inscripta est Characteribus Ægyptiacis alibi etiam mihi visis.



Ipsa inscriptio Ægyptiaca excepto illo vocabulo ΓΙΓΑΝΤΟΠΑΝΤΟΡΗΚΤΑ. Hoc est, *gigantum omnium everſor*. Vitiose in lapide sculptum est, ΓΙΓΑΝΤΟΠΟΝΤΟΡΗΚΤΑ. *Ρήσιν* est



est frangere, solo allidere, quod à palæstra ductum est. In alio lapide Basilidianorum quem Pignorius produxit in Tabula Isiaca, ΓΙΓΑΝΤΟΡΗΚΤΑ legitur, *gigantum fractor*. Figura ipsa ibi visitur & ΑΒεγοῶξ, quod nomen est potentissimi numinis eorundem Basilidianorum, de quo jam viri docti multa annotarunt. Sed male apud Scaligerum scribitur ΑΒΡΑΞΑΣ pro ΑΒΡΑΣΑΞ. *Abraxas* pro *Abraxas*. Latini auctores *Abraxam* cum vitio vocant, ut Tertullianus & alii, sed Græci ΑΒεγοῶξ. Atque ita legitur in gemmis & annulis antiquariorum Talismanicis. Ægyptiacum nomen esse alibi ostendam. Totidem quidem litteris constant Α'Βεγοῶξ & Α'Βεγοῶξ quæ cum efficiunt numerum quem annus habet abso-

absolutus, CCC LXV. sed *Abrahas* Græcanicæ est terminationis, *Abrahas* Ægyptiacæ. Pingitur hic Deus Basilidis, capite galli gallinæci cristati, clipeum altera manu retinens, altera gladium, more militis loricator, cum pedibus & cruribus serpentinis. Nomen ejus corruptum fuit in duobus Talismanis qui Scaligero explicandi propositi sunt, unus à Vareto, alter à Turqueti filio Medici celeberrimi. In isto scriptum erat, ΑΒΡΑΣΑΜ ΙΑΩ ΑΚΑΩΘ. Ubi ΑΒΡΑΣΑΜ, perperam descriptum fuit pro ΑΒΑCΑΞ. Litteras ipsas perperam putat Scaliger singulares fuisse, & totam inscriptionem Hebraicam. Nomen ipsum ΑΒΡΑCΑΜ, quod corruptum est, Hebraice אברהם. Quæ jocularis est hallucinatio. In lapide alio quem protulit Pignorius in Tabula Isiaca, scriptum est, ΙΑΩ ΑΒΡΑCΑΖ. Idem nomen est, nempe Ι'αω'Α'βραCαξ, sed Ζ, hoc est ΜΥ eversum, perperam positum est pro Ξ. In altero Vareti lapide prave etiam descripsit qui ἐκτυπων Scaligerō misit. ΑΒΡΑCΑΡΗ, ΑΡΙΡΙΗ, ΩΙΘΑΒ, & quæ sequuntur. Debit esse ΑΒΡΑCΑΞ ΙΑΩ. Ipsa inscriptio tota Ægyptiaca est non Judaica, ut frustra se torserit vir ille summus in eruendo sensu quasi ex Hebraicis verbis. Figura in utroque eadem est, nempe *Abrahas*, nisi quod pro ense dextra manu flagellum habet. In Dactyliotheca Gorlæi ita quoque sculptus in Heliotropia gem-

gemma ostenditur cum Basiliscis serpentibus pedum loco, & septem stellis quæ sunt septem planetæ. Exhibendum hîc curavimus.



Sed perperam hic sculptor, cornua cervina expressit, quæ crista est vel apex plumeus in ipso archetypo. In clypeo tres litteræ sunt ΙΑΧ, id est Ι' α ω. Inscriptio ipsa Ægyptiaca est, ut omnes quæ cum hujus Dei portentosi vultu reperiuntur. Plurimæ gemmæ servantur in oculis curiosorum quæ eam faciem exhibent. Visitur & in Daçtyliotheca Gorlæi absque inscriptione, & pro flagello in manu dextra corollam habet quasi spineam, in sinistra cassidem. Sex tales edendas curavit Pignorius in Tabulæ Isiacæ commentario, quarum tres expressum ABPA-CAE nomen præferunt. Tres aut quattuor similiter in Daçtyliotheca Gorlæi visuntur. Plures alias ipse vidi eadem aut minimum dispa-

disparili forma in *παμείοις* Antiquatiorum. Deum autem illum quem vocarunt *Σαβαώθ*, juvenis specie pingebant cacumini herbæ cujusdam insidentem, cum flagello in sinistra manu, & alterius digito ad os admoto. Talis tamen figura etiam reperitur cum nomine *ΑΒΡΑΣΑΞ* adjuncto. Utrique etiam appellatio *Ι'αω'* adponitur, id est tam numini *Sabaoth*, quam *Abraſax*. Ægyptiacas fuisse eorum omnium *Ἐπιγραφαί* vel unica testari potest apud Pignorium, quæ ab una parte lapidis figuram & *Σαβαώθ* repræsentat, ab altera quattuor litteras ex Alphabeto Ægyptiaco, Dei, Scei, Phei, & Epsi. Miscebant autem isti Gnostici deliriis suis Mathematicas disciplinas. Unde & signorum & stellarum & Decanorum in amuletis suis & *ωλειπῶις* nomina insculpere sunt soliti. Duæ autem præcipue linguæ ad hæc *πλέσματα* videbantur quasi sacræ & legitimæ, per quas aliqua efficacia imprimi crederetur consecrationibus earum sermone conceptis & scriptis, Ægyptiaca nempe & Assyria, sive Chaldaica, ut Jamblichus docet in Epistola ad Porphyrium. Rationem hujus rei addit, quia sacrarum gentium, quales Ægyptiaca & Assyria censitæ olim fuisse, sacram quoque & sacris convenientem dialectum Dii esse voluerunt. Placitus ergo Diis eorum sermo & *συγγενής*, quia primæ eo sermone gentes Deorum appellationes & cultus

cultus hominibus prodiderunt. ἀλλὰ διότι τὴν
σημαντικῶν τῶν βαρβάρων πρὸς τὴν ἐκάστου οἰκείων
παραμυθίαν; ἐστὶν ὅτι τὰς μυθικὰς λόγους. διότι
ἡ τὴν ἱερῶν ἐθνῶν ὡς περ Αἰγυπτίων τε καὶ Ασσυρίων οἱ
θεοὶ πῶς ὅλην ἀνάλεκτον ἱεροπρεπῆ κατέδιδξαν. ἀλλὰ
τὰς τοὺς παρὰ κρινολογίας οἰόμεθα δεῖν συγχεῖν πρὸς
τοὺς θεοὺς λέξις πρὸς φέρειν, ὅτι διότι πρῶτον ὅτι πα-
λαιὸς ἐστὶν ὁ ποιῶν τὸν τὸν φωνῆς, ὅτι μάλιστα
ἐπὶ δὴ οἱ μαθόντες τὰ πρῶτα ὀνόματα πρὸς τὴν θεῶν
μὴ τὴν οἰκείας γλώττης αὐτὰ συμμιζάντες ἀλλὰ δε-
δώκασιν ἡμῖν. Judæi quoq; ad has impias nugas
animum adjunxerunt. Et scio multas extare
in Musæis & Daçtyliothecis hujus antiquitatis
studiosorū Hebraicè scriptas. Vnde, & τῶν τῶν
scutum Davidis, vocabant hujusmodi περὶ
κὰς inscriptiones. Sed pleræque, ut dixi, sunt
Ægyptiacæ, exque ferme omnes quæ Græcis
characteribus scriptæ inveniuntur, quia Æ-
gyptii post dominationem Macedonum Al-
phabetum Græcum receperunt integrum, cui
& de suo antiquo adjunxere septē litteras, ideo
retentas ut voces exprimerent propriæ dialecti
quibus pronuntiandis & scribendis Græcarum
litterarum characteres non sufficiebant. Earum
quasi Hebraicæ essent non melius successit in-
terpretatio viris doctis quam Æonum Va-
lentini appellationes ex eodem Hebraico per-
vim arcessitæ. Omnia enim illa vocabula
mere Ægyptiaca sunt, ut alibi monstrabi-
mus. Non solum autem Decanorum nomina
&c

& effigies adaverruncanda quæ nocitura essent, lapidibus & annulis insculpebant vel exsculpebant, sed etiam signorum Zodiaci, & *ὡσαναίωντων*, de quibus jam supra. Hæ imagines sive *μορφώσις* etiam *συχῆα* Græce dicuntur. Unde & verbum *συχῆεν* pro figurare, & *μετὰ συχῆου* transfigurare. Ab eo *συχῆω* *μαλῆ* qui ejusmodi *συχῆα* sive imagines cælestes Decanorum, Paranatellontum, & signorum imprimebant lapidibus cum aliqua consecratione & Horoscopātis signi inspectione. Eas *μορφώσις* cælestes quæ varia imaginatione ἐξ ἀστέρων *σύσημα* componuntur, *συχῆα* vocavit Epiphanius cōtra Pythagoreos, *ὁφθαλμὸς τῷ θεῷ ὡσπερ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατ' ἕρπονδον συχῆα*. *Oculus Dei ut in homine, Solem & Lunam, atque etiam stellas, & imagines cælestes*. Inscitus interpret Lojoluta imperitissime vertit, & *Elementa cælestia*. Quæ sunt illa Elementa cælestia quæ vicem oculorum præstant Deo? Immo Funge, *συχῆα* hic sunt *μορφώματα*. Quod & alio loco idem auctor contra Phariseos clarè etiam docuit, ubi nec melius ignaro interpreti vox ea reddita est. Post numeratas septem Planetarum appellationes Hebraicas, subjungit Epiphanius, *λέγει τὸ πάλιν παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν, ἃ καὶ ἡδυνήθη τὸ ἀκριβῶς τὰ τέτων ἐπωνομίαν ἐκθεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν συχῆων ὡς καὶ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόμα-*

τι,

τα, α ζώδια καλῶσιν. Dicuntur & aliis apud eos nominibus, quarum appellationes ad unguem exponere non potui. Sed nec quæ instar imaginum vano errore instituta sunt nomina, & ζώδια vocant. Operæ pretium est versionem videre Lojolitæ. Neque iis contenti etiam celestia illa signa quæ quadrifariam errore vanissimo pro elementorum numero distribuantur, Zodia vulgo nominant. Hocce est auctoris sui mentem interpretari cum dicas ea quæ nec cælum neque terram attingunt & omnino aliena sunt? Certum est de signis Zodiaci loqui Epiphanium, quæ & ζώδια ait appellata. Ea dicit μαλαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν σιγχαίων. Minutum mendum est γραφικόν, pro quo reponendum, εἰς ῥυθμὸν σιγχαίων, id est in speciem imaginum. Et verum est ea signa Zodiaci νομιζέσθαι εἰς ῥυθμὸν σιγχαίων, quia sunt μορφώσας aut brutorum aut humanæ. At σιγχαίον est imago. Idem est & ζώδιον vel signum. Hephæstion & alii Græci μορφώσας τῶ ζωδιακῷ appellant, τὰς ἐν τοῖς νοήοις ἢ πῆς βορείοις & ζωδιακῷ μορφώσας. Stellarū fixarum imagines ita appellat. Diodorus apud Eusebium lib. i Præparationis Evangelicæ σιγχαῖα appellavit corpora siderum fixorum quia μορφώματα sunt. ἐχθεῖ ἢ ἐν τῇ φοινικικῇ θεολογίᾳ ὡς ἄρα φοινίκων οἱ πρῶτοι φυσικῶι, ἥλιον ἢ σιλήνιω, ἐστὺν λοιπὸς πλανήτας ἀστέρας, ἢ τὰ σιγχαῖα, ἢ τὰ τέτρες σιγχαῖα θεὸς μόνον ἐγίνωσκον. Ubi τὰ σιγχαῖα sunt ἀπλανεῖς. Idem Eusebius lib. iii. post-

O o quam

quam similiter ex Ægyptiorum disciplina, & auctoritate Porphyrii docuit, planetas, signa Zodiaci & sidera cum iis orientia, ac Decanos pro diis cultos ab Ægyptiis fuisse, hoc est *πλανήτας & ἀπλανείς*, paulo post *ἐκδόσμεν σιχηῖα* ea appellavit, *σιχηῖα* ἢ πάντα τὰ ὀρώμενα σώματα. Qui igitur hujusmodi *σιχηῖα* curabant sculpenda & consecranda in annulis & *περιαπλοῖς*, *σιχηωμανηγι* vocabantur. Auctor Carpi, Aphorismo 12. τὰ ἐν τῇ γῆρσί καὶ φθορᾷ εἶδη πάσχι ὑπὸ τῶν ἐρενίων, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν χερῶν τέτοις οἱ σιχηωμανηγι τὰς ἐπεμβάσεις τῶν αἰσέρον σκοπῶντες ἐπ' αὐτὰ. Arabs interpreter ejus versionem nuper accepi à præstantissimo Isaaco Vossio *σιχηωμανηκὲς* istos Arabicè reddidit, *اصحاب الطلسمات*. Id est auctores vel factores *πελεσμάτων*. Quod enim Græcis *πέλεσμα*, hoc Arabes Græca voce appellarunt *طَلَسْم*. Vulgo *Talisman*, nescio quare, cum hanc flexionem tam Arabes quam Persæ ignorent. Nam in his quæ à Græcia mutuuntur vocabulis Arabes flexionem Græcam solam abjiciunt, ut pro *περφόρεα* dicunt *فرقير*. Ita ergo *طَلَسْم* pro *πέλεσμα*, in plurali *طَلَسِمَات*, *πελέσματα*. Sic Iustinus, *πελέσματα* Apollonii Tyanei appellat, quæ sunt Arabica *طَلَسِمَات*. πῶς, inquit, τὰ Ἀπολλωνίε πελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῶν κήστως διώων, καὶ αἰνέμων φορεῖς, καὶ μυῶν καὶ θηρίων ὁπλοδομαίς

ὡς ὁρῶμεν κωλύει. Si Deus est opifex & dominus natura quomodo Apollonii τελέσματα efficacia habent? Nam & maris impetus, & ventorum flatus, & murium bestiarumque incursus, ut videmus, arcent? τελεσται vocabantur, idest consecratores, & τελεστικοί, qui ejusmodi τελέσματα sive σοιχεῖα faciebant. Hi Arabibus ut jam dixi vocantur, اصحاب الطلسمات. Inde & τὸ τελεεσμῶν. opus ita consecratum & σοιχθῆν. Perperam ad hæc σοιχθώματα sive τελέσματα revocat Scaliger quod apud Achmetem legitur cap. cclx. εἰ ἢ ἰδῇ ὁ δακτυλίδιον ἐξωνήσατο καὶ ἐφόρη δόλω σοιχημάτων. Aliud enim σοίχημα, sive σίχημα ut ibi legitur, aliud σοιχείωμα. Nam σοίχημα conventio est. Emebant igitur hujusmodi annulos τελεεσμῶν contra fraudes & dolos conventionum, id est ne circumvenirentur ab adversariis in contractibus faciendis. Chronicon Alexandrinum de eodem Apollonio, ὅτι τέτων τ' ὑπάρχοντων Ἀπολλωνίου ὁ τυανθὺς ἡκμαζεν περὶ πολλῶν παντοχῆ καὶ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις ἐχώρεας. Nunquam fiebant hæc τελέσματα sine aliqujus statutz erectione, aut imaginis sculptura, quæ ad Horoscopum signi, & planetæ ἐπέμβασιν sive ingressum in aliquod signum, constitui solebat ab horum τελεεσμάτων artificibus aut sculpi. Scorpius formabatur vel sculpebatur contra morsus Scorpii horoscopante Scorpii signo. Aliæ imagines vel hominum

vel bestiarum effingebantur, cum aliquo habitu vel figura, & consecratione ad pericula varia aut insultus hostium aut incurfus bestiarum, aut alios casus depellendos. Quæ omnia, ut dixi, τελέσματα & σιχιδώματα dicebantur. Alia ratione sed ad eundem finem ipsa imaginum cælestium, sive ἑρμηνῶν σιχιδίων & μορφώσεων & ζωδίων simulacra in lapidibus insculpta effigiabantur, ut Decanorum & iis ἀρχανατελώντων administorum, quæ portentosa erant species miris modis variisq; representata. His vim divinam & potestatem attribuebant, ad ἀποτελέσματα eventuum & casuum variorum. Hinc Decanus ἰαὼ vocatur in veteri gemma quam supra produximus. Cum igitur in unoquoque signo quod & ipsum est alicujus animalis simulacrum hominis aut bestię, Decani tres essent & eorum administri novem, sic duodecim ζωδία vel simulacra in singulis signis sive ζωδίοις fuisse oportet. An nulla alia præter hæc duodecim? Immo singulæ signi partes totidem fuere μορφώσεις. Nam & Firmicus tradit, præter Decanos tres & novem eorum munifices & administros quos in singulis signis dicebant esse constitutos, infinitas alias ab his introductas numinum potestates, per quas eosdem munifices dividebant, à quibus repentinos casus, dolores, ægritudines, frigora febresque decerni statuebant. Totidem

tidem facies diversas fingeant quot numina in signi unius partibus locabant. Immo nec ulla pars signi vacavit aliqua numinum figura & μορφῶσι. Nam unusquisque Decanus signi unius qui denis ejus partibus præsidebat, totidem figuris quot erant partes signi, præerat, quarum singularum suâ fuere ὑποτέλεσματα. Non alia autem ratione præsidere censebatur tot partibus signi unus Decanus, quam quia genituris nascentium in illis partibus videretur præesse, tanquam eas ὡροσκοπῶν. Hæ dicebantur μοιρολογέσεις, quia prout quique in singulis partibus signi nasceretur, ita diversa habebant fata, ergo & diversos Climacteres, & diversos vitæ exitus, spatiaque vivendi diversa. Harum μοιρολογέσεων descriptionem Firmicus ad Sphæræ Barbaricæ rationes transtulit, cujus triplicē ἀποτελεσματογραφίαν posuit. Primâ quæ siderum sive signorum ὑποτέσματα explicat. Secundâ quæ ἐκ μοιρολογέσεων tractat. Eæ perperâ in ejus libris *myriogeneses*, ut jam dixi, vocantur. In ea parte secunda *Barbarica Sphæra* exponit quæ singularum cujusque in signis partium ὑποτέσματα sint, si in Horoscopo inventæ fuerint. Nunc, inquit, *signorum omnium vires atque eorum apotelesmata secundum Sphæram Barbaricam per singulas eorum partes, brevi oratione complectar.* Harum partium, ut dixi, in omnibus signis, ut vires diversæ fuere, ita & diversæ μορφῶσι.

Prima autem Sphæræ ejusdem Barbaricæ Apotelesmata secundum eundem Firmicum à claris petuntur sideribus quæ cum singulis signis oriuntur & occidunt. Ea sidera totidem quoq; sunt *μορφώματα*, tam hominum quam bestiarum vel aliarum rerum, ut Orion, Auriga, Hoedi, Capra, Navis, Lepus, Canis, Crater, Corona, & alia ejusmodi. Hæc habent quoque suas vires & *ἀποτελέσματα*, eaque considerant spectantq; qui fata hominibus ex Genesi prædicunt. Tertia vero Apotelesmata Sphæræ Barbaricæ ponit stellarum *λαμπρῶν* quæ sunt in plurimis signis tã Zodiaci circuli quam extra eum in septentrionalibus & meridialibus partibus. Eæ stellæ nihil faciunt ad cōformationem sideris sive *ζωδίου* in quo reperiuntur. Cum has tres partes Sphæræ Barbaricæ faciat Firmicus quæ in solis stellis fixis non etiã in vagantibus contemplandis ad hominum geneses colligendas versatur, videntum cur *Barbaricam Sphæram* eam appellet proprie quæ pro objecto habet solas *μορφώσεις* cælestes, sive *ἐξέγνια σιχηία*. Constat enim ab ea Barbaricæ Sphæræ appellatione excludi stellarum erraticarum observationem ac decreta. Ideo & inter *stellas* & *sidera* distinguit, ut Græci inter *ἀστέρας* & *ἄστρον*. Prioribus libris persequutus est *stellarum* configurationes & decreta, octavo libro *siderum* *ἀποτελέσματα* describit, quam *ἀποτελέσματα*

πρά-

παραφάν Sphæræ Barbaricæ vindicat, cum in stellarum, sic proprie erraticas appellat, decretis explicandis nusquā *Barbarica Sphæra* meminerit. Græci ἀστρον definiunt, τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωμένον ζῳδιον, οἷον ὠρίων, ἀρκτῦρ &c. Ex multis stellis conformatum simulacrum, αἴτηρ ἧ ὁ εἶς. Sidus illud vocant Latini & signum, hoc stellam, quamvis alii hæc nomina confundant. *Barbarica* igitur Sphæra est quæ circa τὸ ζῳδίον duntaxat ἀποτελέσματα describenda occupatur. De hoc enim dubitare nos non sinit Firmicus. Cur id nominis nata sit, inquirendum. Scaligero placuit *Barbaricam Sphæram* dici Ægyptiacam, ad differentiam Græcanici Climatis. Quod nō potest esse verum. Nam illa omnia clarorum siderum cum signis singulis orientium cadentiumque Apotelesmata, item singularum signi partium quæ tanquam propria tribuit Sphæræ Barbaricæ Firmicus, non minus ad Græcanici cæli inclinationem pertinent quam ad Ægyptiacum clima. Minus prudenter ipse accusat Manilius & Firmicum imprudentiæ, quod eam Sphæra *Barbarica* inclinationem proponant quæ circa cælum Ægyptiacum variat. Nam Manilius, inquit, Roma scribens, ille in Calabria aut Sicilia, quo ore jubent observare Cepheum alter orientem alio tempore in Ægypto, alter occidentem nunquam in Italia? Etenim quæ nobis oriuntur & occidunt, illa tamen diverso tempore

illis ac nobis occidunt. Hæc nihil ad rem faciunt. Generalia quippe præcepta cum tradant de Apotelesmatis *Sphæra Barbarica*, id est de signorum sive *σημείων* cælestium in genitura decretis, non Ægyptiaco tantum cælo sed omni Climati ea scribunt. Ejus est qui *μετεωρῶν* cujusque genesis colligit, intueri sub quo Climate ille natus sit cujus Thema disponit. Quod & sedulo videmus observasse antiquos Genethliologos. Nam τὸ κλίμα semper adponunt in genesi componenda. Nullum quippe fore exemplum genituræ apud Valentē proponitur quin etiam adscribatur, aut *πρώτων κλίμα*, aut *δευτέρων*, aut *τρίτων*, usque ad *ἑβδόμων*. Sane nec stellarum erraticarum speculatione ad geneses construendas omni inclinationi eadē convenit. Nec bene hoc argumento usus est Phavorinus contra Chaldaeos, quasi nō posset artis ratio procedere nisi sub ea inclinatione sub qua Chaldæi vixerunt. Quasi vero tunc temporis Chaldæi unam eandemque observationem ad omnia Climata valere crediderint. Haud sane magis quam Manilius & Firmicus *Sphæra Barbarica* Apotelesmata vim habere eandem in omnibus terrarum cœlique regionibus. Quinta, inquit, Phavorinus partium circulorumque cœli ex divergentia & convexionibus Mundi varietas sit, quis non videt? Sane & hoc etiam viderunt tam Ægyptii quam Chaldæi, & ad hanc diffe-

differentiam artis suæ ac *μεθόδους* præcepta direxerunt, monueruntque eis qui ad genes colligendas animum adjicerent, Climatis situm esse respiciendum. Nam ut eadem stellæ per quas divina humanaque fieri contendunt, non usquequaque pruinas aut calores cient, sed mutant & variant, tempestatesque eodem tempore alibi placidas, alibi violentas movent, ira & eventus quoque rerum ac negotiorum alios efficiunt, in Chaldæis, in Getulis, alios apud Danubium, alios apud Nisum. Sed & falso idem Scaliger Firmici auctoritate uti postulat ut probet Sphæram Barbaricam eandem esse cum Ægyptiaca, cum ipse Firmicus contrarium plane affirmet lib. VIII. cap. V. quo persequitur Sphæræ Barbaricæ prima Apotelesmata. Eam quippe partem dicit artis, Græcis multis & omnibus ferme Romanis incognitam. Ne quidem Petosiri & Necepsio, quos & antiquissimos & Ægyptios fuisse nemo nescit, quamvis alioquin *omnia, quæ ad artis Genethliacæ disciplinam pertinent diligentissimis ac veris interpretationibus explicassent, id invenire potuissent quod ibi est editurus.* Nempe Barbarica Sphæra Apotelesmata. Quid per Sphæram Barbaricam intellexerit ibi continuo subnectit, & explicat. *Sed ne ordinationem, inquit, nostram, sermo prolixus extendat breviter tibi promissi operis intimo decreta.* Deinde protinus subjicit Zodiacum

cum circulum duodecim signa possidere. In horum signorum lateribus alias adhærere stellas, sed quæ nunquam erratico cursu assignata sibi deserant loca, sed tradita sibi spætia possidentes currente Mundo immutabili semper agitatione volvuntur. Ideo *ἡρώωντες* Græcis dicti sunt, quia in lateribus signorum adhærentes cum duodecim signis oriuntur & cum ipsis occidunt, *immutabilem*, ut ait idem Firmicus, *semper cursus sui ordinem servantes*. Iis stellis, dicit ibidem, *veterum fabularum nomina adposuisse antiquitatem*, executum etiam esse eorum siderum numerum *Græce Aratum, Latine Cæsarem, & decus eloquentia Tullium*. Ex quibus constat Firmico non aliam cognitam fuisse *Sphæra Barbarica* nomine quam stellarum fixarum *ἡρώωντες*, & omnis quidem Climatis, non Ægyptiaci tantum. Quid igitur illud est quod initio capitis dixit, Græcis multis & omnibus ferme Romanis eam disciplinam *Sphæaræ Barbaricæ* fuisse incognitam, ipsis etiam summis ac primis artis magistris & auctoribus Ægyptiis Petosiri & Necepho intactam indictamque? Certe Aratus & Hipparchus & plerique alii Græcorum, ea tantum de his persequuti sunt quæ ad *ἀστρονομίαν* spectant; & tempestatum prognostica ex obitu & ortu stellarum fixarum. Ptolemæus de ea re libellus est, *φάσος τῶ ἀπλανῶν καὶ ὀπισθημάτων*. Ea etiam *Sphæra Barbarica*, sed *ἀστρονομικῇ*

νομική non ὀποτελεσματική. Agriculturæ & navigationi accommodata est, non genituris inspiciendis, nec fati prædictionibus faciendis. Qui vero considerant quid in unaque genitura fatali suo decreto statuant οἱ ἀπλανεῖς, ad ὀποτελεσματογραφίαν Sphæræ Barbaricæ id pertinet. De qua nec Græci tractarunt nisi pauci, nec Ægyptii antiqui quidquam litteris mandarunt, nulli autem Romani si Firmico creditur. Unde etiam liquet Manilii opus Astrologicum non ipsi visum fuisse, cum tamen velit Scaliger multis in locis ipsissima eum verba Manilii exscripsisse. Quod nos scimus esse falsum, & possemus multis id probare. At ille Manilius lib. v. Apotelesmata Sphæræ Barbaricæ prosequutus est, id est τὰ ἀπλανῶν ὀποτελεσματογραφίαν. Nam quattuor prioribus libris τὰ πλανημῶν decreta absoluit. Sic autem librum illum quintum ingreditur.

Hic alius finisset iter, signisque relictis

Quis adversa meant stellarum numina quinque,

Quadrijugis & Phæbus equis, & Delia bigis,

Non ultra struxisset opus caloque redires.

Me properare viam Mundus jubet, omnia circum

Sidera vectatum toto decurrere cælo.

Et sane plurimi veterum Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, qui de Genethliaca libros composuerunt, septem planetarum judicia

cia & decreta ad ejus artis summam suffice-
 re crediderunt , nec fixarum stellarum Apo-
 thesmata attigerunt. Sextus Empiricus , οἱ
 φιλεργότερον ἀναβλέψαντες εἰς τὸ φιλέχον χαλ-
 δαῖοι , δραστηῶν μὴ αἰπῶν λόγον ἐπέχον Φασὶν
 εἰς τὸ ἕκαστον τῶν τῶν βίον συμβαινόντων ἐκβαί-
 νειν οὐδ' ἐπὶ αἰθέρας , συνεργεῖν τὴν τὴν ζωδιακῆ
 μέρη. Harum septem stellarum errantium so-
 larum motus , positus, vias, discessiones, cœ-
 tus ad fata hominum constituenda & prædi-
 cenda observarunt, non etiam fixarum. Certe
 nulla harum mentio apud Valentem qui αἰ-
 θουλογίας suas ex Petosiri, Critodemo & aliis
 antiquioribus Ægyptiis & Græcis compila-
 vit. Ptolemæi περὶ βιβλος qui fundus est &
 fundamentū Genethliacæ artis hodiernis με-
 τεωροβάταις, nihil de his habet. Alii putarunt
 posse & istas plurimum in genituris. Ideo &
 has consuluerunt. Firmicus, *Nos omnium Apo-
 thesmatum ratione perspecta plurimum invenimus
 etiam has stellas sibi in genituris hominum vindicare.*
 Hoc illud est quod Græcis multis & omnibus
 ferme Romanis incognitum initio capitis
 dixit, nec à Petosiri & Necepsō inventum.
 Hæc prima autem illi pars est Sphæræ Barba-
 ricæ Apotelesmatum , nempe explicatio eo-
 rum quæ ἀλλανεῖς tunc decernunt cū in ma-
 terno ortu constitutæ Horoscopum habue-
 rint vel occasum. Altera pars signorum om-
 nium vires & Apotelesmata exponit per
 singu-

singulas eorum partes, quas *μοιροθρόεις* & *μοιροθεσίας* appellarunt. Certe ipse Aben Ezra à quo Scaliger *Sphæræ Perficæ*, *Indicæ*, & *Barbaricæ* rationes explicatas protulit in *Mañilii Commentario*, sub *Sphæra Barbarica* appellatione *φαινομένων* nomina & loca ortusque & occasus designavit, qualia ab Arato & Hipparcho descripta fuerunt. Non igitur *Firmico Barbarica Sphæra* & *Ægyptiaca* eadem est, ut voluit Scaliger, cum *Barbarica* solarum *ἀπλανῶν* Apotelesmata explicet quæ antiqua *Ægyptiaca* nescivit. Præterea cum *Ægyptii* non minore cura & studio errantium stellarum decreta perscripserint quàm *Græci*: quinimmo cum & *Græci* ab *Ægyptiis* hanc disciplinam hauserint, ratione caret, ut *Barbarica*, h. e. *Ægyptiaca*, proprie vocetur *Sphæra* quæ sola sidera fixa contemplatur, & *Græcanica* dicatur ad *Barbaricæ* differentiã quæ à planetis solis genesis fata arcessit. Nonne hoc etiam facit *Ægyptiaca*? Immo & longe melius quam *Græca*. Certe non minus, certe etiam prius fecit, quatenus hi ab illis sumpserunt. Non igitur hac ratione potest discerni *Barbarica* sive *Ægyptiaca Sphæra* à *Græcanica* quod hæc contempletur stellas erraticas, illa fixas, cum stellarum siderumq; i. e. signorum contemplatio æque *Ægyptiorum* propria sit ac *Græcorum*. Aliud itaque esse oportet quod *Barbarica Sphæra* nomen imposuerit, cum

gene-

generaliter Sphæra sic vocata sit quæ solæ
 μορφῶς cælestes, hoc est signa, in consilium
 adhibet ad fata hominum ex genituris judi-
 canda. Notandum obiter etiam est hoc no-
 men apud solos Latinos reperiri, quod nus-
 quam apud Græcos invenitur. Nam quis βαρ-
 βαρικῆς σφαίρας ex Græcis meminit? Cur
 potius autem Ægyptiaca hoc nominis me-
 ruisse videretur, quam Chaldaica? Nec cau-
 sæ est cur Chaldæi aut Ægyptii primi aucto-
 res ac repertores artis Sphæram suam Barba-
 ricam vocarint, nisi semetipsos pro Barba-
 ris traduci vellent, cum alias gentes præ se &
 præcipue in hac omnium artium, ut censebant,
 primariâ & principe disciplina, Barbaras sta-
 tuerent. Romanorum eâ ætas *Barbaricum opus*
 vocabat tam in auro quam in vestibus quod
 figuratum erat, & imaginibus insignitum. Ita
Barbaricum aurum Virgilii intelligendum in
 hoc versu:

Barbarico postes auro spoliisque superbi.

In quo explicando nugatur Servius. *Barbari-
 cum aurum* est in varias figuras ductum. In-
 de *Barbaricarii* artifices in Codice Theodosia-
 no & Notitia Imperii, non qui simpliciter au-
 ro aut argento vel ære cassides & bucculas te-
 gebant & oblinebant, ut sunt deauratores, sed
 qui figuras & imagines ex auro vel argento
 cum rem aliquam decorarent aut argento te-
 gerent, faciebant. Donatus *Barbaricarios* in-
 .terpre-

terpretatur qui *Barbarica*, idest *ornamenta ex auro conficerent*. Sigilla nempe vel figuras ex auro. Inde ergo, ut hæc vox tum sumi solita est, *Barbarica* dicta *Sphæra*, quia solas in ea μορφώσις, vel τὰ ζώδια ἐξ αἰτέρων μεμορφωμένα ad geniturarum fata prædicenda genethliacus contempleretur. Enimvero cum *Barbaricam Sphæram* alio sensu non posuerit Firmicus quam de illa cujus sola siderum corpora, idest signa sive μορφώσις, ad genituras dispiciendas considerantur, non potest alia hujus appellationis ratio reddi. Signa autem; idest ζώδια dicuntur non tantum de iis duodecim quæ in *Zodiaco* inde dicto circulo constituta sunt, sed de aliis omnibus ἀστερισμοῖς quorum corpora sive συστήματα deformatæ sunt ex pluribus stellis. Hyginus: *Rarusque redeuntes ad Sphæram duo & triginta signa nominatim pernumerabimus. Deinde uniuscujusque signi historiam causamque ad sidera perlationis ostendemus.* Signa igitur, sive ζώδια, sive μορφώσις cælestes duplicis sunt generis. Alia intra *Zodiacum* circulum continentur, alia extra sunt. Et horum duo genera, alia βόρεια dicuntur, alia νότια. Unde & Græci τὰ κατὰ στερισμὴν ζώδια in tres partes dividunt. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν inquiunt, ὅτι ἐν ζωδιακῇ κύκλῳ κεῖται, ἃ ἣ λέγετ' βόρεια, ἃ ἣ περὶ παραμυθίεται νότια. Hephæstion, βορείαις & νοτίαις μορφώσις appellat. Ut in nubibus, & in igne dum carbonēs ejus ardentes contuemur

mur varias in illis figuras & imagines, modo hominem, modo elephantum, interdum & aliud animal nobis hariolamur, ita ex stellarum quæ sparsæ toto cælo lucent vario situ & figura diversas imagines confinxerunt veteres Astrologi. Barbarica igitur Sphæra est quæ vires talium imaginum ac potestates in genituris hominum disponēdis perspicit. Alia est vulgaris *ἀγών* quæ simplices & singulares stellas, ut sunt Sol & Luna cum reliquis quinque Planetis, ad hoc ipsum intuetur. Non puto tamen Nigidium olim cum duo diversa volumina scripsisset, *Sphæra Græcanica*, & *Sphæra Barbarica*, per Barbaricam eam intellexisse quam Firmicus hoc nomine posuit. Sed neque Scaliger verum dixerit, eas duas Sphæras his nominibus ad differentiam Climatis Græcanici & Ægyptiaci Nigidium distinxisse. In utroque libro eandem Sphæram generaliter exequutus est. Sphæra nempe in utroque figurationem descripsit. Circulorum qui in ea sunt notationem & omnium signorum sive *μορφώσεων*, sidera illa sunt, conformationem, singulorumque historiam pertractavit. Sed in ea quam *Sphæram Græcanicam* inscripsit, historiam siderum ex Græcorum sententia commemoravit, & quæ ex causa unumquodque horum signorum in cælo constitutum fuerit. In altero autem cui titulum fecit *Sphæra Barbarica*, opinionem Ægyptio-

Ægyptiorum sacerdotum perſcripſit, qui alias cauſas commentifunt τ κατὰ στοιχείων, corporum eorum cæleſtium, aliasque illorum appellationes habuerunt. Exempli gratia, Capricornus juxta Græcos effigies eſt Ægipanis, quem ideo inter ſidera retulit Juppiter quia collaſtens ejus fuit, utpote ab eadem qua ipſe capra nutritus, quamque ideo quoque in ſiderum cenſum vocavit. Ægyptii vero aliam cauſam afferebant hujus αἰγίσκου. Cum enim Dii complures in Ægypto conveniſſent, & eodem veniſſet Typhon gigas formidabilis, & Deorum hoſtis, & ad ejus aſpectū perterriti in varias ſe figuras Dii convertiſſent, Pana in flumen ſe jeciſſe, poſteriore parte corporis in piſcem mutata, altera in hircum, & ſic à Typhone profugiſſe. Hujus ingenium cum admiratus eſſet Juppiter, inter ſidera ejus effigiem fixiſſe. Hanc hiftoriam ſive fabulam Nigidius in Sphæra Barbarica narraverat, ſed paulo aliter, ut conſtat ex Anonymo Germanici interprete ad Aratea Phænomena. Eum vide. Etſi enim Barbaricam Sphæram non nominet, certum tamen eſt ex ea hiftoriam illam Typhonis ſumptam. Ita Aries ſecundum Græcos inter aſtra collocatus eſt propter Phryxum & Hellen Athamantis & Nebulæ filios. Hoc tractaverat in Sphæra Græcica Nigidius, in Barbarica ſive Ægyptiaca aliam cauſam retulerat ex opinione Ægyptio-

rum perhibentium hoc honore donatū quod cum Liber exercitum in Africam duceret, & aquæ inopia premeretur, subito Arietem ex arena prodiisse, & Liberum cum exercitu ad aquam perduxisse divinitus, quo facto Liber Arietem Jovem Ammonem appellavit. Certe singulis ferme paginis Nigidius citatur tam ab eo Scholiaste Anonymo quam ab Hygino, qui videntur certatim ejus duos libros compilasse de Sphæra Barbarica & Græcanica. Sed Hyginus præcipuè totam Græcanicam Sphæram Nigidii transcripsit. Nam poeticon ejus Astronomicon non est aliud revera quam Sphæra Græcanica. Omnes quippe historias siderum h. e. bestiarum, hominum & rerum ad astra perlatarum, ex Græcorum poetarum fabulis deprompsit. Sed & *Sphæram* vocavit eum tractatum, quia omnes Sphæaræ ἀστρονομία & μορφώσις earumque causas digessit. Sed redeuntes, inquit, ad *Sphæram* duo & triginta ejus signa pernumerabimus. In Barbarica autem Sphæra, hoc est Ægyptiaca, non solum aliarum historiarum, aliarum causarum stellarum & siderum memorabantur, sed etiam alia nomina, quæ omnia Nigidius in eo volumine exequutus est ad differentiam Græcanicæ Sphæaræ. Apud Servium Nigidius in Sphæra Barbarica scripsit, *Sub virgine Arcas quem Oron Ægyptii vocant, quod Oron Ostridis filium ab hoc educatum dicunt.* Ἀρκᾶς igitur vel ἀρκτοφύλαξι, & βοώτις, & Icarus, in Græ-

Græcanica Sphæra, qui in Barbarica Ὠρεος. Ægyptiacum est ὕψος quod est dominus. Unde μέγεθος dominatio. Causa etiam relationis ad sidera in utraq; diversa. Caniculæ sidus, Ægyptiis est σῶθις. Græcis Σείρα. Ipsorum etiam Planetarum appellationes aliæ in Sphæra Græcanica & in Barbarica. Achilles Tattius notat Saturni stellam quamvis obscuram Græcis vocari φαίνοντα καὶ τὸ Ἄφημον, Ægyptiis vero appellari, Νεμέσεως ἀστήρ. Stella Jovis, inquit, καθ' ἑλληνικὰς est Φαέθων, καὶ ἡ Αἰγυπτίως ὁστρεῖδης ἀστήρ. Martis stella apud Græcos πυρόδης dicitur, ab Ægyptiis ἡγεκλέως ἀστήρ. Vide de aliis ibidem. Hæc verustissima sunt. At recentiores Græci Astrologi pro Ægyptiis habent, quæ sunt antiquioribus Græcanica. Firmicus lib. II. cap. II. de Planetis septem: *Sed has stellas non eodem nomine quo nos aut quo Græci, Ægyptii nominant. Nam qui a nobis Saturnus dicitur, ab Ægyptiis Φαίνων vocatur. Quem nos Iovem vocamus, Ægyptii Φαέθωντα vocant. Qui a nobis Mars, ab illis πυρόδης dicitur. Vide quæ sequuntur.* Ita autem ille locus ex libris legendus. Vult autem & Græcos κρόνον vocare qui sit Ægyptiis φαίνων, & δία vel ζήνα illis dici, qui istis Φαέθων. Ne mirere de homine Latino, hæc ab eo scribi cum eadem sit Græcorum qui tum vixere sententia. Vetus auctor de dierum ad numerum & nomina Planetarum institutis appellationibus, quod inven-

rum Chaldaeis & Aegyptiis tribuit, Zoroastro & Hystaspæ. τὴν δὲ τρίτην ἡμέραν ἀνέθεντο πυρρύνει, ἄρης δὲ ἔτ' παρ' ἑλλησι. Ergo πυρρύνει nomen illi Aegyptiacum, ἄρης Græcanicum. Atque ita de cæteris. Valens Babylonii φαίνοντο appellationem dat de Saturni stella, ubi loquens de Planetarum coloribus, Saturni nigrum esse dicit, ἐπεὶ χροὺς ἐστὶ σημεῖον βροδὺς καὶ ὀφθαλμοί, ἐνθεν καὶ βαβυλωνιοὶ φαίνοντο αὐτὸν προσηγρόδουσαν, ἐπεὶ πάντες τῷ χροὶ φαίνεται γίνεσθαι. Quæ sunt inepta & ridicula, sed vanis idest suis auctoribus digna. Ne censeas autem Babylonios ibi eum dicere qui sunt Aegyptii ob artis communionem, paulo post addit ab Aegyptiis Martem appellari ἄρτιω, quasi *intercreatorum*, ἀπὸ δ' αἶρω. πυρρύνει καὶ, inquit, καὶ πᾶς κατεργαστικὸς θεός. Αἰγυπιοὶ καὶ ἄρτιω αὐτὸν προσηγρόδουσαν, ἐπεὶ τὸ ἀγαθοποιῶν καὶ τὸ ζωῆς παρέρτης ἐστίν. *Facie ignea hic Deus est, & sectionis operator.* Vnde & Aegyptii ἄρτιω eum nominarunt, quoniam *beneficarum stellarum & vite interversor est.* Non ἄρτης Aegyptiis Mars vocatus est voce Græca, sed ἑρτωσί Aegyptiaca. Quod vocabulum non ὀφθαλμῶν denotat, sed virtutem vivificam omnium rerum. Cedrenus de Martis stella, καλεῖται δὲ Αἰγυπτιῶσι ἑρτωσί, τῷ τὸ σημεῖον παντὸς γένους ζωογονίαν, & πάσης ἐξίας & ὕλης φύσιν καὶ διώκειν ἀφαιρτικῶς καὶ ζωογονικῶς. In Lexico Aegyptiaco, in Planetarum nominibus, ἄρης Aegyptiacè vocatur Μολόχ, & Saturnus Ρηφάν.

Ρηφά. Duo hæc nomina in versione Seprua-
 ginta reperiuntur. Et hoc pro πῦς quo no-
 mine Saturni stellam Judæi appellarunt. U-
 non dubium sit quin Ρεφά Ægyptiis vocat-
 us sit Saturnus. Interpretatio nominis Ε-
 τωσὶ non convenit naturæ Martis stellæ qua-
 lem eam describunt Ægyptii & Græci Astro-
 logi. Nam Ὠδαιρεήκω potius τῷ πύσος ζω-
 γονίας eam esse volunt quam ζωογονική. Sed
 in falsi varietate veritatis constantiam quæ-
 rere nugari est. Non est porro dubitandum
 quin Ægyptiaca Sphæra, hoc est Ægyptiacæ
 Sphæræ stellæ & sidera signaque, ut alias ap-
 pellationes habuerunt quā in Græcanica, ita
 etiam aliæ de his fabulæ confictæ sint ab Æ-
 gyptiis quam à Græcis, & aliæ earum causæ
 proditæ. Nigidius homo Romanus, & Græ-
 cæ litteraturæ peritissimus cum utriusq; Sphæ-
 ræ differentias explicaret, Ægyptiacam sub
 nomine *Barbarica* traduxit, quia Græci ac
 Romani Ægyptios nominabant Barbaros.
 Firmici ævo cum tanta esset rerum morum-
 que & verborum facta mutatio, in ea signifi-
 catione qua tunc *Barbarici* vocabulum sume-
 batur, *Barbaricam Sphæram* ille appellavit, &
Barbarica Sphæra Apotelesmata pro siderum,
 quæ μορφώσας sunt & εἶδωλα, Apotelesmatis.
Signa, εἶδωλα, μορφώσας, simulacra, σιχηῖα, *si-*
dera synonymus dicuntur. Auctor Carpi εἰ-
 δη appellat Aphorismo ι x. τὰ ἐν γῆσιν καὶ

Φθoρᾱ εἶδη πᾶσι καὶ τῶν ἑρμηνείων εἰδῶν. Arabs
 interpreς *صور* reddidit, quod est imagines,
 formæ, similitudines. Eratosthenes ad Arati
Phænomena, πῶς ἄστρον, hoc est *sidus*, definit,
 εἶδωλον ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωµένον. Hoc
 corpus est ex pluribus distantibus compo-
 situm, cum ἀστήρ & *stella* sit σῶµα ἡνωµένον, &
 καὶ µίαν γραμμὴν περιεσφαιζόµενον, *una linea cir-*
cumscriptum, & *unum*. Quæ εἰδῶλα ea sola
 considerat in genituris, *Barbarica* est ἀποτελεσ-
 ματικὴ, quia *Barbaricum* τὸ εἰδωλοποιὸν tunc vo-
 cabant. Quæ solas stellas inspicit, communis
 est & vulgaris ἡμετερολογικὴ. Nempe ex his quæ
 diximus nemo non videt Barbaricam Sphæram
 Nigidii longe diversam esse, & alio sensu di-
 ctam à Barbarica Sphæra Firmici & Aben-
 Ezræ. Decani εἰδῶλα sunt in singulis signis, &
 ternis singuli præsunt etiam εἰδώλοις, quæ
 ἀστεργῶν & ἀθανάτων nomine dice-
 bantur. Non tamen de his tractavit Firmicus
 inter Barbaricæ Sphærae Apotelesmata, cum
 tamen Ægyptiacæ essent eorum appellatio-
 nes & ab inventione Ægyptiaca. Atqui si Bar-
 barica Sphæra eadem cum Ægyptiaca, debue-
 runt in ea locum habere. Solorum tamen si-
 gnorum Apotelesmata, & singularum cujus-
 que signi partiū, quæ & ipsæ totidem εἰδῶλα
 sunt, in ea tradidit. Quod ego valde miror.
 Cum itaque singuli Decani denis partibus
 cujusque signi præessent, id est totidem cœ-
 lesti-

lestibus simulacris, non est dubium secundū illam *μοιρολογίαν* ab Aesculapio proditam quin genitus in unaquaque parte ex denis quæ singulis Decanis parebant, diversum Thema genituræ habuerit & diversos Climacteres. Inde est fortasse quod uni Decano in *ἀναρχία* φη Climacterum Hephæstionis deni Climacteres tribuuntur, quia nimirum denas partes unusquisq; sub dominio suo Decanus habet. Sic primus Decanus Arietis decem habet Climacteres, totidem primus Tauri. Item primus Leonis. Itē secundus Scorpii, & secundus Sagittarii, secundus Capricorni, primus Aquarii & tertius, & primus Piscium. In aliis numeri aut pauciores habent quam decem, aut plures. Quibus pauciores sunt, ex eo venit quod genitorum in eo *δεκαμοιροαίω* spatio sub uno Decano Horoscopo, aliqui eundem habent Climacterem. Quod autem nonnullis Decanorum plures denis adscribuntur, ut undecim & tredecim, causa est fortasse quia quidam ex genitis in illo denarum partium intervallo plures habent Climacteres, duos vel tres. Nam supra ostendimus in una genitura aliquando amplius quam unum dari Climacterem, quamvis ut plurimū singulæ genituræ unum habere Climacterem censentur, notabilem scilicet annum aliqua clade vel periculo vitæ aut fortunis intentato. Alias non possum in animum inducere quomodo fieri

possit ex præscriptis artis Genethliacæ, ut natus, exempli gratia, in prima parte Arietis idem Thema genituræ habeat, idem vitæ spatium & eundem terminum eisdemque Climacteres cum eo qui nascetur in secunda, tertia, quarta & deinceps, usque ad denam. Quicunque enim in illo spatio quod denæ partes occupant nascuntur, eundem habent Decanum *ὠροσκοπιῶται*, quia totis decem præsidet partibus. At singulæ partes sive *μοιροχρόνοι* totidem diversas faciunt genituras, vitæ substantia, exitu, Climacteribus disparer. Quando Decanorum potestas valuit apud priores Genethliacos, nemo potuit nasci quin aliquem haberet Decanum *ὠροσκοπιῶται*. Tunc idem omnino erat *δεκανὸς* & *ὠροσκόπος*, & *θεὸς ὠροσκοπιῶν*. Nam Decani Dii habebantur. Ptolemæus abrogavit imperium Decanis, & nomen eorum ex *ἡμεθλιακῇ* abolevit. Ab eo tempore qui *ὠροσκόποι* dicti sunt, non iidem cum Decanis sunt habiti, quia nulli amplius comparebant in methodo condendorum genituræ Thematum. Hinc *ὠροσκόπος* & *δεκανὸς* seorsim appellavit Jamblichus in Epistola ad Porphyrium, *ὅσοι περὶ τὸν λεγόμενον δεκανὸν ἢ ὠροσκόπον, καὶ περὶ τὸν λεγόμενον κροταεὸν καὶ ἡγεμόνα ὀφθαλμοδιδάσκει τὰς μερῶν τῶν ἀρχῶν ἀνανομὰς ἀναφαίνουσι*. Atqui cum Decani nominati in Astrologia & observati sunt, non alii præter eos

eos fuere Horoscopi. Atque inde nomen : *ὠροσκόπος* absolute in genere virili, quia sub-
 audiebatur, *δεκανός* vel *θεός*. Dii autem De-
 cani. Postea oblitteratis Decanis nomē ipsum
ὠροσκόπος mansit pro loco ipso vel parte signi
 in qua quis nascitur, vel quæ natalem ejuſ-
 que horam videt. Ptolemæus & Hephæſtion
ὠροσκοπέου μοῖραν appellant. Et sane cum
ὠροσκόπος dicitur, posset subintelligi *πίπῃ*.
 Nam primus fuit *πῶς* sive locus τῷ δωδε-
 κατρίῳ. Cum in Horoscopo aliqua stella di-
 citur constituta, de loco ipso vel parte orien-
 tis signi horæ genitalis tempore accipitur.
 Ita enim Solem aut alium planetam in Horo-
 scopo esse dicunt Astrologi veteres, ut in Me-
 dio cœlo & in Occasu, vel etiam in Ariete &
 alio signo. Ita per Horoscopum intelligunt
 locum ipsum vel partem ortivam signi ascen-
 dentis in hora qua quis ex alvo matris in lu-
 cem exit. Græci vocant τὴν ἀναπληκὸν ὀρίζον-
 τα. Firmicus ita ferme semper loquitur:
 Hunc aut illum planetam in Horoscopo esse
 constitutum, ut in secundo, tertio loco ab
 Horoscopo, vel in Medio cœlo vel in Occasu
 vel in Imo cœlo. Græci è contra, ita *ὠροσκόπον*
 dicere solent in aliquo signo positum ut So-
 lem vel Lunam vel aliam erraticam. Sic enim
 in genituris desponendis loquuntur, *ἡλιος*
κεῖν, σελιών ταύρω, κρόν ὑδρηχόν, ζῆς
ιχθύσιν, ἄρης κεῖν, ἀφροδίτη ταύρω, ἑρμῆς
ιχθύ-

ἰχθύσιν, ὠροσκόπῳ ταύρω. Sol in Ariete, Luna in Tauro, Saturnus in Aquario, Iuppiter in Piscibus, Mars in Ariete, Venus in Tauro, Mercurius in Piscibus, Horoscopus in Tauro. Hoc est Thema urbis Gazæ. Sed nunquam aliter in genituris hominum construendis dicere solent. Qui loquendi modus ab eo tempore usitatus mansit quo δεκανὸν vel θεὸν, id est θεὸν δεκανὸν, ὠροσκόπον esse statuebant, quem & ὠρονόμον vocarunt ab hora natali inspicienda & gubernanda. Annubion,

Πάντα δ' αἶψ' ἡελίοιο διέκβαλε τῷτον δριθμόν

Εἰς ὅτι δ' αὖ λήξῃ κείθι καὶ ὠρονόμῳ.

Id est ὠροσκόπῳ. Inde etiam est quod cum Sextus Empiricus quatuor principales genituræ cardines recenseret, quæ κέντρα Græci dicunt, reliquos tres in genere neutro protulit, solum ὠροσκόπον masculino. πένταρ φασὶν εἶναι τὸ δριθμόν, ὅπερ κρινῶ μὴ ὀνόματι κέντρα καλεῖσιν, ἰδιαιτέρον δὲ τὸ μὴ ὠροσκόπον, πὲρ ᾧ μεσσηνίηνμα, τὸ ᾧ διώνον, τὸ ᾧ ὑπόζαιον. Si ad vocem τέτταρ referenda est dictio ὠροσκόπῳ, æque potuit dicere, & τὸ διώνοντα, & τὸν ὑπόζαιον, subintelligendo τέτταρ. Rursus cum certum sit τὸ διώνον vocari absolute cum subaudiatur κέντρον, & τὸ ὑπόζαιον, unde & κέντρον ὑπερχρόνιον vocat Dorotheus, pari ratione potuit dicere τὸ ὠροσκόπον, vel ὠροσκοπιῶ, ut nimirum & τὸ κέντρον intelligeretur.

Αῖρ-

Ἀρχαῖκῶς igitur ὁ ὠροσκόπος & ὁ ὠρονόμος
 in hoc genere dictus mansit quia referretur
 ad δεκανός. Nemo quippe eo tempore vita-
 lem auram haurire incipiebat quin aliquem
 Decanorum haberet pro ὠροσκόπῳ. De quo
 ita loquebantur, ὁ ἡνιώμενος ὅτι τῶ πρώ-
 τῃ, δέυτῃ, τρίτῃ δεκανῷ hujus aut illius si-
 gni. Item: ἔχων πρῶτον, ἢ δέυτερον, ἢ τρίτον δε-
 κανὸν ὠροσκοπιῶντα. Pro quo dixere qui De-
 canorum ἀγωγὴν non admiserunt, ὠροσκό-
 πον ἔχων ἐν τῷδε ἢ τῷδε ζωδίῳ. Plurimi tamen
 etiam post Ptolemæum Decanorum nomi-
 na & numina ut maximæ potestatis & ma-
 jestatis ingenituris receperunt, ut inter Græ-
 cos Hephæstion qui Climacteres omnes ab
 his pendere facit, & inter Latinos Firmicus
 qui duobus locis de his tractare instituit
 lib. II. cap. IX. & lib. IV. cap. XV. Ubi dicit De-
 canos magni numinis ac potestatis esse, & per ipsos
 prospera omnia & infortunia decerni. Ergo &
 Climacteres quæ proprie infortunia sunt, ab
 his maxime decernuntur. Ibidem quoque
 adjicit, Necepsὸς Ἀgypti justissimum imperato-
 rem & Astrologum valde bonum, sic enim li-
 bri legunt, per ipsos Decanos omnia vitia valetu-
 dinesque collegisse, ostendentem quam valetudinem
 quis Decanus efficeret, & quia natura vincitur,
 & quia Deum frequenter alius Deus vincit, ex con-
 trariis potestatibus omnium egritudinum medelas di-
 vina rationis magisteriis invenisse. Ex quibus con-
 stat

stat omne genus Climaſterum tam qui ex morbis nascerentur quam qui ex fortuitis accidentibus quibus vitæ & fortunis pericula creari solent per Decanos colligi solita ab antiquissimis illis Ægypti Astrologis Petosini & Necepsō. E quorum libris non dubitem hausisse quæcunque de his scripsere Firmicus & Hephæstion & alii. Ut Jamblichus οὐ ὠροσκόπας separavit ἀπὸ τῶν δεκανῶν in Epistola ad Porphyrium, ita Porphyrius ipse in Epistola ad Anebonem Ægyptium cui Epistolæ Jamblichus respondit. Sic igitur scribit ut verba ejus citavit Eusebius lib. III. Præparationis Euangelicæ, χαρμήμων μὲν γὰρ οἱ ἄλλοι ἐσθ' ἄλλας πρὸς τὸ ὁρωμένων κόσμων ἡγουῦται, ἐν ἀρχῇ λόγον πημέλμοι οὐτὸν Αἰγυπτίων, ἐσθ' ἄλλας θεὸς πολλὴν τῶν πλανητῶν λεγομένων ἐν τῇ συμπληρουμένων τὴν ζωδιακὴν, καὶ ὅσοι τέτοις ὡρῶν ἀνατέλλουσι, ταῖς τε εἰς οὐτὸν δεκανὸς πικρὰς, καὶ οὐτὸν ὠροσκόπας, καὶ οὐτὸν λεγομένης κρεταυῆς ἡγεμόνας, ὧν καὶ ὀνόματα ἐν τοῖς Ἀλμυρικοῦ φέρεται. Hæc distinctius & melius in Epistola Jamblichi exposita leguntur. Non enim dicit nomina Decanorum in Almenichiâs contineri, sed quæ ad stellarum tantum φάσος & κρύψος pertinent, & Lunæ auctus & damna, quæ minima pars erat τῶν ἐρμαῖκων ἀγατάξεων, id est Mercurii constitutionum & librorum. Οἷοι δ', inquit, οὐτὸν πλανήτας, ἐν τῇ ζωδιακῇ, τὰς τε δεκανὸς, καὶ οὐτὸν λεγομένης κρεταιῆς, ἡγεμόνας

ὡρῶν

ἀναδιδόασι, τὰς μερῶν τῶν ἀρχῶν ἀνανομάς
 ἀναφαίνουσι. τὰ δ' ἐν τοῖς Σαλμεσχινιακοῖς μέρος
 ἡ βραχυτέρα τὴν περιέχει τῶν ἑρμαϊκῶν ἀφαιρέσεων,
 καὶ τὰ περὶ ἀστέρων ἢ φαίσεων, ἢ κρύψεων, ἢ σελήνης
 αὐξήσεων ἢ μώσεων. *Qui Planetas & Zodiacum,*
& Decanos appellatos, & eos qui dicuntur potentes
duces tradunt, partibiles potestatum divisiones osten-
dunt. Quæ vero in Salmeschinias habentur, par-
tem minimam continent Mercurialium compositionum
ut de stellis, & ortus earum & occasus, Lunaque incre-
menta & decrementa. Σαλμεσχινιακά, vocat quæ
 apud Eusebium scribuntur Ἀλμυριακά. Sed
 eo modo legitur etiam apud Hephæstionem,
 Σαλμεσχινιακά. Nec dubito eam veram esse
 lectionem. Falsum autem Decanorum nomi-
 na, in Salmeschinias fuisse descripta, cum
 nihil aliud continerent nisi quæ ad stella-
 rum ortus, & occasus pertinent, & Lu-
 næ incrementa & decrementa, & ex his
 tempestatum prædictiones ab Astrologis fie-
 ri solitas, ut habentur in iis Kalendaris quæ
 vulgo *Almanachia* appellantur. Vox Σαλμε-
 σχινια Persica est & composita ex **سالم**
 quæ periodum Lunarem significat, & **حان**
 quæ verba sunt ac sermones. Hinc **سحندان**
Schundan ἑρμηνεύεται, interpretes, nuntius. Quem
 Græci auctores dixerunt Ἀσκανδαν, Ασκαν-
 δης ἄγγελος Hefychio, de quo alibi. **سالم** Per-
 sis est Luna, **سال**, *Sal*, periodus, Vetustissimis

سالم

genus periodi. Σάρο. Rho & Lamb-
 da quomodo invicem permulentur in omni-
 bus ferme linguis, notum est. Eam vocem
 Persicam Arabes corruperunt & ex eo fece-
 runt suum المنخ, *Almanach*, quod nihil in A-
 rabico significat & pro Kalendario ab his po-
 nitur, hodieque sic vocant omnes ferme
 Europæ nationes. Nihil igitur Decani ad
 hujusmodi Persica Σαλμεχανιακὰ, aut A-
 rabum *Almanachia*. Ἑρμαϊκῇ autem Διο-
 τάζεις sive ordinationes, Libri fuere Mercurii
 Ægyptii qui viginti voluminum millia, δυσμε-
 ρίας βίβλους, conscripserat de variis substan-
 tiis & principiis, & potestatum ordinibus
 cælestium, quæ aliæ atque aliæ à diversis sacer-
 dotibus traditæ fuerant. In his τὰ ἀστρολογήμε-
 να & θεολογήματα Ægyptiorum explicaverat,
 eamque artem docuerat Æsculapium & Anu-
 bium ut scribit Firmicus. Γενικὰ Ἑρμῆ libris
 illis Titulus fuit, ut est in Jamblichi Epistola
 ad Porphyrium. Hinc Ἑρμαϊκὴ θησιμήνη Bardisa-
 næ apud Eusebium scientia Genethliaca, ἀλλὰ
 ἐποικὰ βάρεσσε ἔθνη κατελέξαμεν, τά τε ὄντα ἐν
 μεσημβρίᾳ ἐ δύσφ καὶ ἀνατολῇ καὶ ἀρκτῷ, τέτταρ-
 ἐν Διοφύροις κλίμασι μὴ μετεχόντα Ἑρμαϊκῆς
 θησιμήνης. Ergo minima pars eorum librorum,
 hoc est Ἑρμαϊκῶν Διοτάξεων, continebat Al-
 manachia veterum, quæ solos stellarum ortus
 & occasus tractabant & Lunæ varios meatus,
 ex quibus περὶ γνωστικὰ ventorum, pluviarum,

scilicet

ferenitarum, & placidarum graviumque tempestatum ducebantur. Quod autem δεκανὲς & ὠροσκόπος Porphyrius & Jamblichus discernunt, cum tamen omnes Decani essent quoque ὠροσκόποι, hæc ratio adferri potest. Platicè quidem, hoc est παλαιῶ λόγῳ, omnis Decanus est ὠροσκόπος, quia, ut dixi, nemo nascitur quin aliquem ex Decanis habeat ὠροσκοπιῶντα. Sed cum singuli Decani denis partibus cujusque signi præsideant, & non solum partes signorum in genituris considerari soleant, sed etiam partium partes & minuta, sic μερικῶς plurimi existunt ὠροσκόποι, quot nempe sunt μόρια ὠροσκοπιῶντος. Singula autē illa μόρια suos habuere Deos præsidēs, qui ὠροσκόποι etiam dicebantur, & μερικῶς erant ὠροσκόποι cum Decani forent καθολικῶς. Tradit etiam Firmicus Decanos & eorum Munifices per infinitas divisos fuisse numinum potestates, à quibus decerneretur quidquid soleret nec sperantibus nec scientibus evenire. Eam autem potentiam non habuere, nisi ὠροσκοπιῶντες cujusque genituram. Tantum porro & tam generali pollere efficientiā videbantur Decani, ut totidem instituta populorum legesque universales esse censerentur quot Decani essent. Quam potestatem alii Planetis, alii signis Zodiaci tribuerunt. Ut enim septem numerantur Climata orbis habitabilis, ita unicuique præesse planetam unum dicebant. Regi autem

tem illius Climatis omnes populos iisdem legibus quæ penderēt nimirum à decreto stellæ illius cui parebat totū illud Clima. Ita isti septem populorum constituiebant differentiam, jurisque gentilis quod septenaria partitione divisum erat in septem gentes, atq; ἐπὶ τὰ νόμους εἶναι καὶ τὸν ἐπὶ τὰ ἀστέρας. Alii rursus καὶ τὰ ζώδια, duodecim esse juris gentium diversitates, quot nempe essent signa circuli Zodiaci cum eodem uterentur jure omnes nationes quæ uni subjiuntur signo. Postremo hoc discrimen moris & juris quo plures populi simul gubernantur, non per stellas nec per signa Zodiaci alii metiebantur, sed per Decanos. Cum triginti sex hi sint, totidem esse volebant leges & scita generalia quibus omnes illæ gentes regerentur quæ singulis Decanis subessent. Hoc falsum & nugatorium. Nam ut scripsit Bardisanes vetus auctor, homo Syrus ex Hieronymo notus, & in arte Chaldaica quam tamen confutat, teste Eusebio, exercitatissimus, ἔχ' ἐπὶ τὰ νόμοι εἰσὶ καὶ τὰς ἐπὶ τὰ ἀστέρας, καὶ δὲ δώδεκα καὶ τὰ ζώδια, καὶ δὲ τριάκοντα ἐξ καὶ τὸν δεκανῆς, ἀλλὰ μύριοι. Ut generales sunt igitur Horoscopi Decani, ita multi sunt particulares & totidem quot μοῖραι ὡροσκηπῶν, quibus & sui Dii præsidebant, ut dixi, & κραταιοὶ ἡγεμόνες cujusque genituræ habitū. Quando itaque plures Climacteres unicuique Decano adscribuntur, καθολικῶς non μερικῶς

id

id accipiendum, & πλανητικῶς non λεπτομερεῶς. Variare quippe Climacterem necesse est pro ratione particularium Horoscoporum, ut totum Thema aliud est sub una signi parte geniti quam sub altera. In quo non solum μοίρας singulas, sed μόρια, id est λεπτά & ἐξηγησιὰ, & ἐξηγησῶν ἐξηγησιὰ considerare consueverunt qui ad verum pervenire exactiore via postulabant. In Climacteribus autem colligendis Ptolemæus, ut dixi, nullam Decanorum rationem habuit, ut nec antiquior Ptolomæo Critodemus. Non enim ἀναγραφῇ Climacterum Decanis singulis assignatorum perscripsit, sed eorum colligendorum rationem arcessit à conversionibus ac reversionibus errantium siderum eorundemque inter se configurationibus variis. Nec periodos tantum stellarum in Themate dispositarum spectabant, sed etiam ἀναφορικὰ tempora signorum, ut apud Valentem multis locis videre est. Ægyptii Decanos imprimis ad Climacterica tempora investiganda observabant, & eorum ὠροσκήπας. Perinde enim ut quis hunc aut illum haberet Decanum ὠροσκηπῶτα, ita hos vel illos in vita Climacteres habere, vel etiam vitæ exitum. Tempus est ut Decanorum omnium nomina Ægyptiaca cum Climacteribus unicuique eorum tributis ex Græcorum commentariis Astrologicis hîc proponamus. Eorum vocabula Scaliger ad Mani-

Qq lium

lium depravatissime scripta posuit ex vulgaris Firmici exemplaribus. Paulo sincerius concepta reperiuntur in antiquis ejus libris quos contulimus, sed Græci emendatissima præferunt, quos sequuti sumus.

NOMINA DECANORVM

CVM NVMERO

Climacterum iis attributorum.

ARIETIS DECANI.

- I. Χοντζε. Climacterici ejus anni, IV. IX. XII. XXI. XXXIII. XLII. XLIX. LII. LXIV. LXXIV.
- II. Χοντζε. Climacterici anni, II. VII. XVII. XIX. XXIV. XXXII. XXXIX. XLI. LII. LXIV. LXXII. LXXXVI.
- III. Σεκέρ. Climacteres, VII. XI. XXIX. XXVIII. XXXII. XXXV. XL. LII. LXVII. LXXXVIII. XCVII.

TAURI DECANI.

- I. Χώκ. Climacteres, I. IV. IX. XI. XXII. XXXIII. XLIX. LV. LXIX. LXXII.
- II. Ερῶ. Climacteres, VII. XIII. XXII. XXXIII. XLIX. LV. LXIX. LXXII.
- III. Ρομβόμαρε. Climacteres, IX. XII. XXIII. XXXI. XLVI. LIX. LXI. LXXIV.

GEMI-

GEMINORVM DECANI.

- I. Θοσάλκ. Climacteres, I. IX. XXIIV. XXXIV.
 XLIII. LIII. LXV. LXXIII.
- II. Ο'υαρε. Climacteres, VII. XII. XIX. XXI.
 XXVI. XXXVI. XLIII. LVI. LXV. LXXXIV. XCII.
- III. Φεδρ. Climacteres, VII. XII. XXI. XXXI.
 XLIII. LII. LXIV. LXXIV. LXXXVI. XCII.

CANCRI DECANI.

- I. Σωθ'ς. Climacteres, IX. XI. XXI. XXXIII.
 XLIX. LVI. LXIII. LXXI. LXXXVI.
- II. Σιτ. Climacteres, IV. VII. XII. XXIII. XLII.
 LIV. LXII. LXXIII. LXXXVIII.
- III. Χνυμ'ς. Climacteres, IV. VII. XII. XXIV.
 XXXIII. XLIX. LII. LXIII. LXIX. LXXIX,
 LXXXVI.

LEONIS DECANI.

- I. Χαρχνυμ'ς. Climacteres, I. XI. XXIII. XXXI.
 XLVI. LVII. LXIX. LXXII. LXXIV. LXXXVIII.
- II. Ηπ'η. Climacteres, IX. XXI. XXXIV. XLVI.
 LII. LXX.
- III. Φεπ'η. Climacteres, VII. XII. XXIII. XLIII.
 LII. LXVI. LXXIV. LXXXIX.

VIRGINIS DECANI.

- I. Τωμ. Climacteres, VII. XII. XXIII. XLI.
 LVII. LXIII. LXXII. LXXXVI.
- II. Ουεζδκαπ'η. Climacteres, IV. IX. XVI.
 Q q 2 XXII.

XXII. XXXV. XLIII. LVII. LXIII. LXXVI.
LXXXII. XCVI.

III. Αφωδ. Climacteres, IX. XVIII. XXIV.
XXXV. LII. LXVI. LXXIV. LXXXVII.

LIBRÆ DECANI.

I. Σαχῶε. Climacteres, IX. XVI. XXII.
XXXVI. XLIX. LIX. LXVI. LXXVII.

II. Πτηχῶε. Climacteres, IX. XII. XIV. XXVI.
XLI. LVIII. LXII. LXXIV. LXXXVIII.

III. Χονῶε. Climacteres, IX. XI. XXI. XXIV.
XLII. LIX. LXVIII. LXXIX.

SCORPII DECANI.

I. Σιωχηνῶε. Climacteres, IX. XII. XXII. XXXIII.
XLII. LVI. LXII. LXIX. LXXVI. LXXXV. XCIII.

II. Σεσμῶε. Climacteres, VII. XI. XXII. XXXIII.
XLII. LVII. LXI. LXXIII. LXXXIV. LXXXIX.

III. Σιεμῶε. Climacteres, III. IX. XIV. XVIII.
XXII. XXXI. XLIII. LV. LXV. LXXIV. LXXXIII.
LXXXVII.

SAGITTARII DECANI.

I. Ρησῶε. Climacteres, XI. XXII. XXXI. XLVI.
LIII. LXIII. LXXVII. LXXXVI.

II. Σεσμῶε. Climacteres, XI. XIX. XXI. XXII.
XLVI. LI. LXI. LXXII. LXXXVI. XCI.

III. Κομμῶε. Climacteres, XI. XXVI. XXXVI. XLII.
LI. LXVII. LXXII.

CAPRI-

CAPRICORNI DECANI.

- I. Σματ. Climacteres, I. IV. IX. XI. XVII.
XXII. XXXI. XLII. LVI. LXXII. LXXXI.
LXXXIX.
- II. Σραδ. Climacteres, VI. IX. XI. XXII. XXXI.
XLI. LII. LXIII. LXXV. LXXXI.
- III. Ι'σραδ. Climacteres, IV. VII. XI. XXII. XXXVI.
XLVI. LII. LXIII. LXXII.

AQUARI DECANI.

- I. Πλαυ. Climacteres, VII. XI. XIX. XXII.
XXXI. LVII. LXII. LXXVI. LXXXI. XCII.
- II. Α'δ. Climacteres, XII. XXVI. XXXIII.
XLIV. LVI. LXV. LXXIII. LXXXIV. XCI.
- III. Πληβυδ. Climacteres, I. VI. IX. XII.
XXI. XLII. LI. LXIV. LXXIV. LXXX.

PISCIVM DECANI.

- I. Α'βιδ. Climacteres ejus, XII. XXII.
XXVII. XXXIII. XLII. LI. LXIV.
LXXIII. LXXXII.
- II. Χονταρε. Climacteres ejus, IV. VII. X.
XVI. XX. XXXI. XLII. LI. LXI. LXIX.
LXXII. LXXVII. LXXIX.
- III. Πηβιδ. Climacteres habet, VI. IX. XII.
XXI. XXXI. XLII. LI. LXVII. LXXIV. XC.

Horum omnium nominum interpretationes
dabimus in nostro de lingua Ægyptiaca com-

Qq 3 menta-

mentario. Nam aut à forma & colore imposi-
 tz sunt his Decanis appellationes ut de *Cbna-*
bi supra docuimus, aut à potestate & effectu
 quem in genituris ostendunt. Sic secundus
 Capricorni dictus est *Σρῶ* quod victoriam
 significat, & tertius *Ι'σρῶ*, id est *veniens vi-*
ctoria, quia qui sub eo nascuntur, *τὴ πολλῶν*
χειμάσιν, & ad optatum finem perveniunt.
 Inde nomen Reginz *Νιτωκεῖς*, quod *νικηφό-*
ρον interpretantur. Nam *Νισρῶ* in plurali nu-
 mero sunt victoriæ, & *Ιεῖ* verbum signifi-
 cat facere. Inde *Νισρῶεῖ* victorias faciens vel
 ferens. Pro quo Græci ut duritiem vocis
 emollirent, dixerunt *Νιτωκεῖς*. Legi etiam
 apud Georgium Syncellum *Νιτωκεῖς*. Ita *Ε'σ-*
δεγν scripsere pro *Ε'σσε*, *ε'σσε*, quia Græcis
 non junguntur Sigma & Rho. Ita *Σιεμὲ* vel
Σιεμὶ dicitur scientia instructus Decanus, quia
 tales facit. Nam *ἔμῃ* est scientia, *Σιεμὶ* qui capit
 scientiam, sciens. *Σι* est capere, quod in com-
 positis in principio dictionis activam habet si-
 gnificationem. Ut *Σιπὶ* ignominia, *Σισιπὶ*
 ignominiosus, qui accipit ignominiam. In
 fine positus passivam inducit, ut *Μωσὶ* ca-
 ptus ex aqua, *α'αλληφθῆς ἐξ ὕδατος*. Græci
Μωύσης. *Μώ*s quippe Ægyptiis est aqua. Sed
 de his alibi. *Σῶθις* nomen quoque est Deca-
 ni qui decem primas Cancrī partes possidet,
 Canicula est Græcis quæ cum Cancro oritur,
 & *ἡ ὀφθαλμὶ* est Cancrī *Σιτ* vel *Σήτ* se-
 cun-

cundus est Cancrī Decanus. Eam vocem quoque pro Caniculæ ~~fidere~~ posuerunt, & ita apud Valentem, qui ὑπὸ τῆς Σηθ ἀναπολῆς, à Caniculæ exortu, annum Ægyptiis incipere dicit. Cum Græcis ὁμωνύμως appelletur κύων tam ipsum sidus quod etiam ἀστροκύων vocatur, quam stella clara quæ in ejus ore lucet & quæ putatur æstum accendere, & *Canicula* nomine à Latinis nuncupatur, Ægyptii ut apparet τὸ ζώδιον ipsum Σῶθιν nominarunt, ipsam vero stellam quæ in ore canis est Σητ vel σιτ. Inde duo nomina Decanorum primi & secundi in Cancro. Verum de his alibi. Hæc θεωρία Climacterum secundum Deca-
 quibus tribuuntur considerata, πλῆσι-
 κη est non μοιρακή. Non enim satis est ut hæc aut illa genesis hunc vel illum Decanum habeat ὠροσκηποιῦτα, quo hunc aut illum annum vitæ pro Climacterico patiat, sed planetæ etiam ipsi spectandi quomodo in genesis collocati sint, item loca ipsa genituræ & signa in quibus stellæ benevolæ aut malevolæ, sive κλιμακτηρικῶν, sunt constitutæ. Ut enim ad reliquum fatum genesis non sufficit solius Decani ὠροσκήπησις, sed etiam aliæ stellæ adjutrices aut adversatrices inspiciuntur, ita & in Climacteribus genituræ colligendis non sola potestas Decanorum venit spectanda. Nam sæpe evenit ut quem Climacterem adstruxit Decanus, eum destruat

benevolæ stellæ adspēctus, aut mitiget, & ex periculoso & anticipiti *παροδιῆν* tantum reddat. Considerantur igitur Climacteres quadrifariam, etiam cum platice *θεωρουῦται*, aut secundum Loca sive signa, aut secundum Decanos, aut secundum stellas ipsas, aut etiam conjunctim secundum stellas malevolas prout singulæ Sortis Fortunæ loca radiatione sua aut præsentia infestant qui *κληρικὸι κλιμακτῆρες* appellati sunt, ut supra ostendimus. Sic illi Decanorum quos supra posuimus, *ώροσκηπτικὸι* possunt appellari. Sunt autem & *κλιμακτικὰ ζώδια* ut in superioribus docuimus. Valens duobus locis sex *ζώδια κλιμακτικὰ* numerat, quattuor Tropica, cum Scorpio & Aquario, quia, inquit, *ἐν τέτοις οἱ ἐνιαυτοὶ γινόμενοι ὀπισθοβαλεῖς τυγχάνουσιν*. De Tropiciis quidē ratio in promptu est, ob mutationem rerum quæ fit in illis signis, De Scorpio & Aquario ea fortasse causa est quod Aquarii dominus sit Saturnus, infestum prorsus sidus, & *κλιμακτικὸν αὐτῶν*. Nam in eo domicilium habet, ut in Scorpio Mars non minus iniquus, nec minus *κλιμακτικὸν εἶζων*. Nisi quis velit ad propriam eorum signorum naturam respicere, quod minus tamen placet. Sic ex Dodecatropo Horoscopi cum quattuor prima loca sint & Cardinalia, quattuor secunda, & quattuor tertia quæ pigra etiam appellata sunt, hæc quattuor

tuor pigra etiam κλιμακτηρικὰ habentur, id est mala, & κακωπικὰ. De quibus jam supra. Sunt etiam stellæ κλιμακλιήζουσι, nempe malevolæ aut Saturnus & Mars, & Luna cū propterat illuminari. Sunt & χήματα κλιμακτηρικὰ & læva, ut Quadratus adspēctus & Diameter. Hæc omnia πλαπκῶς, live πλατεῖ λόγῳ considerantur. Sæpe enim signi natura mutat naturam stellæ quæ bonam habet radiationem aut quæ præsentia sua genitura favet. Interdum etiam stellæ conspēctus vim loci Climacterici emollit, & inflectit. Cum vero in loco vel signo Climacterico, stella insidet Climacterica, tum gravior existit Climacter & vix evitabilis. Multo magis si plures stellæ malignæ radiationem suam aut præsentiam loco præbeant. Quod si omnes sint tales, nullum est effugium Climacteris. Partilis igitur Climacterum disquisitio hæc omnia debet attendere, & loca signaque & stellas in iis consistentes inter se contendere, viresque singulorum non solum per se contemplari, sed etiam mixtas omnium expendere. Unaquæque stella suam habet naturalem virtutem & potestatem, beneficam aut maleficam, aut communem, id est cum maleficis male agentem, cum beneficiis bene. Sed cum plures in una genitura considerantur, ex earum mixtura alios effectus consequi necesse est quam qui ex singulis existunt. Ideo

non solum eas coloribus quibus utuntur pictores compararunt veteres Astrologi, sed etiam unicuique earum suum colorem, quo melius comparatio illa procederet, assignarunt. Ζωρεαφικά χρώματα propriis & naturalibus fucis singula prædita sunt, alia floridioribus & clarioribus, alia saturatioribus & obscurioribus, sed ea invicem mixta & confusa colorem suum perdunt, & alium induunt, interdum lætiorem & gratiorem, interim etiam tristiorem & adspectu minus delectabilem. Idem est de planetis. Propria virtute singuli pollent. In agmine dispositi ob varios invicem aspectus & configurationes, quibus quasi contemperantur, amittunt vim suam & aliam adsciscunt. Unde & σύγχρουν hoc vocarunt, ut in coloribus pictorum. Latini *mixturam*, ut Manilius & Firmicus. At fallitur Scaliger qui notat ad Manilium σύγχρουν illam esse stellarum cum signis, cum sit tantum stellarum inter se per varios σχηματισμός. Ita mixtæ & temperatæ stellæ interdum commodam & felicem efficiunt genituræ dispositionem, interdum incommodam & & improspæram. Virtus singularum dicitur φυσική δύναμις, mixtarum vero & in agmine velut dispositarum συγκεραπτική. Ut color obscurus cum vegero mixtus excitatur, ita rursus clarior accedente fusco saturatur prout in mixtura amplius hujus quam illius fuerit.

Ita

Ita boni coloris stella obscuratur conspectu deterioris, & contra. Origenes egregie de ista stellarum συγκεσίσι ita disserit his verbis quæ apud Eusebium leguntur, ἐς ὃν καὶ τὸ συγκεχωρημένον, τὸ καταλαμβάνεσθαι τὸ νοητὸν δωδεκατημέριον, ἢ διωάσθαι ἐκ τῆ αἰσθητῆς δωδεκατημορίας λαμβάνεσθαι τὸ αἰληθές, αἰτῶν τὴν σύγκρισιν παρ' αὐτοῖς καλουμένῳ τῷ ἐσ. τοῖςδε ἢ τοῖςδε σχηματισμοῖς τυγχανόντων καὶ αὐτοὶ ὁμολογήσασιν, ἔχ. οἳ τε σωσθῇ καὶ πάν, αἰμαυραμένους τῷ δηλαμένους φέρε εἰπεῖν τῷ χείρον τὸ ὑπὸ τῷδε, ἀλλ' τὸ ὑπὲρ βλέπεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῷδε τῷ κρείττονι, καὶ ὑπὲρ τὸνδε ἢ τὸνδε αἰμαυραμένους, πολλάκις πάλιν τῷ αἰμαυρώσει τῷ χείρονι ὑπὸ τῷ ὑπὲρ βλέψεως τῷ χείρονι ἐμποδιζομένης ἐκ τῷ ἑτέρου ἕως ἐξημαλίσθαι χερσόνων ὄντα σημαντικόν. Ex quibus ostenditur σύγκρισιν illam quam sic vocatam dicit Astrologis, solarum inter se stellarum esse prout se invicem conspiciunt, non etiam signorum cum stellis. Concedatur & hoc, inquit, posse percipi intelligibile Dodecatemonium, aut ex sensibili Dodecatemonio posse verum cognosci, sed mixturam quæ sic ab eis vocatur stellarum in certis configurationibus earundem consistentem, fatebuntur & ipsi non posse omni modo constare, cum aut deterior verbi gratia obscuretur à meliore, quatenus ab ipso conspicitur, & in tantum aut tantum obtunditur, interdum vero & deterioris obscuratio procedat, quia melioris impediatur ad illam adspēctus, ex eo quod

quod certo modo figuretur illa stella qua pessima
 quæque significantur. Nunc de coloribus dica-
 mus, qui singulis stellis donati sunt ab anti-
 quis. Saturno nigrum, τ μέλανα, dederunt,
 Jovi λαμπρόν, Marti κίρρον rubrum, Soli
 Δαυρή lucidum, Veneri ποικίλον varium; Mer-
 curio ὠχρόν luteum, Lunæ αἰρώδη ætereum.
 Ita Valens ubi tractat, Διὸς ποίαν αἴλιαν ποικί-
 λους χροιαῖς σὺν πάντεσσι πλανήταις καὶ τῷ σελή-
 νῳ ἐτ' ἥλιον οἱ παλαιοὶ ἐτύπωσαν. Propter quas
 causas talibus coloribus quinque planetas Lunam-
 que & Solem figurarunt antiqui. Saturni stella
 nigra est, quia χρόνος, temporis, signum est.
 Res enim longo tempore obscuratæ in aper-
 tum tandem prodeunt. Unde & φαίνοντες,
 inquit, Babylonii vocarunt, quia πάντα τῷ
 χρόνῳ φανερά γίνονται. Jovis stella λαμπρά,
 quia vitæ & omnium bonorum auctor est.
 Λαμπρόν pro candido & claro dixere. Mars
 κίρρος, id est ruber, vel rufus, qui color est
 ignis & sanguinis, quia igneus est & sectio-
 nis cædisque artifex, & vitæ ideo bonorum-
 que omnium præcisor. Sol Δαυρήας lucidissimus,
 quia sinceri & æterni luminis
 fons est. Venus τῷ χροίματι ποικίλη, colore
 varia, quia cupidinis magistra est, quæ ad bo-
 na & mala multa promiscue extenditur at-
 que ad varios vitæ actus, quos sola proprie
 gubernat. Cum enim post mediam Solis
 Sphæram, suum circulum obtineat, influxus
 excipit

cipit Sphærarum quæ supra eam sunt, & earum quæ infra se sunt stellarum virtutes ascendentes colligens, multiplices cupiditates & actiones ex eo generat. Mercuriū fecerunt flavum, ὡχρὸν, & felli concolorem, quia prudentiæ, rationis, & amaritudinis dominatum habet, & efficit sibi similes qui sub ipso sunt ingenio & colore. Luna αἰερῶδης, aërii coloris est, instabilis quippe est & inæqualis ejus cursus, similiter & actiones eorum cogitationesque qui sub ea statuuntur. Porphyrius tincturis vestium colorem planetarum assimilat in Isagoge ad Tetrabiblon Ptolemæi. Sic titulus est in vulgatis, *ὡεὶ ὧν ἱματισμῶν ἢ βαφῆς κυεύουσιν ἡ χροιάς*. Quibus vestimentis, tincturis aut coloribus præsumt. In scriptis codicibus simpliciter habetur, *ὡεὶ τῶν ἱματίων χροιάς*. De colore vestium. *Ὁ κρόνθ βαφῆς καυοερίζσης, ἢ ἀφροδίτη λευκῆς χροιάς, ὁ ζῶς γαλαϊζέσης ὅππὶ τὸ λευκὸν ῥεπέσης μικρὸν, ὁ ἄρης πυρίνης, φλογίνης, ἀληθινῆς, ὁ ἥλιος χρυσοκτείνης, ἡ σελήνη πρᾶσινυ*. Hæc in multis dissident à Valentis colorum similitudine. Præterea nomen Mercurii deest, quod fortasse an inserendum istis unde & excidit, ὁ ἄρης πυρίνης φλογίνης, ἑρμῆς ἀληθινῆς. Mars ignei & flammei coloris, Mercurius purpurei, hoc est veri. Nam ἀληθινὸν colorem de purpureo dixerunt, unde *bolovera vestes*, totæ veri, idest purpurei, coloris. Valenti Mercurius est ὡχρὸς, id est

est flavus, non purpureus. Alius auctor ἐρυθροδάανυ colore[m] ei tribuit. Saturno κασσείζουσαν βαφὴν dat. Castorini coloris vestes olim fuere, dictæ *Castorina*, sive quod ex pilis castorum conficerentur. Unde *castorinati* Sidonio castorinis induri. Isidoro *Bebrina* vestis quæ & *Castorina*, pro *Fibrina*. Non illæ pelles castorinæ, ut putavit vir doctus, sed vestes ex lana castorina, quarum mentio apud Achmerem. Et *Castorinarum* cum *sericis* vestium meminit Ambrosius, quæ ea ætate in pretio. Cum κασσείζουσαν βαφὴν nominat Porphyrius intelligit tincturam nigram castorinarum vestium. Talis convenit Saturno, non naturales castoris pili, sed tincti. Non enim fulci sunt. Hodieque nigricantis in colore luminis proprium genus *castorinum* vocamus. Γαλαϊζουσαν χροίαν Jovi tribuit. Hæc est καλλαϊζουσα vel καλλαίνη, nempe cærulea, vel cyanea, ut est Callinæ gemmæ. At Valens Jovi dat τὸ λαμπρὸν, idest candidum. Sed addit ideo Porphyrius, καλαϊζέσης ὅτι τὸ λευκὸν ῥεπέσκει. Hic est cæruleus color dilutior & in candidum vergens. Lunam vult esse πρασίνην, idest viridē. Valens αἰρώδη. Aërinum colorem pro cæruleo etiam posuerunt qui & *calinus*, qualis est aëris sereni. Sed αἰρώδη Valens intellexit de colore mutabili qualis est aëris modo turbidi, modo sereni, quo Lunæ cursus instabilitas & inæqualitas significatur. Sed haud mirum & in
his

his sibi non constare auctores, quæ nec umbram habent veritatis, & nulla nituntur ratione. Alii non à coloribus vestium ut Porphyrius, sed à metallis & floribus similitudinem duxerunt ut cum his colores Planetarum componerent. Juxta ipsos Saturnus habet colorem plumbi & hyacinthi, Juppiter argenti & lilii, Mars ferri & violæ, Sol auri & purpureæ, Venus stagni & anagallidis quæ flore est cæruleo, Mercurius æris & rubiæ, Luna vitri & narcissi. Οἱ πρὸς τὰς πλανήτων τὰ χρώματα τὰ μετέωρων καὶ ἰνῶν αἰθέρων ἀναλογῶσι πρὸς χρώμασι. Κρόνον μὲν μολὶβδῶ καὶ ὑακίνθῳ, ζῦς δὲ ὀρνίθῳ καὶ κρίνῳ, ἄρης σιδήρῳ εἰς, ἥλιος χρυσῷ καὶ πυρφυρῷ ῥόδῳ, ἀφροδίτῃ κασσιτέρῳ καὶ ἀναγαλλίδι. ἑρμῆς χαλκῷ καὶ ἐρυθροδάνῳ, σελήνῃ δὲ ὑελῷ καὶ ναρκίσῳ. Vanitas ipsa non est inanitatis plenior quam hæc sunt. Nec solum colores stellis dant ex metallis aut herbis, sed etiam mores ex animalium ingenio assimilatos. Ita illis Κρόνον est ὄνος, ζῦς αἰετός, ἄρης λύκος, ἥλιος λέων, ἀφροδίτη περὶ εἰς, ἑρμῆς δράκων, σελήνη βῆς. Adhuc alia ratione comparationes ex similitudine instituerunt Colorum & Planetarum, cum rationem reddunt cur benevolæ stellæ minus efficaces sint & potentes quàm malevolæ. Dicunt id ideo fieri quia vel atramenti gutta effusa in vivos & floridos colores, gratiam eorum magis possit delere & infuscare quam cum magna copia

copia lucidæ & lætæ tincturæ in tabulam nigro colore oblitam injecta vix eam queat obtegere. Cum nigro etiam πυρώδες χρώμα ponunt, quia Mars πυρώδης est, ut Saturnus niger. Hæ duæ stellæ maxime maleficæ cum aliæ colores præferant lætiores & splendidiores, quas & æquiores & commodiores esse constat. Δοκῶσι γὰρ οἱ κακοποιοὶ πλεῖον εὐεργετῶν ἀγαθοποιῶν, καὶ γὰρ ἔμελαντο καὶ πυρώδεις σαγῶν ἐκχυθεῖσα εἰς λαμπρὰν χρωμάτων εἰσὶν, ἀμαυροῖσι τὴν δόμορφίαν, τὸ δὲ λευκὸν ἀπὸ τοῦ πυρώδους πλεῖστον ἀπενεῖ τὸ βραχὺ καὶ μέλαν ἐπικαλύψαι. Ita ergo Saturnus & Mars ille nigro, hic igneo colore tinctus, & uterque malevolus, citius possunt aliorum Planetarum candido & splendido colore radiantium benignos effectus impedire, quam ipsi obstatere decretis maleficarum. Habenda igitur maxime ratio συγκεκληῆς stellarum potestatis in Climatēribus colligendis, & in omni genituræ substantia indaganda. Cum solæ sunt stellæ, suam & naturalem virtutem servant, cum aliis temperatæ & mixtæ aliam adsciscunt & induunt. Ut pharmaca simplicia aliam vim habent, aliam composita, ut in Tetrapharmaco quod ex quattuor constat. Valens, ἔτι καὶ οἱ ἀστέρες ὅτε μὴ λευκοί εἰσιν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ πυρώδους φύσιν καὶ μόνους ὄντες, ἔπειτα γὰρ ἐτέρω συγκρινάμενοι σωανταλλάσσονται καὶ τὸ φῶς ἰδίωμα, καὶ ἔτι χαλεπαγωγῶν περὶ τὸ αὐτῶν μὴ λύπης καὶ φανερῶν ἐν συγκεκλήσιν πινός

τινὸς ἄγχι πρὸς τὰ ἑβίς πρᾶγμα. Ita & stella
interdum conservant & obtinent antiquam suam na-
turam cum sola per se sunt, altera autem cum alte-
ra commixta proprietatem naturæ suæ immutat, at-
que ita ducentes ac difficulter trahentes hominem
cum dolore & miseria aliqua variis cum vita ne-
gotiis implicant. Hæc mixtura igitur stellarum
de pluribus simul in genitura certo ordine
dispositis intelligenda. Ordinem stellarum Ma-
nilius & Firmicus appellât, Agellius agmen lib.
xiv. cap. i. Atque illud etiâ cuimodi essent confi-
derandum putabat, quod aliud stellarum agmen fo-
ret quo primum tempore conciperetur homo in utero
matris, aliud postea cum in decem mensibus proximis
in lucem ederetur. Quasi in agmine & acie or-
dinatæ & dispositæ stellæ genesin cuiusque
moderantur. Unde & disponere stellas apud A-
pulejum, pro in genitura dispositas colligere,
& Théma condere, lib. viii. Rursus requirit
annos ætatis meæ, sed præco læticiens, Mathemati-
cus quidam qui stellas ejus disposuit, quintum ei nu-
meravit annum. Id est, qui constellationem ejus
collegit. Hoc ἡνέσιν ἀφθεῖναι dicebant, ut ante
dixi. Unde & ἀφθεμα ipsa stellarum in geni-
tura dispositio & ordinatio Sic & Climacteres
exactè & partiliter colligebantur καὶ σύγκρασιν
& σωδομένην stellarum, cuni rudis & plastica
disquisitio eorū procederet, aut καὶ ζώδιον, aut
καὶ τόπον, aut καὶ δεκανὸν, aut καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθη-
δωάμων. Per hæc luce clarius efficitur Cli-

maſtericos annos non ex vi numeri ſeptenarii aut novenarii confici, ut haſtenus creditum eſt & à Mathematicis paſſim traditum. Omnia quidem numeris conſtant, quia tempus in quo quidque fit, & quo quodcunque perficitur, per ordines & numeros gradusque progreditur. Rerum quæ fiunt, aliæ alium numerum quo ad perfectionem ac maturitatem vel ad finem perveniunt, habent. Nullus autem numerus eſt quin dignitatem ſuam & auctoritatem illuſtri aliquo exemplo poſſit jaſtare. Ridiculi ſunt qui ternarii poteſtatem ex eo adſtruunt quod rerum omnium ſit aliquod principium, medium & finis. Ego ex eo citius binarii virtutem & meritum prædicarem. Omnia quippe creſcendi & decreſcendi ſtatim habent tempus. Nihil tertium eſt. Etiam quaternario non deeſt unde gloriatur. Quattuor ſunt anni tempora, quattuor mundi plagæ ac veluti cardines, qui in nomine primi hominis Α δ α μ quattuor ejus litteris designantur, Α ν α λ ο γ ή, δ ύ σ ι ς, ἀ ρ χ η, μ ε τ η μ β ε ί α. Nonne hæc egregia ſunt? Senarius perfectus eſt, & rationes afferunt. Item octavus, cujus perfectionis & ratio redditur. Vnde πέντε οκτώ. Decimus etiam perfectus habetur, non una de cauſa. Ad eum uſque in calculis ponendis aſcenditur. Sunt deni digiti in pedibus & manibus humanis. Et quid non? Septenarius ad corpus pertinet, novenarius ad animum.

animum. Ideo ille Apollini dicatur medicinae quæ corpori fit auctori, iste Musis quæ melam animi vitiis procurant. Mirro nec moror argutas nœnias Arithmericorum veterum, in quibus Pythagorei primas tenebant. Septenarii sane & novenarii vires quas totas impenderunt Climactericis celebrandis non invitus memorari audio, sed nihil ad Climacteres facere dico, non magis quam alium quemlibet numerum. Cum omnes numeri sint Climacterici. Nam si omni homini pericula vitæ semper aut fortunarum acciderent in annis septenis aut novenis vitæ, tunc sane eorum calculum adprobarem qui non alios agnoscunt annos Climactericos præter septenarios & novenarios. Et sane necesse esset nullum hominum quidquam in vita sua periculi subire aut incurrere nisi septeno quoque aut noveno anno, si ex vi septenarii aut novenarii penderet Climacterium observatio. Homines in utero matris maturitatem inde prodeundi in lucem nanciscuntur, alii septimo mense, alii nono, alii decimo. Non vis ulla his numeris à natura tributa hoc facit, sed ipsius animalis naturalis proprietas qua fœtus ejusmodi in hoc spatio maturescit. Si qualitas numeri hoc efficeret, & nativa quædam virtus & insita, omnia omnino animalia præter homines his temporis numeris in utero formarentur, & dura-

R r 2

rent

rent donec adepta essent exeundi maturum & opportunū finem. Atqui videmus aliud tempus bubus, aliud equis, aliud elephantis, aliud fœlibus, muribus aliud, destinatum esse ad fœtum in utero perficiendum & maturandum, quia proprietas cujusque animalis proprios etiam habent numeros temporis quo in lucem emittantur. Cur mulieres septimo, nono & decimo mense pariunt, elephantī vero fœminæ in utero gestant centum ac viginti menses, hoc est annos decem? Nempe quia alia est natura elephantī, alia hominis. Et hoc ex natura animalis ratione præditi quod tempus illi ad hanc rem magis varium præfinitum est, bestiis magis certum & unum. Cur denique equa ventrem fert duodecim menses, ovis & capra quinque, sus quattuor? An alia ratio est quam quia horum animantium naturæ diversæ sunt? Nulla numeri ratio aut vis hoc præstat. Alioquin omnes idem temporis spatium haberent ad ferendum ventrem determinatum. Minora animalia etiam minori tempore sarcinam portant, ut lepores, cuniculi, & similia. Ut signa in cœlo & partes signorum in mares & fœminas divisa ab Astrologis antiquis fuisse cum risu sæpe miratus sum, non minus risu dignum est quod Pythagorici numerorum etiam alios mares, alios fœminas, esse crediderunt. Quinimmo alternis in masculinum & fœmininum sexum eos distribu-

bue

buerunt, primum pro masculo numerantes, secundum pro fœmina, tertium pro masculo, item quartum pro fœmina, & ita ad infinitum usque. Ex qua eorum distributione colligere est omnes impares numeros illis mares fuisse, omnes pares sequioris sexus. Platonicos etiam numeros merito irrisit Aristoteles. Periodicos morbos tertio die aut quarto in orbem redeunt non vis numeri ternarii aut quaternarii facit, sed ipsa humoris qualitas febrim gignentis & per statos circuitus intumescantis, & motum majorem excitantis. Quod mare similiter intumescat ac detumescat certis horis, non numerus horarum intra quem hoc patitur, id efficit, sed elementi natura, siue hunc motum à se habeat, siue à Luna mutuetur. Sed nec ipsa Luna numero colligata est quo spatium suum conficit, neque quisquam alius planetarum dum orbem suos peragunt intra hoc vel illud tempus. Euripus septies aquas recipiat non numeri munere, sed aquæ & loci beneficio, vel alia causa naturali & latente. Numerus per se nihil potest, sed cum de tempore agitur, temporis ordo est vel pars ordinis in qua quodque fit vel geritur, nec quidquam confert ad rei quæ gignitur aut perficitur summam nisi spatii extensionem, majorem aut minorem, perinde ut res ad sui consummationem plus aut minus moræ desiderat,

rat. Tempus autem numeratur apte per annos, aut per menses, aut per horas & momenta. Momento quædam fiunt, ut ea quæ præterit & interitum rei existentis inferunt, potius quam novæ generationem inducunt. Ejusmodi est mors violenta, excæcatio & alia similia. Ita domus celerius destruitur quam struitur. Ut in linea plura sunt puncta, ita in præteritis temporis plures sunt numeri, anni ut puta, menses vel horæ vel momenta. Quemadmodum autem in rebus quæ manu parantur & arte pluribus aut paucioribus numeris opus est ut absolvantur, ita in iis quæ natura ipsa molitur, mora necessaria est amplior breviorve. Non enim in omnibus eadem requiritur temporis mensura. Velocius scapha ædificatur quam navis longa. Natura quam ars imitatur, simili via & ratione operatur. Sic elephanti qui mole superant cætera animalia diutius in ventre matris morantur, atque ubi in lucem editi sunt, tardius adolescunt. & longius vivunt. Id exemplis aliis probare possem à maximo ad minimum. Nam & qui pediculi naturam scrutati sunt, asserunt septies in diem patrem eum fieri. Ova ponit pilis capitis tenaciter adhærentia. *Lendes* vocantur. In oviparis volucribus non parva etiam est differentia temporis quod ovis excludendis competit, non tanta est tamen quanta in quadrupedibus. E domesticis exemplum

emplum capiamus. Gallinarum ova maturius excluduntur quam anserum aut anatum aut pavorum. Calor est qui ea excludit, sive matris ipsius foventis, sive furni modice & certo modo calefacti. Numero quidem dierum opus est & mora, in aliis uno & viginti, in aliis triginta, in aliis quadraginta, sed moræ diversitas ex ovi qualitate & avis natura quæ illud peperit pendet, non ex virtute numeri. Solis calor unus est sive lapidem feriat, sive lutum, sive ceram, sed pro diversitate subjectorum, agit diverse, aliud indurando, aliud liquefaciendo, aliud tantum calefaciendo. Ignis vehemens ut fornacis, alios lapides in cinerem solvit, alios in liquorem. Ferrum tardius ignis calefacit, quam lignum comburit, ardens æqualiter, & in ferro semel conceptus calor diutius permanet quam in saxo. Nihil hic numerus potest, ut neque in re alia quacunque. Arbores quo grandiores sunt tardius in auras exeunt, tardiores auctus habent & serius senescunt, ideo & magis vivaces sunt. De quercu traditur, centum annis eam crescere, totidem in eodem statu manere, & post totidem annos ex quo decrescere cœperit, mori. In plantis minoribus & arbutis omne genus & herbis discrimen idem observatur ortus, incrementi, & longævitatatis, quæ à certa numeri potestate non dependet sed à plantæ & soli in quo gignuntur proprie-

rate. Omnia quæ solo gignuntur, vel in solo, stata habent à natura nascendi tempora, crescendi, & moriendi, non ulli numero temporis obnoxia, nisi quatenus hæc fiunt singula per gradus ac numeros suos, & à principio ad finem sibi præstitutum eunt. Finis aliquando illis datur violentus ac repentinus & præter naturam, qui nec ipse in numeri aliqua virtute ac potestate causam habere dici potest. Arbores cæduntur aut fulmine feriuntur, pecudes mactantur, homines vario genere de medio tolluntur, ante tempus suum. Quod in aliquo temporis numero cum necesse sit evenire, non tempus nec numerus ejus rei causa est, sed casus qui mortem infligit. In his quæ temporis pluribus numeris opus habent ut perficiantur, non unus rei perfectæ & consummatæ gloriam habet, sed omnis. Exemplo id ostendamus. Aliquis natus est mense nono, & anno vitæ nono, submersione, vel ruina, aut alia causa repente interiit. Quod mense nono natus est, non id imputandum virtuti numeri nonarii, nam potuit nasci septimo & decimo, & tamen vitalis esse, sed naturali & primæ conformationi quam in utero accepit id tribui debet, cujus textura ab exordio, ut ita ditam, talis fuit, ut perfici habuerit post nonum mensem, & matura tum facta ex utero in lucem prodire. Præterea non numerus noni mensis quasi solus *πρωτης*

ma-

maturitatis fœtus intelligi debet. Omnes præcedentes à primo usque ad hunc ad summam hujus rei absolvendam equaliter contulerunt. Qui ædificationi culmen imponit, non totam molem construxit, sed ultimam manum adjecit. In fundamentis alii laborarunt jaciendis, in parietibus excitandis alii, operas suas reliqui artifices ad eam domum extruendam pro virili contulerunt. Si nono mense à fundamentis positis consummata est, totorum novem mensium opus est, non noni. Idem de novimestri partu dicendum est, & de septimestri, & de illo quem decimus mensis emisit. Hic enim maturitatem suam debet non uni decimo mense, sed omnibus qui præcesserunt. Ita clepsydræ non extrema pars pulveris deplevit, sed id quod ante defluxit. Qui iter suum confecit viator, in ultimo pedatu viæ finem fecit, sed itineris pars fuit & primus, & quotquot exinde transit usque ad postremum. Qui suo fato senex moritur, non ultimæ horæ quæ animam exhalat mortis causam acceptam debet referre, sed universo tempori quod à natali hora cucurrit usque ad fatalem. Postremo cum non una temporis numerandi ratio sit, cur illum qui decimo mense natus est dicemus potius denario numero horarum natalem debere quam alteri cuicunque? Quid si vitales auras primum hausit

R r 5

men-

mensis decimi die duodecimo ? Quid si
 hujus diei hora sexta ? Si numeri vis ac vir-
 tus hîc quidquam valet, cur non à propiori
 eam arcessemus potius quam à longinquiori ?
 Non enim numerus hora est aut mensis
 aut annus, sed anni vel mensis vel horæ por-
 tio ordinalis. Nulla ratio est si vi aliqua pol-
 let eximia & *εξαιρετική* numerus septenarius
 aut novenarius. Put eam potius à septeno aut
 nono anno arcessem, vel à septeno aut nove-
 no mense, quam à die vel hora septena nove-
 naque. Cum enim æqua temporis numerat-
 io æq; agatur per dies & horas ac per menses
 & annos, cur hanc potius sumam quam illâ ?
 Facilitatis gratia & compendii in eo quod per
 annos potest numerari, eam rationem lu-
 bentius sequimur quam illam quæ per men-
 ses computat. Ubi per annos computari res
 ipsa non patitur, quia mensura de qua agi-
 tur non explet annum spatium, per menses
 tum potius tempus illud numeramus quam
 per dies, ejusdem commoditatis causa. Sed
 hoc nihil facit contra virtutem & effica-
 ciam numeri, quæ æqualis est, in quantum
 numerus per se spectatur, in die & hora se-
 ptena, & in mense vel anno septeno.
 Quinimmo horariæ & diariæ temporis sup-
 putationes longe exactiores sunt quam quæ
 per annos aut menses ratiocinium instituunt.
 Illa parvitas ratio dicitur ipsis Mathematicis,
 ista

ista platica, minusque ideo certa quia minus accurata. Secundum priorem Astrologi solent computare tempus quo fœtus in utero matris perficitur. Qui simpliciter dicit decimo mense editum esse fœtum, παχυμερῶς loquitur, utiturque ratione vaga & arbitraria, nullo fundo veritatis exacte nixa. Nam & decimo mense genitus dici potest qui primo die decimi mensis ex alvo genitricis exiit, & qui die ultimo ejusdem mensis. Ideo tres gradus faciunt Mathematici qui genituras describunt, τ̄ δεκαμηνιαίων partuum, maximum, medium & minimum. Α'ποκρίσιν μεγίστην appellant in decimestri fœtu quæ πελεισεργεῖ) Δ'α' ἡμερῶν σ'π' & ὥρῶν γ', σ'τ' ἢ τ' μέσης σογ', & ὥρῶν γ', σ'τ' ἢ τ' ἐλαχίστης Δ'α' σ'ν' ἢ & ὥρῶν γ'. Summus gradus est dierum octoginta & ducentorum, & horarum trium. Medius, dierum ducentorum septuaginta trium & horarum trium. Minimus, dierum ducentorum quinquaginta octo & horarum trium. Ita summus superat medium diebus quindecim quæ dimidia pars est mensis. Medius autem minimum diebus etiam quindecim. Sic unius mensis, hoc est triginta dierum spatium, ἐλαχίστη ἀποκρίσις τ̄ δεκαμηνιαίων distat à maxima. Nam inter decimestres numeratur qui primo die mensis decimi natus est, & qui ultimo. Eadem est ratio in septimestri partu. Non enim satis est dicere quempiam septimo mense

mense genitum esse, ut virtus septenarii numeri inde adstruatur. Hæc ratio platica est & fallax, cum vel mensis dimidiati discrimen esse possit vel etiam integri, inter tres qui ἐν τμήνοισι dicentur. Unus ex his ineunte mense septimo lucem videbit, alius medio mensis, alius ultimo ejus die. Primo die mensis natus differet ab illo qui genitus fuerit exeunte mense, triginta ferme dierum spatio: ab eo vero quem medius mensis ex utero protruserit, quindecim dierum mora tam primum quam ultimum distinguet. Maximus quippe ἐν τμήνοισι partuum dierum est sex & ducentorum & horarum trium: medius centum & nonaginta unius, horarum trium: minimus, centum ac septuaginta sex & horarum trium. Quindecim dierum discrimen est inter singulas δωδεκάημερες, quæ omnes tamen sunt seprimestres. Quanto satius igitur fuit dies ipsos numerare quam horas, & ex summa dierum colligere qualis esset numerus partitudinis, & quâ vim haberet, inde statuere. Ut in decimestris partus gradibus primus qui cclxxxviii. dies colligit, novenarius est, ultimus vero qui dies computat cclxxiii. septenarius. Sed, quoniam horæ etiam tres excurrunt in omnibus gradibus decimestris & seprimestris partus, per horas totum tempus δωδεκάημερης præstaret supputari, ut sic certius constaret de vi ac virtute numeri quo consummata

mata

mata esset ἀπικύησις. Hac eadem de causa non mensis aut dies inspicitur quo quis nascitur, ut sciatur quam habeat genituram, sed hora. Inde ὥροσκήπῳ Græcis, & ὥροσκηπέιον instrumentum quo colligitur. Hinc & hora absolute dicitur, ut apud Senecam in ludicro scripto de Claudio, *Patere Mathematicos aliquando verum dicere, qui illum tamen ex quo princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen mirum non est si errant, horam ejus nemo novit.* Id est, horam natalem. Genitalem dixit Tacitus Annali vi. *Interrogatur an suam quoque genitalem horam comperisset, quem tum annum, qualem diem haberet.* Ne horam quidem tantum deberent inspicere qui talia curant, ut ad verum perveniant, sed ipsa minuta. Nam sæpius intra quadrantem horæ duæ diversissimæ geneses existunt gemellorum, ore, animo, moribus, colore, statura, totius corporis lineamentis, vivendi spatio; & vitæ exitu dissimilium. Non autē Mathematici tantummodo sed etiam Philosophi, Medici & Jurisconsulti tēpus gestationis uteri per dies computare olim soliti. Pythagoras, teste Cenforino., generaliter duos partus esse dixit, alterum minorem, nempe septimestrem, quem decimo & ducentesimo die definivit, alterum majorē decemestrē qui edatur die ducentesimo septuagesimo quarto. Hic est medius δεκαμηνιαῖῳ Mathematicorū quem ex Hephæstione supra retulimus.

mus. Unius tantum diei differentia est. Nam ille ducentos septuaginta tres dies cum horis tribus dedit τῇ μέσῃ ἑπτακύνῳ δεκαμηνιαία. Vel dies unus potest turbare & impedire mysticam numeri virtutem. Ecce enim cclxxiii. septenarius est, quia septem trigésies & novies ducta hunc numerum efficiunt. Si unus addatur, non erit amplius septenarius. Et certe non est, quandoquidem tres horæ excurrunt. Idem dicendum est de cclxxxviii. qui novenarius esset nisi tres horæ abundarent. Pythagoras ἐπταμηνιαίῳ partui dat dies decem & ducentos. Hephæstion maximo septimestri partui tantum sex & ducentos. Quattuor dierum est differentia. Ex calculo Pythagoræ, triginta dies dantur singulis mensibus. Nam si cxx. in septem duxeris partes, singulæ erunt tricenæ. Unde manifestum est Pythagoram ac veteres Græcos mensem facere triginta dierum. Sed cum hac ratione decem mensium partus deberet colligere trecentos dies, dando singulis mensibus dies triginta. Atqui idem Pythagoras auctore Censorino decemmetres esse censebat qui ederentur die cccxxiv. Qui numerus in decem divisus, denas partes facit viginti septem dierum singulas cum duabus quintis. Hæc igitur non respondet. Cum enim ἐπταμηνιαίῳ ejus partus respondeat maximæ ἐπταμηνιαία ἑπτακύνῳ Hephæstionis cum unius tantum diei discrimine, major partus quem statuit

statuit decem mensium non convenit cum maximo partu Hephæstionis, sed cum medio. Qui tamen & ipse non mensium est *ἡμερησίων*, sed Lunarium qui constant ex viginti octo diebus, horis decem & novem, minutis triginta. Nam idem Hephæstion plenū *δεκαμηνιαίων* partum dicit esse dierum ducentorum octoginta octo, & horarum trium. Qui numerus si dividatur in decē partes, singulæ constabunt ex viginti octo diebus, decem & novem horis, & triginta minutis. Paulus lib. iv. Sententiarum Tit. ix. scribit, *Septimo mense natum matri prodesse, rationem enim Pythagorei numeri hoc admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur.* Plenus septimus hic non potest intelligi de septimo ineunte. Pythagoras cujus auctoritate utitur hic Paulus, cum qui ducentesimo & decimo die post conceptionem ab utero exhibat, pro *ἑπτάμηνω* numerabat. Et hic sane numerus septem menses plenos exhibet, triginta dies in singulos numerando. Vult igitur Paulus septem menses debere esse plenos ut matri prosit partus *ἑπτάμηνιαῖος*. Ulpianus contra leg. iii. D. de suis & legitimis, tradit, *de eo qui centesimo & octogesimo secundo die natus est, Hippocratem scribere, & divum Pium pontificem rescripsisse justo tempore videri natum.* Dierum est decem & octo differentia. Duodecimo igitur die septimi mensis hunc partum

partum edi necesse est si triginta dies singulis mensibus dederis. Mathematici veteres adhuc minorem septimestrem agnoscunt, quem nimirum diebus fieri tradunt inter *σπορίν* & *ἐκτιζίν* centum septuaginta sex & horis tribus. Sexto die septimi nasci hunc voluerunt. Sed mensem illi viginti tantum & octo aut novem plus minus dierum definiunt. Hoc modo duodecimo circiter die septimi hic partus ederetur. Polybus medicus illum numerum centum & octoginta & duum dierum sexti mensis esse vult pleni non septimi ineuntis. Clemens vi. *Στοματ. φασὶ ὅτι καὶ τὸ ἄμβρυον ἀπαρτίζεται πρὸς ἀκριβὴν μηνὶ τῷ ὅκτωι, τέττεσιν ἑκατὸν ἡμέραις πρὸς τῆς δύο καὶ ἡμισί, ὡς ἰσορρεῖ Πόλυβος μὴ ὁ ἰατρὸς ἐν τῷ πρὸ ἐκτὸς μηνῶν, Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ πρὸ φύσεως*. Sexto pleno mense hunc partum edivelle apparet, quem centum & octoginta duobus diebus & dimidio à conceptione nasci tradit. Sane centum octoginta duo dies cum dimidio in sex divisi triginta dies singulis mensibus impertiunt & horas decem. Si tribuantur in menses viginti octo dies cum horis aliquot, ut fecit Hephæstion, numerus ille dierum quem sexto mensi indulgit Polybus ad partus perfectam maturitatem, extrahetur usque ad mensem septimum. In tanta sententiarum varietate, & temporis diversitate quod perficiendo in ventre partui datur,

fru-

frustra est quod de septenarii numeri potestate arguantur, quasi in omnibus ut hic numerus plurimum potest, ita etiam in partu ad maturitatem perducendo. Nullus enim dies est in mense septimo à primo usque ad ultimum, neque in mense nono aut decimo, quin aliqua mulier perfectum edat & vitalem foetum. Atqui vel unus dies adjectus aut deductus septenarii vim potest infringere & irritam facere. Alia denique septenarii ratio exsurgit si tempus quod à conceptione usque ad puerperium intercedit per dies numeretur, quam si per menses. Ne eadem quidem mulier in omnibus suis puerperiis eundem numerum dierum ad uterum gestandum servat, ut multis experimentis compertum est. Non igitur septimestris partus ex vi numeri septenarii pendet. Aliæ ejus causæ sunt. Pater aut mater qui septimo mense nati fuerint, plerumque tales edunt partus. Vis etiam ejus in semine est. Tenue, calidum & minus copiosum semen celerius mutatur in utero, sanguinatur, membratur, corporatur, quam quod est crassius, frigidius, & majore copia profusum. Primum ergo certum est, omnes partus non uno tempore fieri maturos: sed falsum quod à multis Philosophis prodictum est, una eademque tempora omnibus conformandis esse data. Nam qui septimestri spatio maturitatem nacturi sunt, aliis dierum numeris

S I

con-

conformantur, intelligo eos numeros qui in unoquoque partu aliquid afferunt mutationis dum aut semen in sanguinem vertitur, sanguis in carnem, caro in figuram hominis. Hæc omnia citius & præcocius in septimestri partu contingunt quam in decimestri. Atq; ut præcociores sunt hi partus, ita & imbecilliores & minus longævi. Nam ut brevior in utero moram trahunt, sic & extra uterum & in lucem editi contractiora habent vivendi tempora. Judæi, teste Clemente, credebant trigésimo quinto die formari, *Ἀφ' ὧν ἀώσεθ' τὰ ἐπ' ἑπτὰ μῆνα*. Censorinus hoc *membrari* dixit. Hic numerus sexies ductus ducentessimum & decimū efficit. Quod tempus *πῶς ἐπ' ἑπτὰ μῆνοις* statuit Pythagoras & ex eo maximam vim senarii numeri in hoc partu perficiendo adstruebat. At major partus qui *δεκαμηνιαῖος*, diebus ferme formatur quadraginta. Qui per septem illos initiales multiplicati dies faciunt ccxxc. quæ sunt hebdomades quadraginta. Sed quoniam ut ajunt ultime illius hebdomadis primo die editur partus, sex dies decedunt, & cclxxiv. dies decimestri partui dantur. Ergo secundum hæc septenarii numeri vis spectatur in decimestri partu, senarii in septimestri. Sic constat vel ex eorum sententia non per menses tempus esse computandum, sed per dies. Verum ne sic quidem ratio constat. Nam si hoc verum esset, omnes partus decimo mense edendi, eodem

nume-

numero dierum absolventur. Atqui certum est δεκαμηνιαίας ἀποκυήσεως non solum tres esse gradus, sed totidem quot sunt dies in decimo mense. Porro numerus ille cclxxiv. datur ab Hephæstione τῇ μέσῃ ἀποκυήσῃ δεκαμηνιαία cum præter eam agnoscat & summam & minimam ut jam dictum est. Præterea Judæi ut formationi primæ Septimestris partus dies dabant triginta quinque, ita quadraginta quinque diebus τὰ ἐννεάμηνια ἀφωπλάσσεσθαι volebant. Αὐτὸν δὲ δεκάμηνια Pythagoras in quadraginta diebus ἀφ' ἑρ' ἑξ' ἑσθ' statuit. Hippocrates pro novem mensibus dies cclxx. computat. Hic est secundus gradus τῶν δεκαμήνων Hephæstionis, si tres tantum dies addideris. Hippocrates more antiquorum Græcorum dies triginta pro mense numerat, Hephæstion dies tantum viginti octo cum horis aliquot. Ita ἐννεάμηνος & δεκάμηνος diversa ratione idem est. His omnibus modis incerta est ratio numerorum, vis eorum irrita & inanis. Mathematici ad suas artes recurrunt ut nobis reddant rationem ἐπαμηνιαίων & δεκαμηνιαίων partuum. Ἐπαμήνης, ut dicit Censorinus, nasci ajunt καὶ ἀφ' ἑμ' ἑσθ', ἐννεαμήνης μὲν τεύγωνον, δεκαμήνης νεο καὶ τεύγωνον. Hoc explicat Hephæstion lib. ii. πρὸς ποσειδῶνα καὶ ἐκπέξεως, his verbis, τῶν ἀνθρώπων τὸ ἀπορῆν λέγασθαι γίγνεσθαι ὅππῃ μὲν τῶν δεκαμηνιαίων ἐν τῷ διωνύμῳ τεύγωνῳ & τῇ ἀποκυήσεως ἡλίῳ. ἐπεὶ γὰρ ὁ δὲ

ἡλίου ἡ πορεὶ ἐγένετο, ὅτι ἡ ἑπταμηνιαίων ἐν τῷ
 Δεκάμετρῳ. *Hominum conceptiones ajunt fieri in de-*
cemestri quidem partu in tetragono sinistro Solis,
cum in eo consistente Sole conceptio facta est. Se-
ptimestres autem in diametro. Sed nullos ἐνεα-
μήνας agnoscit Hephæstion, quia pro μέσῃ ἑπ-
κυσίῃ eos ponit ἑδεκαμηνιαίων, quos jam dixi-
mus. Atqui juxta hanc Mathematicam ratio-
nem cum septimestres καὶ Δεκάμετρον Solis na-
scuntur, & decimestres καὶ Ὀνόμῳ τετραγώ-
νῳ, ita & novimestres debent nasci in trigono
dextro. Cum enim Sol à nono signo parti-
culam conceptionis conspicit, quia hic ad-
spectus ejus Trigonum dextrum efficit, ideo
nono mense nasci qui sic ab eo in cōceptione
cōspecti fuerint, omnino deberent. A decimo
autem signo conspectus Tetragonus est dex-
ter, ideo & δεκαμηνιαίοι nascuntur, quorum
Sol conceptionem ita viderit de Tetragono
dextro. Perperam apud Hephæstionem legi-
tur ἐν τῷ Ὀνόμῳ τετραγώνῳ, pro δεξιῷ. Te-
tragonum quippe sinistrum à quarto fit signo,
non à decimo, ut supra ostendimus. Septi-
mestres autem ideo καὶ Δεκάμετρον nascuntur,
quia Sol à septimo signo conceptionem re-
spiciens, efficit Diametrum. Sed hæ nugæ sunt
nugacissimæ non minus quam illæ de nume-
ris. Cur octavi mensis partus vitales non
sint, hanc causam afferunt, quia ab octavo signo
ut à sexto inefficax visus. Immo nullus. Uter-
 que

que enim locus *piger* ac *dejectus*, id est nulla cum Horoscopo societate conjunctus. Cur igitur Ægyptus hoc habet peculiare ut in ea regione qui octavo mense nascuntur, perennent? An ibi alia natura est zodiacorum cœli, & alia ordinatio? An *σημαντικός* est in ea inclinatione octavi & sexti signi, quæ alibi non est? A solo itaque, non à cœlo illa vis. Si à cœlo esset, utique & in Ægypto eadem lex foret. Quod in ea regione mulieres restibili fecunditate polleant, & septenos, immo & novenos interdum uno utero gerant, sæpissime ternos, nec hoc ab astris cœli Ægyptii peculiaribus ac propriis proficisci credendum est, sed ab aeris & terræ benignitate & proprietate. Jā docuimus septimi mensis partus non esse causam septenarium numerum. In septimo mense editur, non quia mensis ille est septimus. Nunc videamus an qui septimo anno vitæ moritur, mortis quoque causa ejus statuenda sit numeri septenarii virtus. Aut violenta morte rapitur in septimo mense, aut ex morbo moritur. Si morbo, humor morbosus ex alto collectus, & ab anno quarto aut quinto vel sexto congestus, in anno demum septimo erumpit. Non igitur imputandum hoc anno septimo, sed spatio annorum qui causam morbi, humores nempe peccantes & obstructions inchoarunt, auxerunt & promoverunt. Ut concipitur humor ille paulatim, &

increfcit, ita ad fummum venit, nec amplius potefl augeri, tum demum fe prodit, & turbas dat in corpore, in quo excitatus tempore etiam opus habet; ut excoquatur & tandem refideat, & conquiefcat. Si nimius fit quam ut natura eum ferre poffit, ipfam obruit, & compagem corporis folvit. Nihil ibi agit neque potefl numerus, fed quidquid ex eo accidit five fanitas five interitus, in eo numero temporis fit, non per eum numerum. Si genus mortis violentum fit ac repentinum, non etiã hic cafus ei numero acceptus ferendus eft neque ejus poteflari, fed fortuitis accidentibus debet adnumerari, quæ cum nullo non vitæ anno foleant contingere, non eorũ in numero caufa conftitui potefl. Alioquin omnibus hominibus ex æquo feptimo quoque anno evenirent, aut morbi, aut cafus repentini & violenti quibus mortem oppeterent. Atqui videmus aliũ hoc anno, alium altero, hæc vel illa pati, in illos morbos aut illa pericula incidere, quæ cuilibet magis cauſæ quam numero temporis in quo accidunt, adſcribenda videntur. Cum autem Climacteres duorum fint generum, aut ex hujusmodi fortuitis accidentibus periculum intentantes, aut ex morbo aliquo gravi & ancipiti, neutri debent numeris dierum aut menſium in quibus talia ſolent accidere, imputari. Quod autem afferunt ad confirmandum illam vim feptena-

rii numeri septem nos formari mensibus additis alteris rectos consistere incipere, & post septem menses dentes nobis innasci, & post septimum cadere annum, & quod quarto decimo anno pubescere soleamus, nihil hæc omnia ad rem attinent, nec fidem faciunt pro numeri septenarii potestate. Primum non omnibus hæc eodem tempore eveniunt, ne si quidem per annos ratio ineatur. Multi pueri vel anno uno tardius recti incipiunt consistere & ingredi. Si per septimanas vel per dies ducatur numerus, vix in centum pueris duo reperientur qui eodem die incipiant stare soli & ambulare. Idem de dentibus dicendum siue nascantur siue cadant, de pube item & barba. Tamen si autem omnibus eodem anno vel ejusdem anni mense ac die barba genas ac mentum vestire inciperet, non tamen numerus septenarius ejus rei causa esse videretur. Non unus annus vel mensis barbam generat, sed omnes qui à natali die fluxerunt usque ad vesticipem ætatem. Præterea citius pubescunt & barbescent septimo mense editi quam decimo, & maturius etiam senescunt. Quod autem Mathematici scribunt Climacteres fieri graviores annis septenis & novenis, ne numeri quidem latens & naturalis virtus hoc efficit. Nam alii causæ id tribuunt illi ipsi auctores, ut jam vidimus. Astris quippe eam adscribunt, Mar-

tis planetę malefico hunc numerũ ἀπκαλαπ-
 πον & Climactericum adsignant. Unde fieri
 putant ut periculosiores Climacteres il'orum
 annorum evadant. Quod & ipsum frivolum
 est & nugatorium. Periculosiores quippe
 morbi existunt qui in provectiore ætate ac-
 cidunt. Minimo quippe momento extorque-
 ri potest anima jã solutioribus, lassioribus, &
 laxioribus eo tempore corporis compagibus.
 Primum autem Climacterem θανάπρον nu-
 merare incipiunt ab anno vitę sexagesimo
 tertio, qui tertius est decimę hebdomadis. cū
 jam maturus morti fieri homo incipit. Si se-
 ptenarius & novenarius in Climacteribus po-
 tentissimi & maxime πινπρον, cur ex utro-
 que compositus numerus non est omnium
 efficacissimus? Is est decimus sextus. Atqui
 unus est ex levissimis, & Mercurii secundus.
 An mixtura utriusque numeri quod quis-
 que habuit virtutis oblitteravit? Sane si va-
 lidus & invalidus numerus miscerentur, ex
 ευχεγιον ut validi vis dilueretur, ita invalidi
 assurgeret, ut solet fieri cum duo contraria in
 unum cocunt. Aqua vino mixta suam vim
 exsuscitat, vini delet. Nigrum albo confu-
 sum peculiarem gignit colorem qui neque
 niger est neque albus. Ubi autem duo gene-
 ra confunduntur quę pari facultate pollent,
 alterius potestas non destruit alterius pote-
 statem, sed suam singula in mixtura conser-
 vant,

vant, immo & ex societate majorē ostendunt. Ut atramentum facticiū cum sēpiæ succo confusum, aut vinum generosum cum alio æque generoso temperatum. Durum acetum cum duro mixtum non minus est acidum compositum quam simplex & seorsim sumptum. Ita ergo duo efficacissimi numeri ad Climacteres faciendos juncti, septenarius & novenarius, eum numerum dare debent qui non sit minus efficax, immo vel duplo efficaciorē. Vires quippe suas jungunt, & sic duplicatas exerunt. Dixerit aliquis non tantum ex septenario & novenario esse compositum hunc numerum, sed etiam ex duobus octonariis, qui per se languidiores sunt ac dilutiores, nec in Climactericis tantopere metuendi. Vel hinc apparet opinionis futilitas. Cur enim potius petatur efficacia Climacteris à septimo & nono quam ab octavo & octavo, cum decimus sextus æque ex illis numeris compositus habeatur quam ex istis? Nunc videndum de Climacteribus, qui à numerorum virtute non fiunt, an ab astro-
rum decreto veniant, quæ omnium antiquo-
rum fuit sententia, à quibus nomen *Clima-
cteris* primum est proditum, & cum nomine
res ipsa inventa. Si vitæ spatium ab astris, in-
de etiam Climacteres. Nam in vitæ spatio
intercurrunt. Si vitæ terminus arbitrio stel-
larum statuitur, ab iis etiam arcessenda Cli-

in discrimen adducunt, sine noxa. Deinde Climacterici omnes vitæ anni sunt. sed non iidem omnibus. Eodem modo & Cainan & Malaleel & Lamech & Salah, diem obiisse volunt annis suis Climactericis, in quo peccarunt non uno modo. Cur enim adjecerunt unum annum vitæ Adami, ut Climactericus ejus fieret, quasi Scriptura soleat in ætate patrum annos completos intelligere, & in vita Cainan hoc non faciunt? Et facti sunt, inquit Scriptura, *omnes dies Cainan nongenti decem anni & mortuus est.* Ergo secundum rationem illis placitam mortuus est, nongentesimo & undecimo. Malaleel vixit teste Scriptura annos octingentos nonaginta quinque, cum, inquit, annum Climactericum LXXVIII. ingressus esset. Hoc ineptum est. Non enim octingentesimus nonagesimus quintus Climactericus est septenarius, sed octingentesimus nonagesimus sextus. Henoch, inquit, post Adamum septimus sublatus est transacto anno Climaterico LII. cum attigisset annū trecentesium sexagesimum quintum. Atqui trecentesium sexagesimus quintus non est Climactericus, sed CCCLXIV. Unius tamen anni differentia potest Climactericum facere & non Climatericum. Meræ igitur hario-lationes sunt de illis Climactericis qui tollunt, cum κλιμακτηρικὸς proprie & ἀναγρεπ-τικὸς differant, ut in superioribus demonstra-
tum

tum est. Plerique igitur patrum ante diluvium ultra nongentesimum annum vitam prorogarunt. Lamech Noaci pater vixit septingentos septuaginta & septem annos. Noacus autem cum quingentos annos natus esset, genuit Semum, Chamum & Japerum. Stellæ quæ illucebant nascentibus tunc temporis hominibus, videntur longe majoris potestatis & ἐνεργείας fuisse quam quæ hodie nostras respiciunt genituras. Unde hoc? An effœtæ nunc sunt, & partem luminis sui & virtutis amiserunt quam integram eo tempore, ut tunc nuper creatæ, possidebant? Decernere tunc poterant annos vitæ nongentos, nunc ad centenos vix perveniunt, & rara avis est homo qui usque ad hunc terminum vadit. Auctores ipsi Genethliacæ etiam Solem cum longissimum vitæ spatium decernit, suisque in signis, locis, partibus, finibus optime constitutus est, non ultra centum & viginti annos vitæ dare posse statuerunt. At sæculum ante diluvium nongentos ac plures decernebat annos. An alius ergo nunc Sol est quàm olim, minus splendens, & paucioribus radiis illustris, & minore orbe circumscriptus, adeoque minus potens & validus? Nam si virtus ejus ἀνπλασματικὴ in eo maxime consistit, ut quam extentissima vitæ spatia genitis promitteret, cur hodie tam parva dat, cum in Mundi principio daret tam longa? Qui Mundi the-

ma

ma vulgavere , potuerunt & Adami genituram natorumque ejus qui usque ad non-
gentos annos vivendo pervenerunt publica-
re. Ubicunq; Thema genituræ ponitur, à stel-
larum dispositione felicitatem suam & infelicitatē deducit , & vitæ omnem substantiam
& terminum. Post diluvium si longitudo vi-
tæ humanæ breviata est à Deo sceleribus ho-
minum offenso, nihil stellarum decretis in eo
tribuendum est. Si terra ipsa aquarum inun-
datione male habitata, vel à Deo propter homi-
nes maledicta longævus portare desit, non
à cœlo nec ab astris, sed à solo longævitas pe-
tenda: Non enim cœlum ipsum neque astra
coinquinata hominum nequitia fuere , neque
pœnis commaculata. Circa illud tempus cum
Deum pœnitentia cepisset hominis à se creati
quia tam sceleratum esse videbat , pronun-
ciavit quasi in condemnationem malæ ejus vitæ,
dies illius futuros centum ac viginti annorum. Ita cir-
citer octava pars vitæ quam olim vivebat ei
relieta est. οἶος ἐξ οἶων , & quantam epitomen
passus est μακροβιότητος pristinæ! Intra annos
MCCCLII. hæc breviatio facta est. Noacum ta-
men ipse sub quo diluvium fuit, annos vixit
DCCCLX. Post Noacum Deus vitæ hominis
legitimum spatium voluit esse centum ac vi-
ginti annos. Moses Psalmo xc. spatium vitæ
communis definit annis septuaginta: in illis qui
robustiores essent octoginta annos statuit,

ai

αἱ ἡμέραι τῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἐβδομήκοντα ἔτη,
ἐὰν ᾗ ἐν διωασείαις, ὁ γδοήκοντα ἔτη. Nec est quod
credat quis annos priorū hominū fuisse men-
struos. Idem quippe Moses qui nongentos an-
nos βιωσίους reductos dixit ad centenos & vi-
cenos, ipsius Dei decreto vitiis hominum irati,
de qualibus annis intellexerit, satis significavit.
Si menses pro annis accipiendi forent in illa
computatione vitæ primorum patrum, seque-
retur multos illorum genuisse filios cum essent
tantum quinquennes aut sexennes. Nam Ma-
laleel secundum Judæos cum esset annorum
LXV. genuit Jareth. Tales anni LXV. annos qua-
les nunc usurpamus, quinque tantum cum quin-
que mensibus darent. Apocrypha traditio vult
ab Adamq; usq; ad annum Enochī centesimum
& sexagesimum qui fuit annus mundi mille-
simus ducentessimus octogesimus sextus, tem-
porum computationem non per annos pro-
cedere solitam, sed per septimanas. Archange-
lum enim Uriel primum Enocho significasse
πενήκοντα ἢ τεσσαρὰ καὶ ἑνὶ αὐτῷ. Hoc enim in li-
bro ipsius Enochī scriptum habebatur, ὅτι
ἔχον τὸ ἑνὶ αὐτῷ ἐν β' ἐβδομάδῃς, ὅτι τὰ
ἑξήκοντα ὁ γδοήκοντα ἔξ ἐτῶν γίνονται ἡμερῶν μυ-
ριαδες πενηντακτὸν ἔξ ἢ ἐννεακισχίλια τεσα-
ρῶν ἐνήκοντα. ἐβδομάδων δὲ μυριαδες ἔξ καὶ
ἐπτακισχίλια πενήκοντα ἔξ, ἐν αἷς ἔτε τεσσαρὰ,
ἔτε ἑνὶ αὐτῷ ἔτε τὰ τέτταρα μέτρα τοῖς ἀνθρώποις
ἐγνωσθῶσαν. Et sane liber cui Titulus λεγέ-
ται

ἡέσεις initia temporum ab orbe condito per
 septimanas memorat numerata. Annianus
 scripserat in libro Geneseos qui sex dierum
 opificium persequitur, temporis mensuram
 non aliter nisi per dies & noctes & septi-
 manas agi solitam. Quod falsi redarguit
 Georgius Syncellus. Nam in vitæ Adami spa-
 tio definiendo & aliorum sequentium ejus
 successorum, Scripturam passim annorum
 mentionem facere. Τὸ ὃ ἐπαγγέλλεται αὐτὸν ὅτι ἐξα-
 χῆς ἐν ταῖς τ' κροσμοποιίας ἐξ ἡμέραις ἡ Δεκάμου-
 σίως δοθεῖσα ἡμῖν πρῶτη βίβλος. καὶ ἐδήλωσε χρόνον
 μέτρα εἰ μὴ μόνον ἡμέραν καὶ νύκτα, ἀλλ' ἐβδομάδα,
 ἀπὸσφορον. παντὶ χρόνῳ ἐτῶν μέμνη λέγεσθαι, ἀ-
 ἐξήσεν Ἀδὰμ ἐτη. Ἀλλ' ἀπέθανεν, καὶ ἐφεξῆς ὅτι
 τῶν ὅλων χρόνων ὁμοίως, πλεονεξία καὶ τὸ πλεονεξία
 ὅπερ καὶ οἶμαι καθὼς φησὶν, ὅτι οἱ ἐξ αὐτῶν, ἡγου-
 νται Ἀδὰμ, δι' ἐβδομάδων τῶν χρόνων ἡρώμου εἰς
 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000, 1001, 1002, 1003, 1004, 1005, 1006, 1007, 1008, 1009, 1010, 1011, 1012, 1013, 1014, 1015, 1016, 1017, 1018, 1019, 1020, 1021, 1022, 1023, 1024, 1025, 1026, 1027, 1028, 1029, 1030, 1031, 1032, 1033, 1034, 1035, 1036, 1037, 1038, 1039, 1040, 1041, 1042, 1043, 1044, 1045, 1046, 1047, 1048, 1049, 1050, 1051, 1052, 1053, 1054, 1055, 1056, 1057, 1058, 1059, 1060, 1061, 1062, 1063, 1064, 1065, 1066, 1067, 1068, 1069, 1070, 1071, 1072, 1073, 1074, 1075, 1076, 1077, 1078, 1079, 1080, 1081, 1082, 1083, 1084, 1085, 1086, 1087, 1088, 1089, 1090, 1091, 1092, 1093, 1094, 1095, 1096, 1097, 1098, 1099, 1100, 1101, 1102, 1103, 1104, 1105, 1106, 1107, 1108, 1109, 1110, 1111, 1112, 1113, 1114, 1115, 1116, 1117, 1118, 1119, 1120, 1121, 1122, 1123, 1124, 1125, 1126, 1127, 1128, 1129, 1130, 1131, 1132, 1133, 1134, 1135, 1136, 1137, 1138, 1139, 1140, 1141, 1142, 1143, 1144, 1145, 1146, 1147, 1148, 1149, 1150, 1151, 1152, 1153, 1154, 1155, 1156, 1157, 1158, 1159, 1160, 1161, 1162, 1163, 1164, 1165, 1166, 1167, 1168, 1169, 1170, 1171, 1172, 1173, 1174, 1175, 1176, 1177, 1178, 1179, 1180, 1181, 1182, 1183, 1184, 1185, 1186, 1187, 1188, 1189, 1190, 1191, 1192, 1193, 1194, 1195, 1196, 1197, 1198, 1199, 1200, 1201, 1202, 1203, 1204, 1205, 1206, 1207, 1208, 1209, 1210, 1211, 1212, 1213, 1214, 1215, 1216, 1217, 1218, 1219, 1220, 1221, 1222, 1223, 1224, 1225, 1226, 1227, 1228, 1229, 1230, 1231, 1232, 1233, 1234, 1235, 1236, 1237, 1238, 1239, 1240, 1241, 1242, 1243, 1244, 1245, 1246, 1247, 1248, 1249, 1250, 1251, 1252, 1253, 1254, 1255, 1256, 1257, 1258, 1259, 1260, 1261, 1262, 1263, 1264, 1265, 1266, 1267, 1268, 1269, 1270, 1271, 1272, 1273, 1274, 1275, 1276, 1277, 1278, 1279, 1280, 1281, 1282, 1283, 1284, 1285, 1286, 1287, 1288, 1289, 1290, 1291, 1292, 1293, 1294, 1295, 1296, 1297, 1298, 1299, 1300, 1301, 1302, 1303, 1304, 1305, 1306, 1307, 1308, 1309, 1310, 1311, 1312, 1313, 1314, 1315, 1316, 1317, 1318, 1319, 1320, 1321, 1322, 1323, 1324, 1325, 1326, 1327, 1328, 1329, 1330, 1331, 1332, 1333, 1334, 1335, 1336, 1337, 1338, 1339, 1340, 1341, 1342, 1343, 1344, 1345, 1346, 1347, 1348, 1349, 1350, 1351, 1352, 1353, 1354, 1355, 1356, 1357, 1358, 1359, 1360, 1361, 1362, 1363, 1364, 1365, 1366, 1367, 1368, 1369, 1370, 1371, 1372, 1373, 1374, 1375, 1376, 1377, 1378, 1379, 1380, 1381, 1382, 1383, 1384, 1385, 1386, 1387, 1388, 1389, 1390, 1391, 1392, 1393, 1394, 1395, 1396, 1397, 1398, 1399, 1400, 1401, 1402, 1403, 1404, 1405, 1406, 1407, 1408, 1409, 1410, 1411, 1412, 1413, 1414, 1415, 1416, 1417, 1418, 1419, 1420, 1421, 1422, 1423, 1424, 1425, 1426, 1427, 1428, 1429, 1430, 1431, 1432, 1433, 1434, 1435, 1436, 1437, 1438, 1439, 1440, 1441, 1442, 1443, 1444, 1445, 1446, 1447, 1448, 1449, 1450, 1451, 1452, 1453, 1454, 1455, 1456, 1457, 1458, 1459, 1460, 1461, 1462, 1463, 1464, 1465, 1466, 1467, 1468, 1469, 1470, 1471, 1472, 1473, 1474, 1475, 1476, 1477, 1478, 1479, 1480, 1481, 1482, 1483, 1484, 1485, 1486, 1487, 1488, 1489, 1490, 1491, 1492, 1493, 1494, 1495, 1496, 1497, 1498, 1499, 1500, 1501, 1502, 1503, 1504, 1505, 1506, 1507, 1508, 1509, 1510, 1511, 1512, 1513, 1514, 1515, 1516, 1517, 1518, 1519, 1520, 1521, 1522, 1523, 1524, 1525, 1526, 1527, 1528, 1529, 1530, 1531, 1532, 1533, 1534, 1535, 1536, 1537, 1538, 1539, 1540, 1541, 1542, 1543, 1544, 1545, 1546, 1547, 1548, 1549, 1550, 1551, 1552, 1553, 1554, 1555, 1556, 1557, 1558, 1559, 1560, 1561, 1562, 1563, 1564, 1565, 1566, 1567, 1568, 1569, 1570, 1571, 1572, 1573, 1574, 1575, 1576, 1577, 1578, 1579, 1580, 1581, 1582, 1583, 1584, 1585, 1586, 1587, 1588, 1589, 1590, 1591, 1592, 1593, 1594, 1595, 1596, 1597, 1598, 1599, 1600, 1601, 1602, 1603, 1604, 1605, 1606, 1607, 1608, 1609, 1610, 1611, 1612, 1613, 1614, 1615, 1616, 1617, 1618, 1619, 1620, 1621, 1622, 1623, 1624, 1625, 1626, 1627, 1628, 1629, 1630, 1631, 1632, 1633, 1634, 1635, 1636, 1637, 1638, 1639, 1640, 1641, 1642, 1643, 1644, 1645, 1646, 1647, 1648, 1649, 1650, 1651, 1652, 1653, 1654, 1655, 1656, 1657, 1658, 1659, 1660, 1661, 1662, 1663, 1664, 1665, 1666, 1667, 1668, 1669, 1670, 1671, 1672, 1673, 1674, 1675, 1676, 1677, 1678, 1679, 1680, 1681, 1682, 1683, 1684, 1685, 1686, 1687, 1688, 1689, 1690, 1691, 1692, 1693, 1694, 1695, 1696, 1697, 1698, 1699, 1700, 1701, 1702, 1703, 1704, 1705, 1706, 1707, 1708, 1709, 1710, 1711, 1712, 1713, 1714, 1715, 1716, 1717, 1718, 1719, 1720, 1721, 1722, 1723, 1724, 1725, 1726, 1727, 1728, 1729, 1730, 1731, 1732, 1733, 1734, 1735, 1736, 1737, 1738, 1739, 1740, 1741, 1742, 1743, 1744, 1745, 1746, 1747, 1748, 1749, 1750, 1751, 1752, 1753, 1754, 1755, 1756, 1757, 1758, 1759, 1760, 1761, 1762, 1763, 1764, 1765, 1766, 1767, 1768, 1769, 1770, 1771, 1772, 1773, 1774, 1775, 1776, 1777, 1778, 1779, 1780, 1781, 1782, 1783, 1784, 1785, 1786, 1787, 1788, 1789, 1790, 1791, 1792, 1793, 1794, 1795, 1796, 1797, 1798, 1799, 1800, 1801, 1802, 1803, 1804, 1805, 1806, 1807, 1808, 1809, 1810, 1811, 1812, 1813, 1814, 1815, 1816, 1817, 1818, 1819, 1820, 1821, 1822, 1823, 1824, 1825, 1826, 1827, 1828, 1829, 1830, 1831, 1832, 1833, 1834, 1835, 1836, 1837, 1838, 1839, 1840, 1841, 1842, 1843, 1844, 1845, 1846, 1847, 1848, 1849, 1850, 1851, 1852, 1853, 1854, 1855, 1856, 1857, 1858, 1859, 1860, 1861, 1862, 1863, 1864, 1865, 1866, 1867, 1868, 1869, 1870, 1871, 1872, 1873, 1874, 1875, 1876, 1877, 1878, 1879, 1880, 1881, 1882, 1883, 1884, 1885, 1886, 1887, 1888, 1889, 1890, 1891, 1892, 1893, 1894, 1895, 1896, 1897, 1898, 1899, 1900, 1901, 1902, 1903, 1904, 1905, 1906, 1907, 1908, 1909, 1910, 1911, 1912, 1913, 1914, 1915, 1916, 1917, 1918, 1919, 1920, 1921, 1922, 1923, 1924, 1925, 1926, 1927, 1928, 1929, 1930, 1931, 1932, 1933, 1934, 1935, 1936, 1937, 1938, 1939, 1940, 1941, 1942, 1943, 1944, 1945, 1946, 1947, 1948, 1949, 1950, 1951, 1952, 1953, 1954, 1955, 1956, 1957, 1958, 1959, 1960, 1961, 1962, 1963, 1964, 1965, 1966, 1967, 1968, 1969, 1970, 1971, 1972, 1973, 1974, 1975, 1976, 1977, 1978, 1979, 1980, 1981, 1982, 1983, 1984, 1985, 1986, 1987, 1988, 1989, 1990, 1991, 1992, 1993, 1994, 1995, 1996, 1997, 1998, 1999, 2000, 2001, 2002, 2003, 2004, 2005, 2006, 2007, 2008, 2009, 2010, 2011, 2012, 2013, 2014, 2015, 2016, 2017, 2018, 2019, 2020, 2021, 2022, 2023, 2024, 2025, 2026, 2027, 2028, 2029, 2030, 2031, 2032, 2033, 2034, 2035, 2036, 2037, 2038, 2039, 2040, 2041, 2042, 2043, 2044, 2045, 2046, 2047, 2048, 2049, 2050, 2051, 2052, 2053, 2054, 2055, 2056, 2057, 2058, 2059, 2060, 2061, 2062, 2063, 2064, 2065, 2066, 2067, 2068, 2069, 2070, 2071, 2072, 2073, 2074, 2075, 2076, 2077, 2078, 2079, 2080, 2081, 2082, 2083, 2084, 2085, 2086, 2087, 2088, 2089, 2090, 2091, 2092, 2093, 2094, 2095, 2096, 2097, 2098, 2099, 2100, 2101, 2102, 2103, 2104, 2105, 2106, 2107, 2108, 2109, 2110, 2111, 2112, 2113, 2114, 2115, 2116, 2117, 2118, 2119, 2120, 2121, 2122, 2123, 2124, 2125, 2126, 2127, 2128, 2129, 2130, 2131, 2132, 2133, 2134, 2135, 2136, 2137, 2138, 2139, 2140, 2141, 2142, 2143, 2144, 2145, 2146, 2147, 2148, 2149

gesimo octavo, πρώτῃ ἐξοδίῳ τῷ φθιῶν
 τέτρωτῷ ἐτὶ ἐπληρώθη, ἣν δὲ ἔμψυχή τβ', ἔδὲ
 Εὐρώς Γή. Idem alio loco dicit, Egregoros ange-
 los anno mundi millesimo quinquagesimo oc-
 tavo descendisse, & in transgressione māisse
 usque ad diluvium per duas integras periodos
 annorum quingentorum triginta duum, ter-
 tiam autem incepisse, anno mundi millesimo
 sexagesimo quinto. Τῷ αὖν ἔκτισμας οἱ ἐρη-
 γοροι κατήλθον, καὶ διήρκεσαν ἐν τῇ ᾠδῇ βίῳ
 ἕως ἔκτακτου δὲ κύκλου φλβ' ἐτῶν, πλε-
 ροθέντας, καὶ ἡνέχθη ὁ τρίτος τῷ αὖν ἐτὶ ἔκτισ-
 μας. Ut ad rem redeamus, si stellarum arbitrio
 vita productior & contractior hominibus
 decreta est, cum olim in primordio mundi
 extenderetur humanæ spatium vitæ ultra no-
 gentos annos, & Moïse ætate vix illud produ-
 ceretur ultra octogesimum annum, idque et-
 iam hoc nostro ævo dureret, investiganda ratio
 tantæ mutationis, ac diminutionis. Cum ex-
 dem hoc tempore stellæ sint, idem Sol &
 eadem Luna qui mundi prioris hominibus lu-
 cem fœnerabant & vitam, cur hodie non ea-
 dem mensura vitæ ab illis expenditur huma-
 no generi quam primitus solebant largiri?
 Quandoquidem aliæ factæ non sunt, oportet
 saltem diminutam earum esse potestatem.
 Non enim aliud excogitari potest aut dici.
 Cur autem diminuta sit, aut quomodo, restat
 querendum. Seponimus hic interim quod
 scri-

Scriptura clare docuit à Deo manasse illam temporis humanæ vitæ epitomationem propter hominū scelera. Cum Astrologis enim rō habemus qui aliis telis confodiendi sunt, quia verbi divini gladio jugulum non libenter præberent. Si ulla in stellis potestatis suæ decoctio intervenit, per gradus & numeros eam contigisse necesse est ad instar omnium rerum quæ sensim deteruntur, & depereunt. Non enim verisimile est per duo circiter millia annorum sidera integras suas vires retinuisse, & post illud tempus ita retro lapsa esse ut vix octavam earum partem conservarint, & mox in eodem statu permanuisse usq; ad hanc ætatem. Ab Adamo ad Noacum anni sunt duo millia ducenti quadraginta duo. Per hoc omne tempus stellarum integra duravit potestas in decernendis nongentis annis vitæ. Adamus quippe vixit annos DCCCCXXX. Noacus DCCCL. Deceſſu nimirum amplius annis vita ejus longa fuit quā Adami. At de subito sub ipsum Noaci tempus vitæ longitudo contracta est ad annos centum & viginti vel ipsa Scriptura teste. Nam post Noacum usque ad Moſem non ulli inveniuntur qui ad ducentos annos vitæ tempus protraxerint. Ille ipse Propheta, ut supra diximus, spatium humanæ vitæ summū octoginta annis circumſcribit, quamvis ipse annum ætatis agens centesimum & vigesimum, ultimum diem clauſerit. Hoc

T t

etiam

etiam nunc videre est. Plurimi quippe perveniunt ad illum annum quem ut terminum vitæ legitimæ præstituit hominibus Moyses, cum tamē reperiantur qui centesimum & vigesimum attigerint. Quinimmo exemplum habemus hoc seculo Angli cujusdam qui usque ad centesimum & quinquagesimum annum vixerit, ostensusq; est Iacobo Britannicæ magnæ Regi, & pictura ejus ære incisa monstratur. Vidi ipse Divione hominem qui centenarius major mortuus est. Astrologi Climactericos annos usque ad centesimum & vigesimum producunt, quasi eo usque pertingere possit in aliquibus humana ævitas. Eo enim anno ultimū Climacterem constituunt quem & *ἡνελήφορον* faciunt. Non ignoro quosdam Genescos locum illum de vitæ termino vulgo exponi solitum, de tempore ad resipiscendum hominibus dato usque ad diluvium interpretatos esse. Sed nimis clara verba sunt Moysis quam ut aliam patiantur sententiam. Nonnulli inter octogesimum, & centesimum ac vigesimū annum ævi humani statum modum posuerunt, nempe centesimum, æque distantem ab octogesimo ut à centesimo vigesimo. Inde sæculares ludi Romanis. Jurisconsulti hoc quoque sequuti videntur, ut longissimam hominis ætatem centesimo finirent anno, id est sæculo. Sibylla hunc *μήκιστον χρόνον τὸ ζωῆς* homini datum esse statuit his versibus,

Α'Β'

Α' Α' ὁπόταν μήκεις ☉ ἰκῆχρόν ☉ ἀνθρώποισι
 Ζωῆς εἰς ἐπίων ἐκαλοντάδα κύκλον ὁδῶν.

Ita enim ibi scribendum, ἐκαλοντὰς κύκλ ☉, ut
 πορείς πύς, ἐβδομαὶς ἐνιαυτῶς septimus annus
 Valenti. Alii alium numerum statuerunt. Ne-
 que inter ipsos Astrologos olim de eo conve-
 nit. Hanc varietatē opinionū inter eos & alios
 auctores peperere varia vivendi tempora in
 diversis hominibus per singulas ætates no-
 tata. Censorinus, cap. xvii. *Sed inter ipsos
 Astrologos qui in stellarum signorumque ratione ve-
 rum scrutantur, nequaquam etiam convenit. Epi-
 genes in centum ac duodecim annis longissimam vi-
 tam constituit, Berossus autem in centum sedecim.
 Alii ad centum viginti produci posse, quidam etiam
 ultra crediderunt.* Libri Pliniani veteres cum
 Censorino faciunt super Epigenis & Berossi
 sententia. Nam vulgati mutant. Sic igitur in
 Plinio scribendum lib. vii. cap. xlix. *Poscere
 videtur locus ipse fideralis scientia sententiam. Epi-
 genes cxii. annos impleri negavit posse. Berossus exce-
 di cxvi.* Hæc non usquequaque cum verbis
 Censorini concordare videntur dicentis Epi-
 genem in eo annorum numero longissimam
 vitam hominis constituere, cum Plinius di-
 cat, negare Epigenem impleri posse annos
 cxii. Significat fortasse an Plinius posse per-
 veniri ad annum cxii. cæterum non posse im-
 pleri. At cum Berossus scripsit non posse ex-
 cedi centesimum ac sextum decimū, impleri

T t 2 intel-

intellexit, sed transcendendi non posse. Perperam novi capitis sectionem apud Plinium in illis verbis posuere, quę perpetuo ductu continuanda sunt cum ultimis capitis præcedentis, ubi tractaverat de spatiis vitę longissimis, & exempla retulerat tam ex Romanis quam ex aliis gentibus eorum qui communē vitę terminum exceßerant. In fine capitis memorat T. Fullonium Bononiensem qui Claudii Cæsaris censura centum & quinquaginta annos vixerat. Exemplis illis subjunxit & Astrologorum sententiam ut ex eorum dissensione ostenderet quam incertares sit. Ad artis inconstantiam certius confutandam census suo tempore acti plura exempla adducit longævorum, & nominatim plures recenset ex recentissimo tunc censu quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani pater filiusque egerant. Nec ex omni quidem Italia exempla se ponere ait, sed medię tantum partis inter Apenninum Padumque. Parmę tres censu fuere exx. annorum. Brixelli unus cxv. annorum. Parmę duo cxxx. Placentiæ unus, Pavenitiæ una mulier cxxxii. annorum, Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini vero M. Aponius. C. & L. Tertullus cxxxvii. Citra Placentiam in collibus oppidum esse Veliciacium in quo sex delati sunt cx. annorum, quattuor vero cerænorum & vicenorum. Unus CL. M. Mutius M. filius Galerius Felix.

Lo-

Locum illum in pluribus correximus. *Ac ne pluribus, inquit, moremur in re confessa, in regione Italia octava, centenum annorum censi sunt homines LIV. Centenum denum homines XIV. Centenum vicensium quinquaginta homines duo, centenum tricenis homines quattuor, centenum tricenis quinquaginta aut septuaginta eorundem, centenum quadragenis homines quattuor.* Cum ab anno Vespasiani primo usque ad primum Adriani interfuerint tantum anni quadraginta octo, census Italiae sub eodem Adriano actus est in quo plurimi delati sunt qui ad eam quam Plinius narrat annorum vitae summam accessere. Phlegon certe Trallianus qui illius Caesaris libertus fuit, ex Commentariis Italiae censuum profert primo longè plures qui centum annos vixerunt, deinde qui ab annis centum & quattuor ad centenos ac denos pervenerunt, deinde qui centenos & vicensios impleverunt. Ab his aliquot qui centenum & tricenis annorum vitam extenderunt. Postremo eos memorat qui à centum & triginta annis, usque ad centenos quadragenos censi sunt. Non ultra progreditur. Plinius tres tantum censos sub Vespasiano scribit centenum & quadragenum annorum. Phlegon de sui temporis censu loquitur qui sub Adriano actus est, sed in illo capite meminit tantum duorum qui exceperunt centum & triginta annos, neminem nominat qui usque ad cen-

tesimum & quadragesimum pervenerit. Apparet librum esse imperfectum & mutilum. Nam in Titulo habetur, οἱ ἀπὸ εἰς ἐτῶν μέχρι
 ἐμὶ ἀπογραφάμενοι. *Qui censi sunt ab annis cen-
 tum & triginta usque ad centum & quadragesima.*
 Lucium Tertium ibi recenset Bononiensem,
 annorum centum & triginta quinque. Fau-
 stum Cæsaris servum è Sabinis, Prætorio Pal-
 lantiano; annorum cxxxvi. quem & sibi
 visum testatur, Adriano Cæsari etiam exhi-
 bitum. Hodie in Italia *μακροβίων* talia ex-
 empla & tam frequentia frustra quæras vix
 inventurus vel unum. Unde hoc? An à stel-
 lis quæ nunc aliæ sint in illo cœlo quam olim?
 quam vel tempore Plinii & Phlegontis? An-
 ni igitur circiter mille quingenti hanc mu-
 tationem cœlo & astris fecerunt. Nunc mo-
 tus alios, discursus, cursus, recursus, habitus
 stellæ nempe in ea regione sortitæ sunt quam
 tunc habuere? Ita oportet, cum tam longa vi-
 tæ spatia decernere non possint ut eo in tem-
 pore faciebant. Nulla etiam ratione possis
 colligere cum duo prima annorum millia ab
 orbe condito, homines nongentorum &
 octingentorum annorum passim produxe-
 rint, nunc nec in illis quidem locis quos ii in-
 coluerunt, quisquâ nostra aut patrum memo-
 ria ostendi quitus sit qui vel ad quartam par-
 tem illius summæ vitam perduxerit. Si causa
 longævitatæ in stellarum decreto fixa est, aut
 necesse

neceſſe eſt illas minus hodie poſſe quam olim aut alias eſſe. Neutrū dici poteſt. Ergo falſum eſt à ſtellis peti debere cauſam vitæ longitudinis, aut brevis ævi. Nam ſi hoc eſſet, nunc eadem menſura vitæ hominum hodiernæ deberet eſſe quam antiquæ, quandoquidem nec Sol, neque Luna, neque alia errantium mutata loco ſit, minuta lumine, poteſtate aut ſpatio. Plinius eodem capite ſcribit, *Durare & eam rationem quam Petofiris ac Necepfos tradiderunt & Tetartemorion appellant, à trium ſignorum portione qua poſſe in Italia tractu CXXIV. annos vita contingere apparet. Negavere illi quemquam XC. partium exortivam menſuram, quod anaphoras vocant, transgredi, & has ipſas incidi maleficarum ſtellarum occuſu, aut radiis eorum ſolū. Ita legendus ille locus. Singula ſigna tricenarum partium ſunt. Ergo tria ſigna xc. ſunt partium. Hoc τεταρτημόριον appellatur, quia tria ſigna quartam partem faciunt totius δωδεκάζωδις. Quot gradus vel partes aſcenderet ſignum, tot annos vitæ decernere credebatur. Non poſſe autem quemquam plures annos vivere quam quot annorum eſſet trium ſignorum aſcenſio Petofiris & Necepfos tradidere. Α'ναφορὰς Græci vocabant aſcenſiones ſignorum. Menſura cujuſque varia eſt prout variant Climata. Sumamus Clima Italiæ ex Firmico, ut ſciamus an ſecundū eam rationem anaphoricam tetar-*

temorii sive trium signorum, verum sit quod Plinius asserit, in Italiae tractu cxxiv. annos vitæ posse contingere. In Climate, inquit, *Urbis cæterisque regionibus quæ huic Climate subjacent, Aries oritur anno decimo septimo, Taurus vicesimo secundo, Gemini vicesimo septimo, Cancer vigesimo secundo, Leo trigesimo septimo, Virgo quadragesimo secundo, Libra similiter quadragesimo secundo, Scorpius trigesimo septimo, Sagittarius trigesimo secundo, Capricornus vigesimo septimo, Aquarius vigesimo secundo, Pisces decimo septimo.* Hoc est Clima quod vocarunt *Αἰὲρ Πρώτος*. Si in hoc Climate duodecim signa in quattuor tetramoria dividimus quæ totidem *τετραώρια* sunt, nullus ex his ad eum numerum potest pervenire quem voluit Plinius, præter Leonem, Virginem & Libram. Quorum tamen trium anaphorica vel exortiva mensura in illo Climate non explet numerum à Plinio traditam, cxxiv. Nam Leo trigesimo septimo oritur, Virgo quadragesimo secundo, Libra item quadragesimo secundo. Centum viginti & unus anni inde exsurgunt. Tres desunt ex summa Plinii, quod parum est. Et fortasse locus est corruptus. In hac autem ratione colligenda non dispiciendum est signum cui subjecta est Italia, ut perperam Scaliger ad Manilium autumat, sed solū Clima Italiae, & quot annis in illo Climate singula signa oriantur. Si quis igitur commodum oriente Leone, in quinto Cli-

Climax natus sit, & nullo maleficæ stellæ occurſu vel radiis incifum fuerit genituræ ejus tempus, Leonis & duorum ſequentium ſignorum anaphorickam meſſuram explebit, non autem tranſcendet. Vivet igitur annos centum viginti & unum. Carpit Firmicum eo loco Scaliger quod non tot annos oriri aliquod ſignum dixerit, ſed quoto anno. Non intellexit ipſe rationem loquendi Firmico & aliis auctoribus Latinis uſitatam. *Vigefimus annus* dicitur pro annis viginti. Nonne vigefimum annū impleſſe vitæ recte dixeris qui viginti annos explevit? Itæ ergo Arietem in Climax Urbis oriri dixit anno decimo ſeptimo, qui decem & ſeptem annis oritur. Ita de aliis. Quomodo intellexerit ipſe explicat, his verbis ſic legendis ex Codice antiquiſſimo: *Illud ſequenti loco debemus oſtendere quot annos unumquodque ſignum oriatur. Hoc autem quid proficiat brevi definitione monſtramus. Omnes ſtella tunc accipiunt maximam decernendi poteſtatem & tunc vires ſuās exerunt, cum ſigna in quibus collocata ſunt, orta fuerint. Vnde qua ſigna in quibus Climatis & quo tempore oriantur hac ratione monſtramus.* Mancus vulgo habetur in editis locus præcipua ſui parte. Dicit vires ſuas tunc exercere ſtellas cum ſigna in quibus collocata ſunt, orta fuerint. Ideo ultimum annū eorum *anaphorickis* ſumpſit quo totum ſpatium *anaphorickis* designaret, quia illo demum tempore

stellæ quæ in illis signis positz sunt, potestatem maximam decernendi accipiunt. Alias septimo, nono & decimo mense nasci tralatitium est de eo qui in septem, novem & decem mensibus nascitur. Nihil notius hac loquutione. Nec sane aliter potest intelligi quod dixit Firmicus, signum Arietis *vigesimo anno oriri*, quam ut accipiatur in viginti annis id facere. Quod ipse ostendit cum ait in regionibus primi Climatis *hoc temporis cursu oriri signa*. Nempe Arietem annis viginti vel anno vigesimo, Taurum viginti quattuor aut quod idem est vigesimo quarto anno. Ita de aliis. Verustissimi autem Ægyptii, ut docet nos ille Plinii locus, vitæ spatium ex anaphoricis signorum temporibus colligebant. Quod & Porphyrius in Isagoge confirmat, cujus rei & hanc rationem illis ait fuisse. Cum Horoscopi pars non aliunde melius inveniat quam ex ascensionum tempore, judicarunt & vitæ tempora quæ ab Horoscopi puncto initium sumunt, indident esse accipienda. Τῆς γὰρ ὁροσκοπίας μοίρας οὗτοι ἄλλοθεν μάλιστα διελθομένης, καὶ τῶν ζώων ἣ ἐκάστη δοκεῖ αὐτοῖς ὑπὸ τῆς τῶν ὁροσκοπῶν σημείων ἐνδίδοσθαι. εἰκότως οὖν καὶ τὰ τῶν συμπαντῶν βίαι μεγέθη χρονικὰ τῶν ζώων ὑπὸ τῶν ἀναφορῶν λαμβάνειν ἐκείναι. Sed in artis primordiis singula signa partium triginta esse, & totidem annorum existimabant. Et sic trecentas sexaginta

ginta partes signiferi, trecentos & sexaginta annos comprehendere, ut una pars uni anno responderet. Ὡς τε πλὴν μίαν εἶναι μοῖραν ἐνιαυτῶν. Unicuique etiam signo duas horas assignabant, & singulis horis quindecim ἡρόνους ἰσημερίους, qui sunt anni totidem. Hæc olim ratio apud Genethliacos obtinuit cum Ascensionibus signorum, hoc est ἀναφορὰς, æquales esse crederent, aut saltem platica ratione ita acciperent, qui πλατὺς λόγος vulgatiores fuit & receptior antiquæ Mathematicorum nationi quam μοιρικός. Origenes apud Eusebium, πῶς τίνυν τ' ὥρας πλατεῖ λόγῳ ἡμῖν δωδεκατημορίῃς περιεχέσθαι διωαυτίης λαβεῖν τὸ ἐξηκῆσθον μὴ ἔχων πλὴν ἀεαλογίαν τ' ἀβυσσῶς τ' ὥρων; Quomodo igitur cum platica ratione una hora dimidiā partem Dodecatemōrii contineat, potest quis accipere sexagesimam partem hora qui proportionem non teneat divisionis horarum? Si una hora dimidiam partem signi comprehendit, binæ horæ totum complectuntur. Hic est πλατὺς λόγος quo in anaphoricis signorū temporibus colligendis usi sunt antiqui Astrologi. Nec dissimulat hanc vulgarem & receptam fuisse methodum Manilius lib. 111. his versibus:

*Nec me vulgata rationis præterit ordo,
Quæ binas tribuit signis nascentibus horas,
Et paribus spatiis equalia digerit astra.*

Hæc ratio platica τὴν ἰσημέριον ζώδια constituc-

stituebat, cum *αισιονάφορος* esse constet. Secundum hanc methodum Tetartemorii sive *τεταρτημιας* exortiva mensura, quæ sunt trium signorum *αιαφοροι*, ut nonaginta partibus constabat, ita & nonaginta annis. Hæc mensura igitur vitæ humanæ fuit legitima ex sententia Petrosiris & Necepso, qui negabant propterea quemquam hanc mensuram vivendo posse transgredi. Hanc etiam summam vitæ ex fato Astrologico quidam statuebant quasi legitimam, sed alia ratione quam ex anaphoricis temporibus ducta. Ex periodo parva Saturni eam arcescebant, quæ triplicata nonaginta annos dat. Servius ad Virgilium notavit tribus contineri humanam vitam, natura, fato, & casu. *Fato*, inquit, *cum nonaginta anni, hoc est tres Saturni cursus exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium ejus superet cursum.* Certe recentiores Mathematici spatium vitæ humanæ à periodis stellarum erraticarum petendum esse censuerunt, cum aliqui ab anaphoricis temporibus illud peterent. Alii ex utroque definiebant. Prout integrum annorum numerum aut non integrum decerneret Dominus genituræ, ita brevior aut longior spatio generis definiri Græci Mathematici statuerunt. At integer ille annorum numerus pendebat ex majoribus stellarum periodis, ut supra ostendimus: Unde Sol cujus magna periodus fuit

cen-

centum & viginti annorum, si Apheta genitura factus esset, & bene positus, eo usque vitæ tempus genito extendebatur. Sed hæc posteriorum sæculorum fuere. Periodus quippe Solis minima quæ ἐννεακαίδεκα στήρις est non ante Metonis ætatem cognita fuit Græcis, quia Meton aut potius Phainus Eleus primus auctor illius extitit. Achilles Tattus in Isagoge ad Phænomena Arati scribit, annum vertentem esse Solis ὅπου κατὰ πρῶτον quæ à signo fit ad idem signum, eamque esse dierum trecentorum sexaginta quinque, & minima parte. Solē vero reverti, sive ὅπου καὶ θίσιαι, ὁπὸ σημείων eis σημεῖον, de puncto ad idem punctum, in annis decem & octo, ἐν ὀκτώ καὶ δεκά εἰς ἡμέρας. secundum Eudoxum, vel Eratostenem qui tamen non putabat illud scriptum esse Eudoxi. Metonē vero velle Solis ὅπου κατὰ γαλιλῶν Ἐριόδου esse ἐννεακαίδεκα εἰς ἡμέρας. Hinc scripserunt Astrologi Græci minimam periodum Solis esse decem & novem annorum. At maximam ejus non aliunde hariolatos esse puto quam ex vulgari plurium opinione quæ vitæ humanæ longissimum terminum in centesimo ac vigesimo anno statuebat. Cum Solem iidem vellent esse principium vitæ, maximam ejus ex opinione vulgata longitudinem pro periodo maxima ei tribuerūt. Quasi longiorem Sol non posset decernere quam quantam naturalis ejus cursus longissimus ferret. Petrosiris

&

& Necepho Ægyptii quibus hæc nota & com-
 pesta non fuere, ab anaphoricis temporibus
 signorum ejus justam mensuram repetierunt.
 Trium signorum ascensionem posse quem-
 piam transgredi negaverunt. Si æquales ascen-
 siones accipiamus & duarum singulas hora-
 rum, nonagesimum annum finem hominum
 vitæ ultimum constituerunt. Tria quippe signa
 cum nonaginta sint partium, & totidem an-
 nis singula ascendant quot partes habent,
 Tetartemorii, sive τεταρτημῖος, ἀναφορὰς hunc
 annorum numerum facit. Sed fortean Peto-
 siris & Necepho non æquales ἀναφορὰς si-
 gnorū sed inæquales agnoverunt. Certe scri-
 bit Porphyrius δεχάμυς πάντας σχεδὸν omnes
 ferme antiquos, in quibus & Petosiris & Ne-
 cepso scilicet, de Ægyptiaci tantum Climatis
 quod postea Alexandriæ appellatum est, &
 cæteris proximis regionibus, mensuras in-
 æquales anaphoricas tradidisse. Ad eas ascen-
 siones exigenda est longitudo vitæ quam Pe-
 tosiris ex tetartemorii ἀναφορὰς spatio de-
 finivit. Clima illud primum ex septem deno-
 minatum est. Sed & κλίμα πρῶτον in exem-
 plis Themarū sive geniturarum quæ apud ve-
 teres Astrologos reperiuntur, de Alexandrino
 intelligendum. Error est in Firmici exem-
 plaribus lib. 11. cap. 111. ubi signorum ortus,
 sive ἀναφορὰς, secundum diversa Climata re-
 censet. Ibi enim legitur, *In Climatē primo, hoc*
est

est Æthiopia. Rescribendum est auctoritate librorum, & re ipsa ita flagitante, *hoc Alexandria.* In sequenti Climate perperam etiam vulgatur, *In Climate quod est per Alexandriam ceterasque regiones.* Scribendum quippe est, quod est per Rhodum ceterasque regiones. In illo igitur Climate trium signorum longissimæ ἀναφορῆς sunt centum & sexdecim annorum, Nempe Virginis, Libræ & Scorpii. Nā Virgo quadraginta annis oritur, Libra quadraginta, Scorpius triginta sex. Summa surgit cxvi. Inde fortassean Berosus excedi posse negaverit cxvi. annos in longissimi temporis vita. Sed hæc non est mensura anaphorica Climatē quod δὲ Ἀλεξανδρείας, quodque primum statutum est ab antiquissimis Astrologis Ægyptiis, immo aliquando vel solum. Nam Ptolemaeus, ut jam dictum est, solius hujus Climatē quod per Alexandriam appellatur ἀναφορῆς descripserat. Valens, ὁ δὲ βασιλεὺς ἔπρωτον κλίμα τὰς ἀναφορῆς ἐδήλωσεν. Hoc primum Clima de Alexandrino intelligendum est. Primum etiam agnoscit Firmicus, sed duorum Climatū ἀναφορῆς confundit, & pares facit, primi & secundi, magno sane errore. Sic enim scribit. *In Climate primo quod est Alexandria, atque in Climate secundo quod Babylonis est, ceterisque omnibus regionibus quæ his Climatibus subjacent, hoc temporis cursu oriuntur signa. Aries oritur anno vigesimo, Taurus vigesimo quarto, Gemini*

Gemini vigesimo octavo, Cancer vigesimo secundo, Leo trigesimo sexto, Virgo quadragesimo, Libra similiter quadragesimo, Scorpius trigesimo sexto, Sagittarius trigesimo secundo, Capricornus vigesimo octavo, Aquarius vigesimo quarto, Pisces vigesimo. Hæ sunt ἀναφορὰὶ secundi Climatis non primi quod erat per Alexandriam, cui & suæ fuerit ἀναφορὰ longe ab his diversæ. Quæ fuerint ipse docet Valens eo loco ubi scripsit Regem, i. e. Petosirim, solius Climatis primi ἀναφορὰς in scriptis suis signasse. Nam exemplum genituræ juxta illud Clima tale proponit. Sic, inquit, Sol Venus Mercurius in Cancro, Luna in Tauro, Saturnus in Πάρεϊβις, Juppiter & Mars in Leone, Horoscopus in Libra, primo Climate, ἡ ἀναφορὰ τῆς περὶ τὴν λη'. Hi sunt triginta octo anni cum triente, id est quattuor mensibus. Adjicit ibidem quoniam dominus Mercurii in Cancro, διαδοδαίμωνεϊ, dedit ei Petosiris ἀναφορὰν unius ac triginta annorū. Colliguntur anni septuaginta. Tot annos vixit qui talem habuit genituram. In primo igitur Climate Virginis ἀναφορὰ est triginta & octo annorum cum quattuor mensibus, anaphora Cancri unius ac triginta annorum. Summa inde colligitur, ut ait Valens, septuaginta annorum. Atqui anni tantum sunt sexaginta novem cum quattuor mensibus. Omisit Librarius in Cancri anaphora notam μ'. Ita enim scribere debuit,

καρκίνου

καρκίνῳ ἔδωκε ἢ ἀναφορὰν λα' μ'. Id est annos unum & triginta cum quadraginta anni partibus, qui sunt octo menses. Tot enim annorum & mensium Cancri anaphora est in primo Climate quæ erat Alexandriæ. Sic anaphora Virginis in eo Climate juncta cum Cancri anaphora rotundos annos efficit septuaginta. At horum signorum anaphoræ in secundo Climate sicut eas ex Firmico ante descripsimus, annos tantum colligunt sexaginta duo. Nam Virgo quadragesimo anno oritur, Cancer vigesimo secundo. Primum autem illud Clima fuisse Alexandrinum sive Ægyptiacum ex Paulo Alexandrino sciri potest & ex Porphyrio in Isagoge, ubi dicit τὸ δὲ Ἀλεξανδρείας κλίμα Arietis ἀναφορὰν fierי κα' μ', id est annis uno & viginti atque octo mensibus. Nam octo menses quadraginta pariles anni faciunt ex sexaginta, hoc est bessem, vel δις τεῖπον, ut auctores isti loquuntur. Taurum autem oriri in eodem Climate Alexandriæ annis viginti quinque. Hæ sunt ἀναφορὰί primi Climatis, ut diserte habet Valens, cum in secundo Climate Aries viginti annis ascendat, & Taurus viginti quatuor. Primi igitur Climatis, hoc est Alexandrini, ἀναφορὰί hæ fuerunt, sicut subiecta Tabella ostendit.

*Anaphora signorum in Climate primo, δι' Ἀλε-
ξανδρείας dicto.*

Anni. Par. An.

✕ γ	21. 40
≈ δ	25. 0
ν η	28. 20
→ θ	31. 40
π ρ	35. 0
≡ π	38. 20

In hoc Climate quod *πρώτον κλίμα* Valenti vocatur, scribit ille lib. i. cap. 11. *ἐξ ἀναφορῶν τῶν ζωδίων, ἀ Cancro ad Sagittariū ἀναφορὰς συνάγεσθαι*. Id est ducentas decem. Nempe ducentorum & decem annorum ascensiones. Quod in figura supra exposita videre est. Nam ἀ Cancro ad Sagittarium descendēdo & ascendendo totidem anni reperiuntur. Cancer quippe annos habet suæ *ἀναφορᾶς* unum & triginta & octo menses, Leo triginta quinque, Scorpius triginta octo & quattuor menses, Libra totidem, Virgo eisdem quot Leo, nempe triginta quinque, Sagittarius triginta & unum cum octo mensibus. Si menses cum mensibus, annos cum annis colligas & componas, summa inde exhibet annorum decem
supra

supra ducentos. In hoc igitur Climate cujus solius ἀναφορὰς cognoverunt & descripserunt Petosiris & Necepsō Reges Ægyptii, antiquissimi ῥηθλιακῆς auctores, trium signorū anaphorica sive exortiva mensura maxima in Trizodiis istis reperitur, Leonis Virginis & Libræ, item Virginis, Libræ & Scorpii. Quæ anaphoræ trium signorum conficiunt centum & undecim annos cum octo mensibus, Hoc esset plane quod Epigenes negavit cxii. annos impleri posse ab eo cui longissima vita ex astris decreta sit. Nam secundum illam rationem quam Petosiris & Necepsō tradiderunt, quamque etiam durasse suæ ætate testatur Plinius, non potest quisquam implere centesimum ac duodecesimum annum. Negavere illi quippe quemquam xc. partium exortivam mensuram id est anaphoricam transgredi, teste eodem Plinio. Atqui in Climate Ægyptio quod illi solum & unicum agnovere, maxima trium signorum anaphorica mensura non excessit centum & undecim annos cum octo mensibus. Non igitur centesimum & duodecesimum implevit. Ad Ægyptiaci cœli inclinationem rationes suas duntaxat direxisse præcipuos illos duos artis astricæ auctores inde apparet. Chaldæi hoc idem fecerunt quod Ægyptii. Nam ad Climatis quod est διὰ Βαβυλῶν anaphoras signorum instituerunt, & ad earum mensuram

artis suæ αἰγὼν ἔω formarunt. Quod etiam liquet ex disputatione Phavorini contra Astrologos quæ ab Agellio relata est lib. xiv. cap. i. *Procedat, inquit, hac sane disciplina, sed sub ea modo inclinatione cæli sub qua tunc Chaldaei fuerunt. Non enim potest ratio Chaldaeorum observationis manere, si quis ea uti velit sub diversis cæli regionibus. At huic vitio sequentes Genethliologi remedium attulisse vili sunt, cum in genituris colligendis diversas cæli inclinationes observarunt, & Mundi divisionem in septem Climata sequuti sunt. Nullam enim ferme genesin construxerunt, quin Climatis differentiam sub quo quisq; natus esset cujus constellatio disponebatur, adnotarint. An hæc causa impulit Firmicū ut duo prima Climata confunderet easdemque illis ἀναφορὰς signorum tribueret, alterumque Alexandriæ, alterum Babylonis vocaverit, quod ad illud Clima Ægyptii suas rationes direxerint, ad istud Chaldæi, hoc est Babylonii? Hi duo populi principes sideralem scientiam pepererunt. An quia primi Ægyptii hujus auctores fuerunt, & secundi Babylonii, ideo primum Clima Alexandriæ esse voluit, secundum Babylonis? An intellexit de Babylone Ægyptiaca? Ideo hæc duo Climata eadem signorum ἀναφορὰς habere tradidit? Non potest tamen de Ægyptiaca accipi quæ fuit μεσημβρινώτης Alexandria, atque ideo primi potius*

tius Climatis nomen occupare debuit. Ut ut sit, falsum est omnino Clima primum quod his auctoribus δι' Ἀλεξανδρείας dicitur, eas habuisse ἀναφορὰς quas illi tribuit, cum omnes scriptores secundo Climati eas adscribant. Sed longe magis mirum est, omnes ferme auctores veteres qui de hac arte aliquid commentati sunt, sumpsisse secundi Climatis ἀναφορὰς ad doctrinam Anaphoricam explicandam. Certe Manilius unus antiquiorum quiq; antiquissimos, ut videtur, sequutus est, postquam reprehendit vulgatam & receptam rationem quæ binas horas ascensionis omnibus signis dabat, dum emendatiorem methodum tradere vult, eam pro norma proponit quæ Arieti horam unam & trientem horæ tribuit. Atqui non potest hæc ratio in aliud Clima cadere quam in secundum in quo Aries viginti annis oritur. Firmicus quoque primo & secundo Climati talem anaphorarum mensuram adscribit, sed de secundo verum est, de primo falsum. Valens lib. i. cap. ii. ubi tractat περὶ ἀναφορῶν τῶν ζώδιων pro exemplo proponit secundi Climatis anaphoras in quo Aries viginti annis ἀναφέρεται, & una hora cum triente. Πόσων ὃ ὥρῶν ἕκαστον ζώδιον ἀναφέρεται ἐν τῷ ἑκάστῳ ἀναφορὰς γνωστὸν. Statim subjungit exempli gratia, οἷον ὁ κελὸς ἀναφέρεται ἐν κ'. Et paulo post, ἀνερχθήσεται οὕτω ὁ κελὸς ὥστε μίαν καὶ τρίτην. *Ascendet*
Vv 3 *igi-*

igitur Aries hora una & triente. Hoc idem tradidit Manilius, quasi nimirum omnia signa eundem tenorem oriendi servarent qui ab aliis in secundo Climate observatus est. In quo magnopere hallucinatus videtur. Idem error Martiani Capellæ. Is enim in libro de Astronomia ubi tractat *quibus temporibus signa orientur & occidant*, eam solum rationem adduxit anaphoricam quæ secundo Clima convenit. Piscium quippe signum oriri scribit, *hora & tertia parte hora, occidere horis duabus, & dimidia & sexta parte hora. Arietem eandem mensuram utriusque temporis servare.* Nec præterea meminit alterius differentię in anaphoris signorum. At Valens ubi exemplum anaphorarum à secundo Climate sumpsit, aliorum sex Climatorum anaphorica tempora explicare contendit. Quod etiam Firmicus facit, sed primi & secundi Climatoris pares anaphoras ponit cum sint diversæ. Apparet autem Valentem à secundo Climate potius quam à primo specimen anaphoricæ mensuræ arcessisse, quia facilius est, utpote quæ integris & rotundis numeris annorum absolva-
tur, cum primi Climatoris anaphora, fractos habeat numeros ex particulis anni per menses explicatis, ut ex figura supra posita videre licet. Mirum porro est primum hoc ab illis Clima statui quod δ' Α'λεξανδρείας dicitur, cum Ptolemæus & alii, alia duo Climatora ante
Alexan-

Alexandrinum ponant, & quidē μεσημβρινώ-
 πεα, ut τὸ Διὰ Μερῶς, quod primum ab eo
 constituitur, & secundum τὸ Διὰ Συήνης. Se-
 quitur tertium δι' Ἀλεξανδρείας. At primum
 hoc ponitur Valenti, Firmico, Paulo Alexan-
 drino & aliis. Quia nimirum cœli Ægyptia-
 ci inclinationis solas αἰαφορὰς primi artis
 auctores tradiderunt, Petosiris & Necepsō.
 Qui Climata Διὰ Μερῶς & Διὰ Συήνης ante
 Alexandrinum agnoscunt, non plura tamen
 quam septem Climata admittunt. Sic autem
 ea nominant ac numerant. Πρῶτον Διὰ Μερῶς,
 δεύτερον Διὰ Συήνης, τρίτον Διὰ τῆς κάτω χώ-
 ρας, τέταρτον Διὰ Ρόδου, πέμπτον Διὰ Ἐλληνισ-
 τῶν, ἕκτον Διὰ μέσων πόντων, ἑβδομον Διὰ Βορυ-
 θένους. In quibus notandum est τὴν κάτω
 χώραν dici de inferiore Ægypto quæ ad ma-
 re est. Idem igitur Clima est quod aliis dici-
 tur διὰ Ἀλεξανδρείας. Atqui si sustuleris duo
 prima Climata διὰ Μερῶς & διὰ Συήνης, &
 primum posueris quod est per Alexandriam,
 quinque tantum Climata remanebunt. Quod
 igitur ex his erit secundum? An quod est quar-
 tum in ea enumeratione quam posuimus?
 At illud est διὰ Ρόδου, quod ipse etiam Firmi-
 cus novit, & tertium locat. Secundum vero
 illi est quod Babylonis esse scribit, & de
 Chaldaica intelligendum est, quæ medio fer-
 me spatio inter Clima διὰ Ρώμης & κλίμα διὰ
 Ἀλεξανδρείας posita est, ita ut recte post Cli-

ma Alexandria collocari videatur, & suum
 Clima facere, post quod sequitur illud quod
 per Rhodum est, cuius tamen Clima prop-
 rior videtur quam Clima Alexandriae. Non
 dubium tamen est quin Firmicus illud κλίμα
 Βαβυλωνίας pro secundo positum, ab antiquis
 quos exscripsit Astrologis, hauserit. Sed in
 eo falsus est quod easdem illi signorum ἀνα-
 φορὰς assignavit quas & primo. Præterea cum
 septem Climata invicem æqualibus interval-
 lis distare debeant, Clima Babylonis non po-
 test videri dissidere pari intercapedine à Cli-
 mate Alexandriae ut à Climate διὰ Ροδίας.
 Quinimmo idem pæne Clima constituit cum
 Rhodiaco, quia sub eandem pæne lineam
 Ὠρεῖλλον cadit. Tradunt autem auctores
 astricæ scientiæ, pari numero distare invicem
 septem Climata. Atque ita colligi docent ἀνα-
 φορὰν & Ὠρεῖξιν Climatum inter se. Quo-
 niam ajunt, in primo Climate à Cancris signo
 usque ad Sagittarium anaphoræ colliguntur
 ducentorum ac decem annorum, sexta pars
 hujus summæ sunt triginta quinque an-
 ni. In totidem annis anaphora Leonis fit.
 Similiter secundum propositam ibidem ab
 eo methodum, si viginti quinque annos ex
 eo numero detraxeris, & numeri qui super-
 est tertiam partem sumpseris, hoc modo co-
 gnoscas signorum anaphoras. Numerus qui
 superest, denarius est. Tertia pars decem an-
 norum,

norum , in tribus annis ducitur , & quattuor mensibus. Pone igitur in primo Climate Arietem uno ac viginti annis oriri & mensibus octo. Si tres annos huic summæ addideris & quattuor menses, exhibit tempus anaphoricum Tauri in hoc eodem Climate. Ergo Taurus viginti quinque annis rotundis in hoc Climate ascendit. Si rursus tres annos adjeceris cum quattuor mensibus, efficies spatium annorum in quo Gemini oriuntur, hoc est annos viginti octo cum quattuor mensibus, atque ita de reliquis, sicut perspicui potest in Tabella supra posita qua continentur anaphoræ primi Climatis. Simili modo procedi ostendit & in secundo Climate. Leo in eo oritur annis triginta sex, similiter & Scorpius, Taurus vero & Aquarius annis viginti quattuor. Anni supersunt duodecim. Tertia pars inde sumatur, sunt quattuor. Hinc efficies ἡ ἀναφορά καὶ ἀφαιρεσις anaphorarum secundi Climatis, id est additionem & detractionem. Sit ergo anaphora Arietis in viginti annis, sequentium signorum anaphoræ identidem crescent quaternis annis, usque ad Libram, à Libra decrescent usque ad Piscium signum, qui totidem annos habent Anaphoricos quos Aries. Hæc est ἀναφορά καὶ ἀφαιρεσις vel ἀνέξομεναισιν ascensionum in signis. Aries itaque viginti annis oritur in secundo Climate, Taurus viginti quattuor, Gemini viginti octo, Cancer

triginta duobus, Leo triginta sex, Virgo quadraginta, Libra totidem. Exinde quaternis annis decrescunt usque ad Pisces, paribus quibus creverant momentis usque ad Libram. Subiecta Tabella Anaphoras secundi Climatishic exhibebit.

Anaphora secundi Climatishic.

♄ ♀	20
♃ ♂	24
♂ ♀	28
♂ ♂	32
♂ ♀	36
♂ ♂	40

In reliquorum Climatorum anaphoris eodem modo proceditur. Ut enim sciatur quot annis invicem differant & horis vel horæ partibus Anaphorica singulorum signorum tempora, eadem ratio ineunda est quam monstravimus in primi Climatishic exemplo. Inspiciendū est quot anaphoræ pateant à Cancro usque ad Sagittarium. Sexta deinde pars huius numeri sumenda est. Tot annis Leo orietur. Ex quo numero si dempseris anaphoram Tauri sive Aquarii, numeri qui remanebit

tertia

tertia pars *περὶ ἀφαιρέσειν* dabit anaphorarum in singulis signis illius Climatis. Ipsa autem Climata quot numeris inter se discrepent quantum attinet ad Anaphoricū signorum spatium, hac methodo inquirendum doceant. Quoniam septem sunt, in septimo anaphoræ sunt, sive Anaphorici anni, à Cancro ad Sagittarium ccxxxiv, in primo ut jam supra docuimus ccx. Ergo *ὑπεροχαὶ* septimi Climatis quibus superat primum, annorum sunt xxiv. Hujus numeri sexta pars sumenda, quoniam sex Climata à primo numerantur. Quatuor sunt. Ita singula Climata Anaphorici temporis signorum ratione quaternis annis inter se distabunt, addito subinde hoc numero à primo Climate ad septimum. Sic ergo primi Climatis anaphoræ à Cancro usque ad Sagittarium erunt annorum ccx. Secundi Climatis, annorum ccxiv. Terti, ccviii. Quarti, ccxii. Quinti, ccxxvi. Sexti, ccxxx. Septimi, ccxxxiv. Secundum rationem à Valente proditam videamus hujus septimi Climatis anaphorica in signis spatia, an respondeant. Dicit à Cancro usque ad Sagittarium in hoc Climate anaphoras sive anaphoricos annos esse ccxxxiv. Sexta hujus summæ pars, xxxix. His annis Leo in hoc Climate orietur. Apud eundem autem Valentem reperio in exemplis geniturarum ab eo allatis, in hoc septimo Climate Cancrū oriri annis xxvii. mensi-

mensibusvi. Libram & Virginem annis xlii. mensibus sex. Si secundum hæc supputentur anni à Cancro ad Sagittarium Anaphorici, reperiuntur tantum ccxviii. quem numerum tribuit Anaphoris tertii Climatis à Cancro ad Sagittarium. Sed non etiam constat numerus Anaphoricus secundi Climatis ab eodem Cancro ad Sagittarium. Cum enim velit esse ccxiv. juxta methodum à se monstratam, duobus annis superat, estque ccxvi. In aliis multis deprehendi non constare ipsi rationem in calculis ab eo positis. Scripsit pro catholica regula, signa duo opposita continere numerum sexaginta partium. Ut nimirum quantum deest alteri, tantum alteri supersit. In primo Climate hoc verum est. Nam Aries viginti annis oritur, Libra ei opposita καὶ διάμετρον quadraginta. Uterq; numerus junctus, sexaginta explet. In secundo hoc etiam procedit. In hoc quippe Climate Aries vigesimo uno anno oritur, octo mensibus, Libra triginta octo, & quattuor mensibus. Sunt anni sexaginta. In omnibus hoc fieri signis adstruere videtur idem Valens his verbis, Ἐκαστον δὲ ζῳδιον πῶσθιν περιέωσειν ἢ ἀφαίρεισιν ἀναφορᾶς ἐκ τῶν ἡμετέριον. ἐπεὶ ὁ κελὸς ἀναφέρει ἐν κ', ὁ ζυγὸς ἐν μ' εἰς συμπλήρωσιν τῷ ξ'. ὅσον γὰρ ἕκαστον ἀναφέρει ζῳδιον εἰς συμπλήρωσιν τῷ ξ' τὸ καὶ διάμετρον ἐφέξει· ὡς γὰρ πλεονάζει ἕκαστον τὸ καὶ διάμετρον λείπεται, ὡς δὲ λείπεται, τότ' αὖ πλεονάζει τὸ καὶ εὐθύ. In se-

ptimo

primo Climate haud scio an hæc regula locum
 habeat. In eo Aries quindecim annis oritur.
 Juxta hanc rationem Libra deberet oriri an-
 nis quadraginta quinque. Atqui reperio eam
 oriri annis quadraginta duobus & mensibus
 sex. Sunt anni tantum quinquaginta septem.
 At ne si quidem quadraginta quinque annos
 Libræ dederis, in hoc Climate efficies eum nu-
 merum quem assignavit anaphoris à Cancro
 ad Sagittarium. Inde enim exhibunt anni CCXXII.
 quot annos tribuit Anaphoricos quarto Cli-
 mati à Cancro ad Sagittariū. Non potest au-
 tem Libra in hoc septimo Climate plures an-
 nos habere quam XLV. quia certum est Arie-
 tem quindecim annis ascendere in hoc eodē
 Climate. Hoc enim clamant omnia genitura-
 rum exempla quæ apud Valentem reperiun-
 tur, & ipse etiam Firmicus id confirmat. Sin-
 gula ea præterea Climata decrescunt anno
 uno in Arietis Anaphoricis spatiis. In primo
 quippe Aries vigesimo primo anno oritur,
 in secundo vigesimo, in tertio XIX. In quarto
 XVIII. In quinto XVII. in sexto XVI. in septi-
 mo & ultimo XV. Hæc ideo pluribus exequuti
 sumus, quia omnes Genethliologi, etiam qui
 Constantini temporibus vixere, in colligendis
 geniturarum Thematibus usi sunt istis Ana-
 phoricis temporibus secundum Climata se-
 ptem, non illis quæ Ptolemæus emendatio-
 ra protulit. Ergo & vitæ spatia & Climacte-
 rica

rica tempora juxta illas anaphoras quas supra descripsimus computarunt, ut ex Valente & Firmico liquet, & aliis quos evolvimus. Petosiris ea ratio fuit quæ usque ad ultima Græciæ tempora duravit. Sed ille, ut dictum est, Ægyptiaci tantum Climatis anaphoras respexerat, quod ideo & primum constitutum est à recentioribus, postquam cætera sex Climata ei addita fuere. Sed & illud primum pro regula fixum fuit ad reliquorum investigandas anaphoras. Antiquiorem tamen fuisse constat eam *ἀνωγλὴ* quæ binas horas singulis signis Anaphoricas dabat, quam & receptam esse vulgo Mathematicorum sua ætate testatur Manilius. Sed fortasse an ea fuerit Chaldæorum propria, cum Ægyptii à Petosiri aliam usurparint quam supra explicavimus. In hac autem exponenda miserrime hallucinatus est Scaliger ad Manilium. Cum enim explicare vellet ascensiones signorum vetustas in Ægypto, quales nimirum à Petosiri proditas fuisse certum est, gradus pro annis numerat, & partes graduum sexagesimas pro annorum partibus quæ per menses explicantur. Hanc figuram curavit delineandam vetustarum illarum Ægypti ascensionum.

ASCEN-

ASCENSIONES SIGNORUM IN
ÆGYPTO VETUSTÆ

Gradus. Horæ.

♈ ♈	21. 40'.	1. 26'. 40".
♉ ♉	25. 0'.	1. 40'. 0".
♊ ♊	28. 20'.	1. 53'. 20".
♋ ♋	31. 40'.	2. 6'. 40".
♌ ♌	35. 0'.	2. 20'. 6".
♍ ♍	38. 20'.	2. 33'. 20".

Cum hoc Diagrammate ex adverso componit Ascensionum castigatarum exemplum ex Ptolemæo, quod tale est.

ASCENSIONES CASTIGATÆ

Gradus. Horæ.


♈ ♈	20. 35'.	1. 23. 32".
♉ ♉	24. 9'.	1. 36. 36'.
♊ ♊	29. 49'.	1. 59. 16'.
♋ ♋	34. 35'.	2. 18. 20'.
♌ ♌	35. 39'.	2. 22. 36'.
♍ ♍	34. 55'.	2. 19. 40'.

Non

Non gradus cum gradibus & horarum spatia cum horis comparavit, sed annos & annorum partes cum gradibus & graduum minutis. In antiquo quippe & Ægyptiaco Ascensionum hypodigmate non gradus sunt intelligendi sed anni, in novo & castigato non anni sed gradus sunt accipiendi. Non per gradus quippe computabant veteres Astrologi anaphoras signorum sed per tempora Æquinoctialia, ἰσημεριῶν χρόνους, qui totidem sunt anni. Et tamen cum sic eas computarent, triginta partes sive gradus in singulis signis numerabant. Partes quippe sive μῦθους tricenae in unoquoque signo constituebant, quamvis inæquali annorum & horarum numero. In Hypsiclis ἀναφορικῶν quod in pluteis Bibliothecarum reconditum servatur, extat circuli figura in duodecim partes lineatim divisi cum signorum duodecim nominibus & eorum anaphoris ad Clima Alexandriæ constitutis, ut illæ sunt quas in diagrammate superscripto designavimus. Quamvis qui descripsit ad oram adnotaverit, ἐσφαλμένως καταγραφῆναι ὡς ἐν ὄρχετύπῳ σεσημειώται, facile tamen nobis fuit numerorum errata corrigere, cum ex quibusdam certum sit descriptas ibi esse ἀναφορὰς Climatis primi, ut tunc habebatur, hoc est δ' Ἀλεξανδρείας. De eo enim dubitare non sinit ἀναφορὰ Tauri notata numero κέ', & Leonis λέ'. Qui numeri Anaphorici in aliud Clima

Clima non quadrant. Reliquos numeros ad hanc normam emendare pronum fuit. Sed & Geminis ἀναφορὰ in eo tribuitur κη' γ'. qui sunt anni viginti octo cum tertia parte anni, i. e. quattuor mensibus, Quod de gradibus non potest accipi. Alii pro eo ponunt κη' μ'. Viginti sunt anni & viginti anni partes. Etiam Virgini & Libræ quæ sunt ιουανὰφορὰ signa in eo schemate Anaphorico Hypsicleo, numerus tribuitur, λη' γ'. Non sunt graduum numeri sed annorum. Triginta octo anni cum parte anni tertia. Apud alios scriptum est λη' μ'. Quod de graduum numero Scaliger interpretatus est, cū sint anni triginta octo, & quadraginta anni partes, ex sexaginta, quæ annum integrum absolvūt. Duo sunt anni trientes, quod δις τριῶν Mathematici Græci interdū appellant. Non igitur hæc inter se conveniunt ut putavit Scaliger ascensionum veterarū Schema cum castigatis à Ptolemæo, quia in antiquo diagrammate anaphorico Climatis Ægyptiaci per annos anaphoræ supputatæ sunt, in eo vero quod Ptolemæus emendavit per gradus sive μοίρας. Et verissime admonuit Porphyrius cum tantum sit discrimen antiquarum in signis anaphorarum cum Ptolemaica & emendata ratione, nullo modo hæc adeo diversa ἀναφορικὰ inter se posse convenire, nec partitionem temporum anaphoricorum ex priore methodo cum recen-

uione conciliari. Figuram quæ continet primæ Climatis anaphoras, qualis in Hypsiclis ἀναφορῶν extat, à nobis correctam hic visum est subijcere.



In Anaphoris porro describendis horarum primam habent rationem quæ ad annos & anni partes hoc est menses exigitur, & deinde de unaquaque parte, siue μοίρα, siue gradu signi, quantum temporis teneat, quærendum proponunt, id est quot mensibus respondeat. Primo igitur quærit Valens, ποσῶν ὡρῶν ἕκαστος (ὡδίων ἀναφέρει); Quot horis singula signa oriuntur. Quomodo id investigandum sit explicat.

phicat. *Κεῖς*, inquit, ἀναφέρεται ἐν κ'. Id intelligendum est de viginti annis, non de viginti partibus. Aries oritur in viginti annis. Hora habet *χρόνος ἰσημεριῦς* quindecim. Hęc æquinoctialia tempora de annis sunt intelligenda. Quod nescio an recte perceperit Scaliger. Sic enim scribit ad lib. 111. Manilii, ubi loquitur de vulgari opinione quæ binas horas singulis signis orientibus tribuit. *Tricenarium*, inquebat, *partium est signum. Quindecim dena horam constituunt. Ergo unum signum constans bis denis quinque gradibus, binarum horarum est.* Hac illi, *μοίρας* quæ in Zodiaco accipiendæ sunt, confundentes cum temporibus æquinoctialibus. In ccclx. *μοίρας* sectus est Circulus Zodiacus, in totidem *χρόνος* Æquinoctialis. Illa sunt mensura ascensionum. Isti mensura horarum. Quindecim enim *χρόνοι* horam constituunt. Hęc verba sunt Scaligeri, qui non explicat temporum illorum Æquinoctialis, vel Æquinoctialium potius, quæ mensura sit. Verum est quidem, quindecim *χρόνος ἰσημεριῦς* unam horam constituere, sed non sequitur quod veteres confuderint *μοίρας* Zodiaci cum temporibus Æquinoctialibus, & propterea necesse sit quinas denas partes signi horam constituere, quia hora habeat quindecim *χρόνος* Æquinoctiales. Hoc postremum ita verum est, ut non inducat necessitatem prætoris. Nam in singulis signis tricenos gradus, sive partes, agnoverunt, quæ ta-

men binis horis non valent, nec proinde efficiendis χρόνοις ἰσημεριοῖς respondeāt. In Arietis quippe signo quod pro exemplo posuit Valens, triginta sunt partes ut in aliis omnibus, & tamen duarum horarum spatio non oritur, nec triginta tempora Æquinoctialia continet. Hora quippe una & triente horæ ascendit & in viginti temporibus Æquinoctialibus. Quod ita demonstrat Valens. Aries in secundo Climate ascendit in viginti annis. Hora habet χρόνος ἰσημερινός quindecim, idest annos. Si detraxeris ex viginti annis quindecim, restabunt quinque. Quæ est tertia pars viginti annorum. Ita Aries in hoc Climate ascendet hora una & triente. Ἀνερχήσεται οὐὶ ὁ πλανήτης ὡραν μίαν καὶ τρίτον. Hora igitur una cum triente respondet annis viginti, qui totidem sunt χρόνοι ἰσημεριοί. Eadem supputatione utitur Manilius lib. iiii. cum tradit Arietem ascendentem horam occupare & trientem:

— *Atque horam surgens ejusque trientem*

Occupat.

Quod non de elevatione Rhodi aut Gnidi intelligendum, ut putavit Scaliger, sed de primo Climate τῷ δὲ Ἀλεξανδρείας. Proponit deinde inquires, πόσον χρόνον ἐκάσῃ μοῖρα ἰσχυρά. Quantum temporis singulæ partes, sive singuli gradus, in anaphorarū ascensu ponant. Pronumerat dicere viginti annos in triginta partes esse dividendos. Singulæ partes erunt οὐκ

octo mensium. Nam octo menses trigésies ducti, annos viginti conficiunt. Ne tam facili & obvia ratione vilescerent magnæ artis arcana, hac methodo hoc quæri ac inveniri voluit. Duplicetur, inquit, ἀναφορὰς^α cuiusque signi. Numerus qui inde exhibet sexies ducatur, fient CCXL. Sic pars una signi vel gradus, octo menses. διπλασιν τῷ ἀναφορᾷ ἐκάστῳ ζῳδίῳ, καὶ ταῦτα ἐξάκις γίνονται, ἡ μοῖρα μίῳ ἐκτῷ. Anaphora Arietis in Climate primo viginti est annorum. Duplica hanc summam, fient quadraginta, sexies multiplicetur, exeunt CCXL. Ita partes singulæ Arietis octo mensium erunt. Sumatur signū contrarium Arieti; nempe Libra. In quadraginta annis oritur. Utere eadem methodo. Singulæ ejus partes erunt anni unius & quattuor mensium. Ita proceditur & in aliis. Ex quibus certum est omnia signa in partes tricenas divisa esse, cum tamen eorum ἀναφορᾷ^α inæquales sint, sive horaria spatia sumantur, sive tempora Æquinoctialia, id est anni. Anaphoras igitur per χρόνους ἰσημερινούς, id est per annos, computasse veteres Astrologos Ægyptios ex Porphyrio colligo, qui eandem rationem ex antiquis proposuit temporum ἀναφορικῶν^{ων} computandorum. Taurum in Climate quod per Alexandriam in viginti quinque χρόνοις^{οις} oriri dicit, nempe ἰσημερινοῖς. Ipse ἔτι interpretatur hoc modo.

Εἰπεί ὁ ταῦρ αὐτοῖς καὶ τὸ αὐτὸ κλίμα ἀνα-
 φέρεται χρόνοις καί, τέτταρ' ἔτεσιν καί, Ἀρι-
 ρετέντων ἢ καί ἑτῶν εἰς τὰς λ' μοίρας Ὀπιβάλλ-
 λουσιν ἐκάστη μοίρα μῆνες ι'. *Quoniam Taurus in*
eadem Climate Alexandria ascendit in temporibus
Aequinoctialibus viginti quinque, hoc est annis vi-
ginti quinque, si dividantur viginti quinque anni in
partes sive gradus triginta, singulis gradibus decem
menses competent. Valens similiter in hoc Clima-
 re Alexandriae Tauri signo viginti quinque
 annos ascensionis tribuit. Et ratio compu-
 randi eadem est. De Ariete videtur idem
 Porphyrius in eo loco, viginti & unam partes
 agnoscere pro annis viginti & uno, sed cum
 eodem, ut opinor, vitio. Sic enim puto scri-
 psisse auctorem, qui diserte autumat veteres
 illos usos esse τῶν χρόνοις, nempe ἰσημερινοῖς,
 in mensura anaphorica signorum computan-
 da. Εἰρήσαντο ὅ τῶν χρόνοις καὶ τὰς ἀναφορὰς
 ἢ ξωδίων, ὥστε ὁ καὶ ἀναφερόμενος αὐτοῖς καὶ
 τὸ δι' Ἀλεξανδρείας κλίμα χρόνοις καὶ μ', ἀνα-
 φέρεται ἔλεγον αὐτὸν καὶ πλὴν ἑαυτοῦ ἀναφορὰν
 ἔτεσιν καί, ἢ μηνὶν ἢ, διελόντες οὖν καὶ ἐν ἑαυ-
 τῶν καὶ μῆνας ἢ, εἰς μοίρας λ'. Ita omnino re-
 stituendus locus corruptissimus in vulgatis
 Porphyrii libris. Ucebantur Veteres illi χρό-
 νοις nempe ἰσημερινοῖς ad signorum ἀναφο-
 ρὰς numerandas. Cum enim Aries in Climate
 quod est per Alexandriam oriatur temporibus vigin-
 ti & uno, partibus quadraginta, dicebant eum in
 ἀνα-

anaphora sua oriri annis uno & viginti & mensibus octo, dividentes hunc numerum unius & viginti annorum ac mensium octo, in partes siue gradus triginta. Idem Porphyrius hoc in eodem capite clare ostendit, ubi veterum Astrologorum & neotericorum dissensionem circa signorum ἀναφορὰς explicavit. In antiquorum opinione exponenda non μοίρας nominat, sed in ea tantum quam Ptolemæo tribuit. Ita enim de veteribus scribit, πάντες γὰρ ἡσδὸν ἐν τῷ δὲ Ἀλεξάνδρειας κλίματι καὶ τῇ ἐγγιστῇ κερύων πόλεων τὸ κελὸν ἀναφέρεισθαι ἔλεγον ἐν χρόνοις καὶ μί. τὸ τῷ παῦρον καί. ὅν τὸ διδύμας καὶ κί. In vulgatis libris stellula adposita est pro eo quod in scripto Codice posita erat vocis χρόνος nota quam ita effingunt Mathematici in libris antiquis, ✱. Bis apud eundem Porphyrium depravata occurrit, ut paulo post, καὶ μί, pro χρόνος καί, μί. Nam scriptum fuit ✱. Sequitur apud eundem de Ptolemæi sententia. Πτολεμαῖος τὸ Φησὶ Διὰ τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κλίματ' ἀναφέρεισθαι τὸ κελὸν ἐν μοίραις καὶ νη'. Τὸν παῦρον ἡδ' ιβ', & quæ sequuntur. Numeri quippe omnes valde corrupti sunt. Antiquissima igitur illa ratio Anaphoricorum temporum computandi non solum per annos integros, sed etiam per menses & dies, quæ sunt annorum partes & particulæ. Χρόνον ἰσημεριανὸν diviserunt in sexaginta partes, & Æquinoctialem circulum in cccix.

χρόνους. Cujusque χρόνος sive anni pars sexage-
 sima in sex diebus consistit, Ita igitur compu-
 tabimus in Climate δι' Ἀλεξανδρείας Arietem
 oriri annis sive χρόνοις ἰσημερινοῖς, uno & vi-
 ginti, & partibus quadraginta χρόνους ἰσημερι-
 νῶν, qui sunt octo menses, atque ita de cæteris.
 Ita & viginti partes pro quattuor mensibus
 computant. Interdum & tertiam partē dicunt,
 anni scilicet, pro quattuor mensibus, ut apud
 Valente[m] in exemplo genituræ: ἐν τῷ πρώτῳ
 κλίματι ἡ ἀναφορὰ τῆς παρθένου λέγει γ'. Id est,
 Anaphora Virginis anni triginta octo & triens
 anni. Alibi pro eodem solet ponere λέγει κ'.
 Id est anni triginta octo, & partes viginti,
 nempe quattuor menses, quia sexaginta
 partes annum efficiunt. Ergo viginti partes
 tertiam anni partem faciunt. Huic rationi
 planè convenit illa κρινὴ πραγματεία τῶν ὁμα-
 λῶν ὑπεροχῶν quam falsi damnat Ptole-
 mæus his verbis, ἡ κρινὴ πραγματεία ἡ πρὸς
 ὁμαλὰς ὑπεροχὰς τῶν ἀναφορῶν σωίστα μὴ μὲν
 καὶ μικρὸν ἐστὶ τῆς ἀληθείας. Per ὁμαλὰς quippe
 αὐξομνῶστος procedit, id est per æqualia in-
 crementa anaphorarum & decrementa. Ex-
 emplum capiamus à secundi Climat[is] ana-
 phoris ut fecere veteres, hujus enim ratio
 expeditior. Aries in Climate isto secundo
 viginti annis ascendit, hora una & horæ
 triente, stadiis quadraginta. Nam anni sin-
 guli duobus stadiis respondent. Ab Ariete
 ad

ad Libram incrementum anaphoricum pari passu procedit, annis quaternis subinde crescens, stadiis octonis, & horæ uno quadrante. Manilius lib. III. quem certum est ab hoc eodem Climate ut cæteri factitarunt exemplum sumpsisse, ita scribit.

*Nunc age quot stadiis, & quanto tempore surgant
Sidera, quotque cadant, animo cognosce sagaci,
Ne magna brevibus careant compendia dictis.
Nobile lanigeri signum quod cuncta sequuntur
Dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit
Cum cadis, atque horam surgens, ejusq; trientem
Occupat.*

Et paulo post:

Octonis crescunt stadiis orientia in orbem.

Quod dixit Arietem in sua ἀναφοῦν, occupare horam unam & trientem, manifesto ostendit viginti hoc signum temporibus Æquinoctialibus, id est annis, oriri intellexisse. Nam horæ unius & trientis spatium huic temporis mensuræ respondet. Et fatendum est hic nihil vidisse Scaligerum. Hora quippe una quindenos habet χρόνος ἰσημερινός, hoc est annos. Viginti ergo anni unam horam & trientem occupant. Manilius itaque de Arietis ἀναφοῦν in Climate primo, live Alexandrino, intellexit, ut & Valens & Firmicus. Quadraginta stadia pro viginti annis numeravit Manilius, Duo igitur stadia pro singulis annis computat, Octonis stadiis crescere sin-

X x 5 gula

gula signa orientia dicit usque ad Libram. Ergo quaternis annis incrementum illud procedit, ut octonis stadiis. Paribus momentis à Libra decrescunt anaphoræ signorum usque ad Arietem.

*Hæc sunt ad Libræ fidus surgentibus astris
Incrementa, pari momento damna trabuntur
Quum subeunt orbem, rursusque à fidere Libræ
Ordinis mutato, paribus per tempora versa
Momentis redeunt. Nam per quos creverat astrum
Lanigeri stadia aut horas, tot Libræ recedit.*

Hæc sunt *αὐξομίσσης ὁμαλαὶ ἀναφορικαὶ*, vel *ὁμαλαὶ ὑπεροχαὶ* quas antiquissima Astrologia eo quem dixi modo celebravit. Ita Manilius dixit octonis stadiis orientia signa crescere & totidem decrescere, Ergo & quaternis annis. Quot horæ partibus crescant videndum. Bina signa opposita καὶ διάμετρον debent habere quattuor horas. Cum enim sexaginta χρόνους ἡμερῶν habeant, & quindenarii χρόνοι ἡμερῶν uni horæ respondeant, bina signa adversa quattuor horarum esse debent. Aries horam & trientem horæ occupat. Ergo oppositum ei signum Libræ duas horas & duos trientes debet occupare, quæ junctæ cum hora una & triente Arietis, quattuor horas complent. Et hoc est quod dixit Valens, καὶ ὅσων ὥρῶν ἕκαστον εἰς συμπλήρωσιν καὶ δύο ὥρῶν τὸ καὶ διάμετρον ἐφίξῃ. Hæc sunt plusquam manifesta. Nam cum ex regula supra

praeposita duplum habere debeat signum oppositum, ut Libra duplum habet annorum numerum, ita & duplum horæ unius, & duplum unius mensis quod habet Aries. Manilius lib. 111. ubi tractat quot stadiis & quanto tempore oriantur signa, exemplum sumpsit à secundo Climate quod Babylonis esse tradidit Firmicus. Nam crescere singulas anaphoras dicit horæ quadrante sive quarta parte, & quartæ partis tertiâ parte. Sic enim scribit, ut habent veteres omnes codices scripti & antiquitus excusi:

Hora novo crescit per singula signa quadrante,

Tertiaque in quarta parte sic ducitur ejus.

Hac sunt ad Libra fidius surgentibus astris

Incrementa, pari momento damna trabuntur.

Non alia correctione hic locus opus habet quam ut legatur, *tertiaque in quarta parti*. Nam alibi *parti pro parte* scripsit Manilius, ut libro eodem:

Quacunque hoc parti terrarum quisque requirit.

Scaliger maluit hîc emendare:

Tertiaque in quartas partes inducitur ejus.

Cujus lectionis sensum non capio. Secundi Climatis anaphoras describere poetam vel illa indicant; ut jam supra ostendimus, de Arietis anaphora:

— atque horam surgens horaque trientem

Occupat.

Hæc enim ἀναφορὰ est Arietis in secundo Cli-

Climate sicut ab Astrologis illius temporis habebatur. Valens, ἀνεχθήσεται αὐτῷ ὁ χρόνος ὥρα μία ἐ τρίτῳ. Horam unam respondere dicit quindecim annis, sive temporibus Æquinoctialibus. Ergo viginti annis oritur Aries in hoc Climate, quia hora quindenis annis respondet, horæ triens quinis. Incrementa Anaphorica paria esse vult in hoc Climate Manilius. Nam octonis stadiis, id est uno circiter milliari ea crescere dicit ab Ariete usque ad Libram. Bina autem stadia singulis annis æquiparat. Ergo quaternis annis incrementa signorum singulorum anaphorica fieri debent. Quod verum esse secundum rationem veteris Genethliacæ jam supra ostensum est. Horaria quoque incrementa paria esse debent, & æquabilia. Hora habet, ut illi supputarunt Æquinoctiales annos quindecim. Triens horæ sunt quinque anni. Aries qui viginti annis oritur in secundo Climate hora una & triente juxta Manilium & Valentem & alios veteres, oriri debet. Quot partibus horæ anaphoræ crescant videndum. Quaternis annis in hoc Climate crescere jam docuimus, & octonis stadiis. Si horam dividamus in sexaginta λεπτά, sive scripula, viginti scripula, hoc est triens horæ, paria facient cum annis quinque. Ergo quattuor scripula cum uno anno. Sic quaterni anni respondebunt sexdecim scripulis horariis.

Ma-

Manilius per singula signa anaphoras ait crescere & quartæ partis quadrantis tertia parte. Hoc enim illa significare videntur,

*Hora novo crescit per singula signa quadrante,
Tertiaque in quarta parti sic ducitur ejus.*

Nō certe aliter hæc possunt accipi. Crescit hora quadrante per singula signa, & pars tertia quartæ ejus, i.e. quadrantis ejus, sic ducitur, id est similiter crescit. Ergo quadrante crescit, & quadrantis quartæ tertia parte, hoc est sexdecim scripulis, paulo plus. Nam tertia pars quartæ partis quadrantis scripulum facit & secunda quindecim; hoc est quartam scripuli. Quod nihili est faciendum. At Scaliger de tertia parte quadrantis ipsius verba Manilii intellexit. Quod ejus verba refutant. Nam clare dicit præter quadrantem accedere tertiam partem in quarta ejus parte, nempe in quarta quadrantis parte. Fuere qui in hoc ipso Climate Arietis anaphoras superari crediderunt viginti scripulis à sequentis Tauri ascensione. Scribit enim Martianus Capella, oriri Arietem hora & triente horæ, hoc est scripulis viginti. Taurum vero hora & dimidia & sexta parte horæ. Atqui dimidia hora triginta est scripulorum, sexta decem. Sunt quadraginta. Viginti itaque scripulis auctior est *αἰαφῶγε* Tauri quam Arietis, id est annis quinque, cum debeat tantū esse major quaternis annis. Sed Martianus eo loco non paria facit augmenta hora-

horarum anaphorica in signis per illud Clima. Ut enim Taurus superat Arietem vicenis scripulis, ita Gemini Taurum tantum quindenis, & Geminos Cancer denis, & Cancrum Leo denis quoque. Mox Virgo vicenis scripulis majorem habet ἀναφορὰν quam Leo. Libra ισαρίστος est Virgini. A Libra paribus decrementis usque ad Pisces pervenitur qui sunt ισαρίστος Arieti. Nam Scorpii ἀναφορὰς viginti scripulis minor est quam Libræ, Sagittarii quindecim minor quam Scorpii, & Capricornus denis scripulis minora habet ἀναφορὰς tempora. Deinde Aquarius viginti scripulis ab Aquario decrescit dum surgit. Inæqualem quoque in singulis annorum & stadiorum numerum quo crescunt & decrescunt esse oportet. In diagramma conjecimus secundi Climatis annos, stadia & horas anaphoricas.

Secundi Climatis Ascensiones

Per	Gradus	Horas	Annos	Stadia.
♈. γ	30.30	1. 20	20	40
♉. δ	30.30	1. 36	24	48
♊. η	30.30	1. 52	28	56
♋. θ	30.30	2. 8	32	64
♌. ι	30.30	2. 24	36	72
♍. κ	30.30	2. 40	40	80

In

In hoc Diagrammate singula signa sunt tricenarum partium sive graduum, sed disparium. Nam cum Arietis & Piscium signa æque tricenae *μαίεας* habeant, ut Libra & Virgo, harum tamen gradus duplo majores sunt, quam Arietis & Piscium. Quadragenis quippe tantum stadiis patet signum Arietis, cum Libræ octoginta stadiorum sit. Ita reliqua signa proportionem suæ ascensionis majorum aut minorum sunt partium. Sic diem naturalem horarum duodecim fecerunt, æque solstitialem ut brumalem, ut horæ hujus breviores, illius longiores fuerint, pari tamen numero. Ita autem necesse fuit singula signa in partes sive gradus triginta dividere iis qui vellent non solum genituras *ζωδιακῶς* colligere, sed etiam *μοιρακῶς*. Harum geniturarum etiam plura extant exempla apud Valentem, in quibus partes signorum notatæ reperiuntur, non sola signa. Sæpe etiam, ut dixi, in signis simpliciter hunc vel illū planetam positum dicebant nec qua in parte signi consisteret addebant. Idque faciebant cum placita ratione Themata constellationum disponebant *ζωδιακῶς*. In ea *ἰσότης* quam Ptolemæus edidit vix partium potest ratio haberi, cum singula signa inæqualium numero sint partium, sicut patere potest ex Diagrammatis supra positis Vetusstarum Ascensionum & Castigatarum. In vetustis Arietis triginta est partium, & cetera omnia signa totidem

tidem μοίρας habent, quamvis per disparem annorum & horarum numerum & stadiorum orientur. In castigatis Aries viginti est partium sive graduum & triginta quinque minutorum. Taurus viginti quatuor partium & novem minutorum. Libra Arieti adversa triginta quattuor partium & quinquaginta quinque minutorum. Ita in cæteris variat numerus τῶν μοιρῶν. In hac inæqualitate graduum operosum esset, immo pæne impossibile, genituram ita colligere ut partes signorum & partium partes quod antiqui sæpe observarunt, notarentur. Si dixerò enim aliquē natū esse Sole consistente in quinta parte Arietis, minuto vigesimo, difficillima existet hæc supputatio in tam inæquali per singula signa partium numero. Certum tamē est, quamvis Anaphoras castigarit signorum Ptolemæus ad illum quem exposuimus modum, ipsum tamen pro more antiquitus recepto, genesium themata collegisse, & tricenās partes in singulis signis agnovisse, eoque certo certius colligitur ex his ejus verbis lib. III. de locis Apheticis, τὸ πᾶς μὲν τοίνυν αἰφελικὸς εἶναι νομιστέον, τὸ τε πρὸς τὸ ὠροσκοπὸν δωδεκατημέριον ὑπὸ πέντε μοιρῶν τῶν πρὸ αναφερομένων αὐτῶν ὁρίζοντες μέχρι ἐπὶ τοῖς λοιπῶν μοιρῶν πέντε καὶ ἑκατὸν ἐπὶ αναφερομένων. Hæc enim, quidquid alii in contrarium adferant, non possunt locum habere nisi omnia signa tricenās partes sive gradus habeant. At morosum plane esset

&

& inextricabile, viginti partes Arietis & minuta triginta quinque redigere in partes æquabiles triginta, & Libræ triginta quattuor cum minutis quinquaginta quinque, ad triginta reducere. Nec proinde mirandum si dixerit Porphyrius rationes Ptolemæi non posse quadrare cum veteribus in tanto nimirum discrimine anaphoratum quas antiqui noverunt, & novarum quas Ptolemæus edidit. Facillima autem veterum ratio fuit. Cum enim supponerent omnia signa tricenarum esse partium, partes autem singulas singulis annis respondere, cccclx signifieri partes, totidem annorum esse prodiderunt, ut pars una unus annus esset. Hoc posito anaphoras signorum annis dimeriebantur. Exempli gratia, Aries in Climate quod est per Alexandriam annis vno & viginti oritur & mensibus octo. Hoc annorum & mensium spatium in triginta μοίρας sive gradus dividebant, & videbant quot menses & dies uni μοίρᾳ competeret. Ita enim legendum apud Porphyrium, διελόντες τὰς καὶ ἐνιαυτὸς ἢ ἡ μῆνας εἰς λ' μοίρας. Vulgo legitur εἰς κ' ἡμέρας corruptissime. Ita Taurus in eodem Climate viginti quinque annis oritur. Hunc numerum annorum in triginta partes sive gradus partiebantur. Sic singuli Tauri gradus decem erant mensium. Hac eadem ratione in cæteris procedebant, non enim per gradus sive μοίρας Ascensiones computabant.

Y y

&

& postea instituit Ptolemæus, sed per annos
 sive χρόνος ἰσημεριῶν, omnia tamen signa tri-
 cesorum graduum sive μοιρῶν constituebant.
 Tunc erat admodum proclive in ea tempo-
 rum anaphoricorum divisione perspicere
 quantum temporis unicuique signi unius gra-
 duī competeret, prout tardior aut velocior
 esset ejus ἀναφορά. Longe etiam expeditior
 methodus ea fuit quæ singulis signis binas
 horas ascensionis dabant. Ea ita triginta par-
 tium singula signa faciebat ut omnium partes
 essent æquales. Sed omnium vitiosissima visa
 est propter inæqualitatem ascensionum. Non
 parvo etiam vitio laborare cognitum est & il-
 lam, quæ vetustissimis recepta est, quæque æ-
 quales habuit αὐξομῶντος vel πρὸς ἀφαιρέτος.
 Eam Ptolemæus correxit. Nihiloscilicet vulgus
 Genethliacorum antiqua illa & prava ratione
 uti perstitit etiam infra Constantini Magni
 tempora, ut ex Valente, Firmico & aliis li-
 quido compertum est. Nec solum anaphori-
 corum temporum ratio emendata est à Pro-
 lemæo, sed etiam ipsa Climata mutata, & aliis
 nominibus appellata. Mirari satis non possum
 Manilium unius tantum Climatis meminisse,
 cum voluit significare quot stadiis & quanto
 tempore ascendant signa, atque exemplū à se-
 cundi Climatis anaphoris sumpsisse. Valentem
 similiter cum de anaphoris tractare veller, ab
 eo Climate ἡμετέριον potissimum petiisse,
 Quod

Quod majus est, ubi de *Audientibus & Videntibus* signis quando hoc nomen habeant explicat, & eorum συμπαθείαι exponit, non ab alio Climate sumit exemplum quam à secundo. Ex hujus enim anaphoris οὐδὲ βλέπόντων καὶ ἀκροέντων καὶ ἐξαγώνων ζώδιων γνωστόν esse pronuntiat. Omnes ibi anaphoras computat, ut sunt in Climate secundo. Sed longum esset ea hic reponere. Martianus quoque Capella in libro de Astronomia quo loco docet quibus temporibus oriantur aut occidunt signa, solas recenset anaphoras secundi Climatis. Illud esse tradit Firmicus quod διὰ Βαβυλῶν dicebatur. Chaldæi, ut videtur, id est Babylo-
nii primi Astrologi unicum hoc Clima agnoverunt, ad cujus inclinationē rationes omnes disciplinæ hujus instituerunt, & stellarum motus & positus explorarunt. E' contrario qui in Ægypto primi hanc artem invenerunt, solius Climatis Ægyptiaci in metandis cæli viis rationem habuerunt, ut diserte tradunt hujus disciplinæ magistri, Nempe Petosirin & Necerpo μόνας τὰς ἀναφορὰς τὸ πρῶτον κλίμα θ' δηλώσαντες. Hoc primum Clima est quod postea δι' Ἀλεξανδρείας vocatum est. Qui deinde sequuti sunt Astricæ scientiæ doctores, hæc duo Climata receperunt, quia ita rationes exposcebant artis repertæ & excultæ ab auctoribus magnis qui sub illis cæli inclinationibus primi cælum introspexerant. Primum inde fecerunt

runt Clima Ægyptiacū, quia magis est ad meridiem, secundum Babylonicum, quia ea urbs & provincia magis ad Septentrionem. Cum autem viderent non sufficere ad scientiæ summā genethliacæ illa duo Climata, quia magna esset varietas partium circulatorumque & anaphoricorum spatiorum ex *Mundi*, ut ait ille, *devergentia & connexionibus*, alia etiam Climata addiderunt procedendo semper versus septentriones. Sic tertium per *Rhodom* adjectum est, quod tamen non multum divertit à Babylónico, nisi quod hujus parallelus paulo magis meridialis. Ideo & Ptolemæus nullum Clima *Ἀφ' Βαβυλῶν* admisit, sed pro eo τὸ *Ἀφ' Ρ'οδίας* quod æque distat ab Alexandrino & ab eo quod *Ἀφ' Ρ'ώμης* dicitur. At veteres aliud posuerunt inter Alexandrinum & Urbicū, nempe quod vocatum est δὲ *Α'θηνῶν*, & pro quarto locarunt. Quintum est τὸ δὲ *Ε'λλησπόντῃς*, sed non satis à Romæ parallelo remotū, ut diversum Clima constituere videatur debere. Idcirco medium illud per *Romam* sustulerunt Recentiores. Qui retinuerunt, pro Hellesponti Climate τὸ *Ἀφ' πόντῃς* posuerunt. Alii utrunque servarunt. Ptolemæus, cum antiquioribus hujus scientiæ auctoribus primum esset Clima δὲ *ἀλεξανδρείας*, quia nullum aliud ab his agnosceretur *μεσημβρινώτερον*, duo alia addidit quæ in tertium locum rejecerunt τὸ δὲ *ἀλεξανδρείας*. Sic primum factum est τὸ *Ἀφ' Μερύης*,

Μερῶς, secundum τὸ Δ' Συήνης. In Canonibus Anaphoricis Theonis constanter scriptum est Δ' Σοήνης. Ægyptiacum est Σκαν. Unde Arabes اشوا, Græcis Συήνη & Σοήνη. Falluntur qui Syenen putant esse Arabicum اسني. Ea enim est Latopolis. Verum hæc non sunt hujus loci. Cum unicum Clima noverint Ægyptiacum primi artis repertores Petosiris & Necepsō, inde pro primo à posterioribus constitutum est. Ab hoc versus septentrionem sex alia Climata percensuerunt æqualibus inter se distantia intervallis, ut ex Valente jam supra ostendimus. Ptolemæus Parallelos ab æquinoctiali circulo ad septentrionem surgentes viginti & unum facit, æquali inter se distantes spatio, horæ nempe unius quadrante. In his novem Clima ponit, quorum ultimum est ad septentrionem τὸ Δ' Θέλης, primum ad meridiem τὸ Δ' Μερῶς, quod in quarto est Parallelo. Horum septem sunt pari intervallo invicem distita. Per Meroen, per Syenen, per Alexandriam, per Rhodon, per Hellepontum, per medium Pontum, & per Borysthenem. Dimidiæ horæ spatio inter se discrepant. Eadem sunt Climata quæ percensuit Theo in Canonibus suis Anaphoricis. Nulla autem ibi habetur mentio Climatis Δ' Ρώμης, ut neque apud Ptolemæum in Parallelorum recensione. Meminit hujus Martianus Capella, cui

oſto ſunt, & ad ſeptentrionē oſtāvum ponit
 ultra illud quod *Διὰ Βορυσθένης* dicitur, ultra
 Mæotin paludem, & infra Riphæos montes.
 Cæterum Clima *Διὰ Ρώμης* non eſt in æquali
 cum aliis diſtantia. Nam inter Rhodium &
 Helleſpontium locatur & ab utroque unius
 tantū quadrante horæ diſtat, cum cætera Cli-
 mata dimidiæ horæ intervallo diſjungantur,
 Parallelus hic eſt Ptolemæi undecimus. Memi-
 nit idem Ptolemæus & Clima *Διὰ Βυζαντίου*.
 Sed ob eandem cauſam inter ſeptem Clima
 non numeratur, quia interjectum inter Clima
Δι' Ελληνών & Clima *Διὰ μέσας πόλεις*; tan-
 tundem ab utroque diſtat, horæ nimirum
 quadrante. Hæc eadem ratio facit, ut in ve-
 teri Aſtrologia abſque ulla ratione Clima *Διὰ*
Βαβυλῶν pro ſecundo ſtaſuatur & inter
 Alexandrinum & Rhodium collocetur. Nam
 tametiſi poſſet recte interjici inter hæc duo
 Clima, unius tamen horæ quadrante ab
 utroque ſepar eſſet, cum alia ſeptem, ut di-
 ctum eſt, dimidiæ horæ intercapedine diſ-
 ſideant invicem. At Babylon in eodem
 ferme Parallello eſt cum Rhodo. Sed id ex
 eo factum opinor ut Babylonis Clima pro
 ſecundo numeraretur, quia Chaldæi primi in-
 ventores ſcienciæ ab iſtis *χαλδαϊκῆς* appel-
 latæ unicum illud *κλίμα* noverant, ſub quo
 nimirum & incolebant. Valens nunquam
 aliter Clima appellat quam ex numeri or-
 dina-

dinalis nominibus, primum, secundum, tertium, quartum. Climati διὰ Π'όδου quod est Firmico tertium, proximū & pro quarto addiderunt π' δι' Α'θλωῶν, & pro quinto π' διὰ Π'ώμης, & pro sexto π' δι' Ε'λλησπόντου. Atqui inter Rhodium & Hellespontium Climata dimidiæ tantum horæ intervallum patet, & unius in medio Paralleli locus, cum secundum istam computationem spatium sit duorum: Climatum inter π' διὰ Π'όδου & π' δι' Ε'λλησπόντου, duorum saltem Parallelorū locus, & integræ horæ intercapedo. Non dubium est autem quin ad exactam Thematis cujusque ordinationem & collectionem ratio haberi debeat omnium Parallelorum prout singulæ genituræ illis subjacent. E' contrario in maximo errore versata est antiqua & primatā Ægyptiorum quam Chaldæorum ἡμεθιολογική, quæ unius tantum Climatis situm consideravit in genituris colligendis, hæc Babylonici, illa Ægyptiaci quod postea δι' Α'λεξανδρείας appellatum est. Non minore confidentia hallucinati sunt usque ad Ptolemæum sequentes Astrologi, qui cum septem Climata agnoscerent, ea inæquali inter se spatio distantia posuerunt, cum tamen videri vellent paribus numeris & stadiis debere separari. In tam vitiosis & falsis anaphoricis signorum per singula Climata mensuris mirū est quomodo speraverint se ad verum pervenire posse, cum

tamen inde peterent, totius vitæ substantiam, finem, eventus & actus omnes, ipsosque adeo Climacteres. Magis etiam mirum est post monstratam à Ptolemæo veri viam, & castigatum veterem de anaphoris signorum errorem, perstitisse tamen in ea praxi omnes Astrologos usque ad Constantini tempora, ne inferius descendam. Si Plinio credimus, ætate ejus etiamnum durabat ratio Petosiris & Necephso, quæ ex sola anaphorica signorum mensura vitæ spatium colligebat, & triū signorum anaphoras transcendendi posse negabat. Nonaginta partes dant trium signorum anaphoræ. Unde etiam constat omnia signa in tricenae partes fuisse tum divisa. In Ptolemæi ratione nonaginta partes in tribus signis non possunt reperiri. Videntur tamen & inæqualitates illas in singulis partium numeris redegisse ad æqualitatem tricenarum partium. Nec enim aliter potuissent in colligenda constellatione genituræ, partes signorum & partes partium in quibus locatæ essent stellæ enotare. Porphyrius in Isagoge modum ostendit quo partes inæquales signorum ad æqualitatem reducerent tricenarii numeri. Eum vide. Satis hic est nobis ostendisse quam vana fuerit ars, & veri impotens, quamdiu sequuta est priscam disciplinam inventorum suorum. Nec felicius illi ad verum paruit via etiam post castigatum antiquo-

tiquorum errorem. Non ex Anaphoricis tantum spatii signorum in unoquoque Climate, sed etiam ex periodis planetarum mediis, minimis & magnis tempora vitæ colligebant. Valens ubi notavit Petosirin unius Climatis ἀναφορᾶς observasse, & ejus quod postea primum est factum quando alia sex adjecta fuere, & δι' Ἀλεξανδρείας appellatum, exemplum hoc genituræ refert, sub illo primo Climate, quæ hoc modo disposita fuit. Solem Venerem & Mercurium in Cancro positos habuit, Lunam in Tauro, Saturnum in Piscibus, Jovem & Martem in Leone, Horoscopus in Virgine. In primo hoc Climate Anaphora Virginis annorum est triginta octo, & quatuor mensium. Horoscopus in ea habuit genitus. Anaphora Cancri in eodem Climate annorum est unius ac triginta cum octo mensibus. Colliguntur ex utroque numero anaphorico, anni septuaginta. Undecimus autem ab Horoscopo locus, qui est ἀγαθὴ δαίμων, in eagenitura Cancer fuit qui Mercurii dominiū habuit. Ideo tot annos vixit qui tali Horoscopo natus est. Aliud exemplum affert Thematis in Climate secundo collecti hoc modo. Sol in Tauro tunc fuit, Mercurius in Tauro, Luna in Piscibus, Saturnus in Scorpio. Juppiter Mars & Venus in Ariete, Horoscopus in Geminiis. Anaphora Geminorum in secundo Climate annorum est viginti

octo. Mercurius in Tauro constitutus fuit, Tauri anaphora annis viginti quattuor, Venus in Ariete & Mars, Martis periodus parva annorum est quindecim. Subducatur summa annorum hujus periodi & duarum illarum anaphorarum, fiunt anni sexaginta septem. Obiit qui eam habuit constellationem anno sexagesimo septimo. Eadem ἀσπορίας fuit & alterius genituræ nisi quod Horoscopus sortita est in Capricorno, & Sortem Fortunæ in Piscibus. Anaphora Capricorni secundi Climatis annos habet viginti. Periodus Jovis minimā annorum est duodecim. Et quoniam Aries anaphoram quoque habet viginti annorum in eodem Climate, & Mars periodum quindecim annorum, ex his duabus periodis Jovis & Martis, & duabus anaphoris Arietis & Capricorni facta est vitæ substantia sub illo Horoscopo geniti in annis sexaginta septem. ταῦτα, inquit, ἐβίωσεν. Alibi τὰς ἐξόδους τῶν ἀσπερων & τὰς ἀναφορὰς τῶν ζώδιων spectandas esse præcipit in genituris construendis, vitæ spatio inveniando, & omni vitæ fortuna reperienda, & Climaeteribus indagandis. Ex tribus illis exemplis satis patet qualis fuerit ratio illius temporis & illorum hominum in componendis genituris. Quam diversa hodie μέθοδος utantur judicium facio illorum qui vel à limine salutarunt ineptæ & falsæ scientiæ adyta. Tempus vitæ.

vitæ colligi non posse ex anaphorica signorum mensura planum est, nec vitæ terminum longissimum ex trium signorum anaphoricis annis esse metiendum. Climata inspicienda sunt singula, ut recte colligantur anaphorici illi anni qui vitam omnium sub illo Climate nascentium putantur eodem spatio definire quanto ascenderint ea tria signa. Primum sub uno Climate non est eadem hominum conditio, vivendi ratio, & corporis constitutio. Quæ omnia variantur soli etiam natura & proprietate, non cæli tantum inclinatione, & sic variare quoque possunt vitæ tempus in illis qui in eadem regione habitant, sive Climate. Exemplum capiamus ab eo Climate quod pro primo ex septem ab antiquioribus Mathematicis habitum est, & pro unico à primis artis institutoribus Petrosiri & Necesso. Illud est quod per Alexandriam transit, & ducitur per Cyrenas in Africam Carthagini adjacentem. Secundum artis præcepta hujus Climatis totius hominum eadem debet esse vitæ ratio, corporis habitus, morum & ingenii conditio, vivendi spatium & alia quæ gentes unius Climatis ab alterius Climatis gentibus discernunt. Egyptii tamen, Cyrenenses, & Carthaginenses qui sub hac eadem incolunt cæli inclinatione, moribus inter se, institutis, lingua, filo corporis, & aliis omnibus æque inter se differunt ac si diver-

diversissima & toto orbe divisa Climata habitarent. A solo igitur non à cælo hæc differentia. Nam si sola cæli inclinatio hanc faceret, non differrent homines ejusdem Climatis. At tanta soli diversitas est ubi cælum est idem, ut in Ægypto octimestris partus vitalis sit proprio regionis istius privilegio, qui neque in Africa & Cyrenensi agro, neque alibi vitalis est. Sed de longævitate hic quærimus. Brevior aut longior vita plerumque à professione potius pendet quàm à soli natura vel cæli inclinatione, quamvis & hæc quoque faciant ad vitam producendam aut contrahendam. Non enim negatur homines in quibusdam Climatibus esse *μακροβιώτερος* quàm in aliis. Soli etiam natura & qualitas non parvi ad hoc momenti, quandoquidē in montanis degeneres homines ut plurimum robustiores sunt & vivaciores quàm qui campestria colunt, & hi quàm qui paludosis accubant. Atqui in eadem regione non amplis finibus circumscripta, montana & campestria & paludosa loca inveniuntur, & in his homines pro qualitate loci longiore aut breviori meta vitam trahentes. Cæterum professio, & ipsa vivendi ratio non parvam inducit hujus rei differentiam. Desidiosa vita & in otio traducta sæpe brevior est quàm exercitiis excitata. Quæ tenui victu utitur ad longiorem terminum perducitur quàm quæ in lustris & ganeis

neis degitur. In Ægypto olim viri muliebria officia curabant, mulieres virilia. Nam forum & negotia fœminæ, viri pensâ ibi tractabant, domique residebant. Alii mores aliam vitam plane inducunt, quantum ad mensuram ejus attinet. Mores à temperamento non à cœlo, temperamentum à solo & cœlo. Immo plerunque vel ab ipsa vivendi ratione victuque, quo sæpissime & temperamentum immutatur, quod & mores sequuntur. Nam biliosus qui bilem augmentibus & acrioribus cibis alitur, tanto magis accenditur. Si lenioribus alatur & pituitam generantibus, humor inde bili fervens minuitur ac mitigatur. Ita de aliis. Ex professione interdum minus longævi aut magis existunt. Nam & quædam professiones sunt casibus obnoxie vitam cito finientibus, & qui diversis non ingruunt. In Ægypto populus in tres partes erat tributus, in milites, in agricolas & sacerdotes. *Fera munera militia* exercentes ferrum sæpius tollit, quod rarius metuendum agricolis. Sacerdotum Ægyptiorum & ἱεροποιῶν longitudo vivendi eximia, ex sectæ instituta, & victus ratione quæ sectæ competebar. Hoc notant veteres, non solum Ægypti sacerdotes, sed etiam Assyrios, item Arabes fabularum enarratores, & Indorum Brachmanes, & Magos Persicos quia cogerentur ex professionis voto, tenui & accurata diætâ uti, longævos in primis

primis fuisse. Lucianus in tractatu *Ἐν μακροβίων*. καὶ γὰρ ἡ ὅλα μακροβία διὰ τὴ διαίτην, ὡς περ Αἰγυπτίων οἱ καλέμμοι ἱερογραμματεῖς, Ασυρίων ἡ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶ μύθων, Ἰνδῶν ἡ οἱ καλέμμοι Βραχμᾶνες, αὐτοὶ ἀκρίβως φιλοσοφίᾳ χρυσαῖοντες καὶ οἱ καλέμμοι ἡ μάγοι, καὶ τὸ μανικὸν καὶ θεοῖς ἀσασκείμμοι, καὶ περ Πέρσαις καὶ Πάρθοις καὶ Βάκτροις καὶ Χωροσμίοις καὶ Αρείοις καὶ Σάκταις, καὶ καὶ πολλοῖς ἄλλοις βαρβαρίοις ἑρῶμμοι περ εἰσὶ καὶ πολυχρόνιοι διὰ τὸ μαγόν. Ἀστρομῶμοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. Sed dicent. ab astris professiones etiam fieri cum non modo casus eventaque quæ eveniunt extrinsecus, sed consilia quoque hominum ipsa, & arbitria, & varias voluntates appetitionesque & declinationes, omnesque adeo animorum impetus, agitari & moveri à cœlo desuper censeant. Ab ipso autem animi impetu & appetitu professionem quæcunque quam quis elegerit proficisci certum est. Si hoc ita est, non primario longi aut brevis ævi spatia à stellarum decretis manant, sed à professione, professio autem ab animi impetu & voluntate, voluntas ipsa ab astrorum motu & positu. Quomodo igitur si hæc vera sunt, *Ægyptus*, ut in exemplo hoc maneamus, toties instituta sua mutavit? Antiquissima illa fuerunt quorum paulo ante meminimus de viris domos & pensa curantibus, & mulieribus virilia

lia munera obeuntibus. Quando Christiana facta est, non amplius hos mores tenuit. Postquam Muhamedis legem accepit & ex Arabia incolas, diversos quoque ritus populis suis tradidit. An igitur alia astra tū in Ægyptiaca Sphæra facta sunt, & toties illa mutarunt quoties aliæ consuetudines in eam regionem introductæ sunt? Hoc opinor non dicent, neque si dicant nos auscultabimus. Totas aliquas gentes μακροβίους reddidit aquæ potus, & frugi victus. Inde Seras usque ad trecentos annos vitam extendisse traditum veteribus, quia aquam potarent. ὑδροποτεῖν γὰρ, inquit Lucianus, τὸ ἐθνὸν τῆς πούμπης φασὶ, καὶ Ἀθώτας δὲ μέχρι τετρακοντῶ ἐκατόν ἐτῶν βίου ἐξέρχεται, τῆς μὲν καὶ δίνῃς ἀεὶ χρωμένης. Si aquæ potus facit μακροβίους, vini usus βραχυβίους faciet. Hinc videmus totas hodie gentes quæ vino largius indulgent, minus esse longævas, & in aliis si qui sunt vinosiores. Impera alicui Tabori professori Juris Argentino ut aquam bibat, vel poculis moderatius se proluat, longius vivet, & magis sapiet, eritque vir modestior. Ergo vini vis major est quam stellarum maleficarum & ἀναιρέλικῶν ad vitæ curricula curtanda. Etiam Climacteres varios cyathi profundiores concinnant, & vitæ exitus diversos. Novi hic quattuor homines quos dispari fato par bibendi aviditas merfit. Unus ex his sphacelo & gangræna consumptus est, alter

hectica

hectica febri contabuit, tertius hydrope inflatus sitire desiit, quartus febri continua tostus interiit. Ita diversæ mortes ex iisdem moribus & simili vivendi bibendique instituto factæ sunt. Inclination cæli aliis locis vinum adimit, aliis dat, quia non ubique arbor ex qua legitur potest provenire. Non astrorum virtus hoc præstat nec *φυσική* nec *συγκροτική*. An utraque præstabit ut ubi non nascitur vinum, ibi sint homines ad vini potum propensiores? Mare vinum intulit multis regionibus quæ antea id non noverant, navigiorum nempe facili vectura. Ante naves inventas illæ gentes aquam cogebantur bibere, & proinde longius etiam vivebant. Navium hæc inventio Climactericos peperit qui antea non erant, non solum per vini usum quem invexit, sed etiam per aquæ periculum quæ navigantes multos mari absorbet. Ubi mare non est, neque nautæ ibi sunt, neque quisquam qui vitam in mari finiat. Agricolarum vita ab hoc periculo aliena. Si bellum non esset, neque milites essent, neque tot homines in bello perirent. Ergo vinum, naufragium, militia vitam breviant. Non tamen illa ab astris. Cur enim astra tamdiu in his prodendis cessarunt? Ab initio mundi ea illuxisse mortalibus dubium non est. Vini usus non ante Noacum repertus. Navigare non statim inventum. Militia antiquior navigatione. Non ex una causa fatum venit, & simile

simile quidem pluribus qui diversum habent Horoscopum, & dissimile eandem noctis genituram. Cum navis frangitur, unum fatum involvit diversas vectorum genituras: & cum acie certatur, unâ strages pariter ex utraque parte operit non diverſi tantum Climatis milites, sed diversissima constellatione genitos. At vidi gemellos quorum una erat *ῥέσις*, idemque Horoscopus, facie, statura, colore, moribus, vitæ etiam exitu dispares. Fratres habui tales. Inter utrumque dum nascerentur, vix momenti intervallum fuit. Ita continenter unus post alterum exierunt ut plerumque singuli in limine diutius hæreant. Si differentes sunt geneses & Horoscopi duorum sine mora simul prodeuntiū, multo magis debent videri duæ diversæ unius infantis genituræ, cujus pars corporis jam exiit dum altera hæret in alvi angustiiis. Unius pedes extra specu uteri sæpe prodeunt, capite & cætero corpore intra latebras vulvæ adhuc morante. E contrario multorum caput foras prosilit, pedibus intus remanentibus. Unum igitur corpus sic plures habere potest Horoscopus, ut capitis nimirum, & pectoris, & pedum diversæ sint genituræ, & sua cuiq; fata Nam certum est Iacobum & Esauum geminos celerius ex alvo ambos exiliisse cum sequens præcedentis in nascendo plantam manu teneret, quam multos singulares qui moram in exeundo traxe-

Z z

runt

rant eo quo jam diximus modo. At illi gemini non solum ipsi corpore & animo dissimiles extiterunt, sed etiam duo populi ex uno ventre divisi sunt, moribus & institutis prorsus diversis, & potentia dissimili. Nam alter alteri subiectus est. Ut redeamus ad instituta gentium quæ & jus gentile cujusque nationis constituerunt, unde potest dici varia manasse etiam in vivendi modo & spatio & sine discrimina, non à stellarum decretis & effectibus ea manasse videntur. Nam si hoc esset, semper idem mos in una aliqua gente duraret, quia stellæ eadem hodieque sunt quæ olim fuerunt, & vim eandem quam olim habuerunt, servant. At populorum instituta subinde variant, etiam populis iisdem manentibus. Ægyptiis olim solemne matres filiis nubere, sorores fratribus, filias patribus. Idem & Persis. Neutrum hoc tempore apud utrosque populos licet. An stellæ hanc mutationem fecerunt? Non tamē ipsæ mutatæ sunt. Non igitur aliud nunc decernere possunt in illis populis quam olim fecerunt. Atqui palam est aliud decrevisse. Ergo alia potestate nunc præditæ sunt quam olim. Non sunt itaque singulorum hominum tantum horoscopi sed etiam gentium singularum, quoniam ut hominibus singulis mores ab horoscopante stella assignantur, ita & gentibus. Sed hoc procedere debet secundum Climata, ut nimirum gens talis sub tali

tali cœli inclinatione tales mores & leges habeat, extra hoc Clima non habeat. Atqui Iudæi qui in patria sua manserunt, omnes circumcidi solebant. Nec minus omnes exules Iudæorum qui in diaspora gentium habitabant. Cur igitur Judæis quocunque in loco sedem fixissent stellæ circumcisionis necessitatem imponebant, cujus immunes erant qui Judaicum jus non edidicerant? Inter eos populos qui circumcidi in more habuerunt etiam fuit differentia. Judæi octavo die à natali suo hoc pariebantur, Ismaelitæ decimo tertio. An stellarum conspectus diversum hoc discrimen circumcisionis inter Ismaelitas & Judæos induxerunt? Apud Seres olim neque furari licitum fuit, neque occidere, neque mœchari. Nemo itaque tum, ut auctores tradunt, in tam late extensa regione visebatur homicida, nemo occisus, nemo fur, nulla meretrix, nullus cinædus. Ubi igitur erant stellæ quæ homicidas faciunt, quæ adulteros, quæ cinædos? Sed cinædos tantum ibi ajunt fieri ubi mos est cinædos esse. Quod est ridiculum. Si ex imperio stellarum cinædi fiunt, nemo potest hanc vim evadere. Sol quidem certe non potest ex acuto filice herbam producere, sed nemo est quin cinædus si velit fieri possit. Da stellam quæ virum cogat muliebria pati, non repugnantem habebit materiam. Si Sol fecerit radios in tellurem fecundam, & pluvia

etiam accedat suo tempore, non poterit non gigni herba vel frutex vel arbor ex tali terra. Vir omnis pati potest muliebria. Si stellæ sunt quæ hanc mollietatem hominibus ingenerant, ubique terrarum procreabuntur cinædi, & pæderastæ. Cur igitur nationes hodieque sunt ad hoc vitium magis proclives, aliæ minus, aliæ nullo modo? Notum est de qua dicatur solos presbyteros in ea παιδεργεῖν, in alia solos principes, in alia omnes. An omnes stellæ quæ huic Climati illucent sunt παιδεργεῖναι? Si non sunt omnes, iniquiora huic vitio sidera deberent impedire ne tam passivum in ea regione hoc esset vitium. Sunt populi in novo orbe multi quibus naturale est αἰθρωποφασεῖν. Οὐχ ὁ μὲν ὅς δι' ἃ hoc ibi facit, sed omnes humanas carnes affectant, & gratissimas in cibis habent. Fatum itaque plurimorum est in illis locis & ῥύσις, ut ab homine occidantur & mandantur. In aliis terris ubi hic ferus mos non invaluit, nulla est genitura cui simile fatum ab astris impendeat. Nulla ergo stella est ibi quæ decernat homini ut comedatur ab homine. Soli lupi hoc officium habent. At in illis regionibus ubi homo homini lupo est, nulla stella non est αἰθρωποφασική. Vini cupidos stellæ efficiunt, ubi vinum est scilicet, aut importatum, aut natum, aut factitium. Quid ergo? Vinosæ stellæ virtus cessabit in illis locis quæ vinum prorsus ignorant. Sed
ibi

ibi fortassean pro vino & cervisia, oleum subrogabit stella. Nam in Groenlandia oleum ex piscibus pro gratissimo habent potu, at vinum si forte offeratur gustare non possunt. Adeo à teneris assuescere multum est. An assuetudinē hanc stellæ non habentibus decernunt? Cur igitur iidem stellarum *χηματισμοί* post certa temporum curricula redeuntium non eosdem mores in populis & easdem consuetudines reducant? Cur tot populi ab antiquis recesserunt institutis quæ & nunquam repetituri videntur? Quod ad scientias attinet, quoniam & astra sapientiam censentur hominibus inspirare, quæri potest cur hoc tempore ubi doctrinæ omnes olim floruerunt nunc nulli nascantur sapientes & docti? Non dico jam de Athenis tantum, sed de universa Græcia, Asia minore, & Ægypto quæ omnium artium olim fuere officinæ, nunc sunt armamenta Barbariæ. At ubi Barbaries antiquitus mera fuit, ibi nunc Athenas ipsas Atticas reperias. Ut multæ gentes & civitates feritatem priscam exuerunt, ita è contra plurimæ à pristino decore desciverunt, & *εβαρβαρώθησαν*. Revixerunt in Batavis Phœnices, sollers illud hominū genus, & ad bella pacisque munia eximium, litteris, artibus & mercaturis celeberrimum, quibus pronum maria navibus adire, classe configere, imperare gentibus, ut de his dicit Mela. Nec mi-

nus hæc nostris hodie conveniunt. Tot in gentibus morum & institutorum de bono in pejus, de malo in melius mutationes singulorum etiam fata mutaverunt, & geneses alias fecerunt & Climacteres diversos, ævumque brevius aut productius. Ordo quippe vitæ novatur cum moribus & tota vivendi ratio invertitur. Unde nova illa morborum genera antiquis ignorata Medicis, quibus humanum hodie genus vexatur? An à stellis? Cum Indiæ mercibus ad nos invec̃ta sunt, & nomen invenerunt à populis per quos transierunt, & in quos influxerunt. Quæ dicantur hodie *variola* & *morbilli*, *Rubiolas* nos vocamus, non nemo credit hodiernorum Medicorum antiquo ævo fuisse incognitas. Sed Valens inter Climacteres puerilis ætatis & morbos qui eos faciunt, aut frequentem puerorum *αἰρίρεσιν*, ἐξανθήματα ponit, & ὀκζέματα. Illa respondent *Rubiolis* sive *Morbillis*, hæc *Variolis*. Aëcius Amidenus utriusque morbi meminit, lib. III. Ε'ξανθήματα παιδῶν appellat, ut hinc sciamus hoc puerorum peculiare esse malum, quo cutis eorum colore rubro tota quasi efflorescit, quem Græci αἰθινὸν & αἰθινὸν χρώμα vocitant. His jungit Φλυκταῖνας καὶ καύθυρες ἑλκη καὶ τινὲς φάρια μαμόμια, quæ sunt *Variola* nostræ, tubera, vel ulcera in lucentes & pyidas pustulas surgentia. Βεβαρικὰ ἑλκη ea veteres nominabant,

bant, quia urbi Bubasti Ægyptiæ familiaris hic morbus. Enimvero certa loca magis infestat quam alia. Est ubi puerorum speciatim pestis est, grandiores raro imperens & non nisi semel in vita, ut in Galliis. In his regionibus quotannis fervet, nec pueros tantum tollit, sed etiam provectioris ætatis homines, etiam sexagenarios. Bis quoque aut ter eundem repetit sæpe. In Græcia non adeo frequens. Ideo antiquiores Medici vix ejus mentionem faciunt. Hodie, & in hac Europæ parte multa millia puerorum intra annum unum sæpe demetit. Nugantur Medici qui reliquias esse menstrui sanguinis ex utero reservati & hoc modo effervescentis in cutis superficiem, sibi persuasere. Aërius $\mu\omicron\chi\theta\eta\varsigma\tilde{\alpha}\tau\epsilon\phi\tilde{\eta}$ puerorum hujus causam imputat. Certum est $\theta\pi\alpha\delta\eta\mu\omicron\varsigma$ esse $\pi\acute{\alpha}\delta\theta$ & Climatum quorundam magis peculiare, & per contagionem se communicans pestilentiz instar. Ελεφαντίασις & ὕδροφοβία notarunt antiqui quando inceperint. Circa Asclepiadis Medici ætatem primum erupisse priorē tradit Plutarchus lib. viii. *Symposiacōn*. Plinius lib. xxvi. cap. i. ait *Elephantiasin in Italia non accidisse ante Pompei Magni ætatem*. Hæc ætas fuit Asclepiadis Medici. Addit Ægypti peculiare esse hoc malum. Certe & Variolæ, sive $\epsilon\kappa\zeta\epsilon\mu\alpha\tau\epsilon$ puerorum inde venerunt, ut ex India quas ad distinctionem parvarum, *magnas* indige-

ramus. Lues est Veneria sive morbus Gallicus. Subjungit ibidem idem auctor *hunc morbum celeriter in Italia restinctum esse*. Hæc Elephantiasis lepra est vulgaris. Quæ & ipsa nunc desinit, cum antea apud nos frequentius grassaretur. Nulla enim fere urbs fuit quin loca haberet destinata eorum qui hoc malo laborarent procurationi, redditibus ex publico fundata. Hæc olim cum essent frequentata, hodie fere ubique deserta reperiuntur. Ideo aliorum pauperum aut ægrotorum sustentationi & curæ nunc deputantur. *Væleudinaria* vulgo vocantur. Narrat idem Plinius eodem loco novum morbum in Italiam irrepsisse Tiberii Cæsaris principatur, antea incognitum, *Lichenas* Græco vocabulo nominabant, Latino *Mentagram*, quia *mentum* in multis occupabat, in aliis totos utique vultus, oculis tantum immunibus, descendente vero & in colla pectusque ac manus sædo cutis fursure. *Non fuerat*, inquit, *hac lues apud maiores patresque nostros*. Quidam Perusinus eques, Scriba Quæstorius, cum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus importavit. Hoc etiam malum Ægypti præcipue peculiare fuisse ibidem innuit, ubi perhibet *advenisse tum ex Ægypto genitrice talium vitiorum Medicos, hanc solum operam afferentes, magna sua prada*. Ægyptiaci cæli hæc tria *παθήματα* fuere propria, *ἐλεφαντίασις, ἐκζέματα* puerorum, & *Liche-*

chenes, sive Mentagra. An Ægyptiaci Climatistellæ hoc effecerunt, ideo & reliquæ provinciæ horum vitiorum diu mansere immunes? Sed cur postea alio importata hæc mala? An stellæ etiam maleficæ illorum locorum quibus istæ lues postmodum irrepsere, in causa fuerunt cur eo importarentur? Sed cur illo demum tempore? Cur antea iners jacuit earum maleficium? Cur etiam, ubi sævire cœpisset & aliquamdiu regnasset, postea destitit? Non solum Clima horum morborum causa est & origo, sed victus magis. Nam si in Climate solo causa esset, vix in alias regiones transferri posset, & ibi durare. Victus igitur ratio in plurimis locis quosdam morbos ut ibi sint familiares præstat. Quod ita esse vel inde colligitur quod in Ægypto hodie hæc vitia non grassantur, ut olim factum. Mutata nempe vivendi ratione etiam istæ passiones recesserunt. At si à stellarum decreto penderent hodie quoque ista πάθη in illis locis vigerent. Antiqui Ægyptii multo pane vescabantur, leguminibus, ut lente faba & aliis, pulcris genere ἀΐαρες vocatæ, salsamentis plurimis. Hesychius, ἀΐαρες βρώμα διὰ πυρῶν ἐ γάλακτος ἐψημμένον παρ' Αἰγυπτίοις. Alii ἀΐαρεν appellant. Præterea aquam ex Nilo sua bibebant turbidam & limosam, quæ, teste Hirtio de bello Alexandrino, multos variosque morbos efficiebat. *Aqua, inquit, quæ*

flumine Nilo fertur, adeo est limosa ac turbida ut multos varioque morbos efficiat; sed ea plebes multo-
 tudoque contenta est, propterea quod fons urbe tota nullus est. Non igitur mirum, si ita vescentibus & bibentibus Aegyptiis plures morbi fuere quasi *συγενῆς*, aliis terris incogniti. Ita *Scorbutus* in his provinciis inorbum est frequens & fortasse can novus, nam qui *σκελοτύρβην* veterum esse volunt, falli puto. Ex salsamentorum nimio usu contrahitur, & propterea timendus non est illis locis ubi sal nimis salsus est, id est nimis caro venditur, & ad quæ nulla salsamenta invehuntur aliunde. Cervisæ etiam potus alios generat morbos in illis qui eo utuntur quam qui vinum bibunt. Obstructiones quippe parit, & ex obstructionibus omne malum in corpore. Viscosos enim & crassos humores facit. Alia etiam valetudo est eorum qui vino diluto utuntur, qui meraco, qui nimio, & qui prorsus *ὑδροποτῆσι*. Morbus igitur & sanitas præcipue à victu pendent. Inde *Climacteres* & morbi *Climacterici*. Inde brevior longiorque vitæ meta, non à stellis, nec à stellarum conspectibus & *ἀστροποιῆσι*. Vidi ipse cum ignorarent Parisienses Medici qualis esset morbus, qui *Pictavica Colica* nomen habet. Intra illam provinciam antea continebatur & aliquot vicinas, ut *Aremoricam*. Nam & *Colica* etiâ *Brittonica* dicitur. Primus ipse eo laborare cum

cœ-

cœpisssem Lufetizæ, & novem Medici me inviserent, nullus ex his potuit causam morbi quo ægrotarem ex symptomatis conjectari, neque nomen ipsius dicere. Variabant omnes sententiis. Unus tandem post omnes ab amico ad me adductus est, Pictaviensis Cardinalis Ricelii Medicus Citellus, qui statim ubi me vidit, Colicam Pictavicam esse pronuntiavit, & me ita curavit ut paucas intra septimanas sanitati pristinz restituerit, incurabilem aliis futurum. Eam bilis facit è vasis *χοληδόχου* effusa inter intestina, & dolores interabiles creans. Ille annus mihi fuit ob hunc morbum Climactericus, qui & Anæreticus fuisset, nisi Medicum illum mihi Deus ostendisset. Ab eo tempore plures vexavit in eadem urbe, Scribit Plinius Tiberii Cæsaris principatu, *irrepisse colum*. Idipsum, inquit, *mirabile, alios morbos desinere in nobis, alios durare, sicuti Colum*. Tiberii Cæsaris principatu *irrepsit id malum*. Nec quisquam prior Imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage cum edicto ejus excusante *valesudinem*, legeret nomen incognitum. Melius fortasse legeretur, sicuti *colum*, hoc est *κολῆ* sive *coli*. Alias *Colum* hic vocasset morbum *κολικόν*, ut *guttur* dicitur, *goetire*, id malum quo gutturosi fiunt. Mirum igitur in Italia ante Tiberium τὸ *κολικόν πάθος* incognitum non fuisse, & primum Tiberium Cæsarem eo tentatum. Discant & ex me hic Medicorum filii, non esse

esse κωλον illud intestinum quod vulgo sic vocitant, sed κελόν, & κελικῶν inde appellandam non κωλικῶν, nec κωλικὰ φάρμακα vel κωλικὰ ἀντηδότες quæ ad sedandum Coli dolorem comparatæ sunt, sed κελικὰ. Hoc vel unicus locus ex Andromachi senioris Theriaca ostendit:

Ἦ ὅτ' ἐνὶ σροφάλιγι δυσπνέει κυμλιώθεν

Ἐντερον, ἡ παναῖ σφυγμὸς ἔχῃ σε κελῶ.

Alii poetæ passim primam in ea voce breviant. Sed hæc obiter. Sunt & nonnulli morbi Climatum certorum proprii qui ad alia non transcunt, ut ille quem memorabat Agatharchides circa mare rubrū. Eo correptis hominibus extrahebātur è musculis bracchiorum & surarum exigui serpentes, qui maximos in illis locis cruciatus pariebant. Hodiernæ novi orbis navigationes hoc nobis confirmarunt. Sic priusquam lues Veneria ex India ad nos allata esset, poterat dici æterius orbis esse pestem. Cum centum ab hinc annis tot capita orco demiserit, & omnibus retro sæculis vel à Mundi conditu hoc malo nemo in Europa nec Asia nec Africa mortuus sit aut laborarit, si stellæ istud immittunt dicendum est, novas exortas esse stellas quibus hoc ἀποτέλεσμα tribuī debeat. Nam veteres nihil tale unquam effecerunt. Sunt & morbi certarum ætatum peculiare & certarum tēpestatum. Suos habet puerilis ætas, & suos

verna

verna tempestas , adolescentia & virilis fer-
 vor cum æstate pariter suis morbis confi-
 ctantur , ut & seniores & decrepti si cum au-
 tumno & hieme conferantur , videbimus ha-
 rum ætatum & harum anni tempestatum egri-
 tudines peculiare esse quæ raro aliis tempo-
 ribus accidant , aut aliis quam qui in eo æta-
 tis gradu constiterunt. *Εκζηματα* illa & *ἱζαν-
 θματα* de quibus supra diximus multis in locis
 pueris tantum molesta sunt Ultra trigessimum
 quintum annū rarū est ut quis phrasi laboret.
 Ita de aliis. Hoc non fieret si stellæ inter se
 variis aspectibus configuratæ valetudines om-
 nis generis humano corpori infunderent.
 Nam eodem tempore omnis ætas & sexus
 eodem modo iisdem morbis corripereetur.
 Hoc etiam contingit, sed in Epidemiis morbis
 qui ex corrupto aeris tractu veniunt & per
 contactum se communicant. Cæterum vel sta-
 tæ illæ febres quarum accessiones certis tem-
 poribus recurrunt , non eo modo in omni-
 bus sæviunt. Aliæ sunt exactæ tertianæ , aliæ
 minus exactæ. In accessionibus etiam ma-
 gna differentia , quod ad rigoris vim & du-
 rationem attinet , in aliis remissioris , in aliis
 violentioris , quæ nulla foret si stellarum de-
 creto talis febris immitteretur. Humorum
 qualitas quæ pro subiectis variat , efficit ut
 eadem febris vel quartana, vel tertiana, vel he-
 mitritæa vel continua , alios lenius habeat,
 alios

alios inclementius. Quia omnes qui vino liberalius indulgent, & ex eo in morbos incidunt letales non ejusdem sunt temperamenti, ideo fit ut alium hydrops inflet, alium torreat *πυρ*⊙, alium emaciet phthisis vel hectica, alium sphacelus sideret. Una causa est harum omnium malorum vinum. Cum vi aliqua eliditur anima, eodem modo jugulatur homo & pecus, aqua suffocatur, reſte ſtrangulatur. Si aſtrorum violentia & malefica viſ homines necaret, eorum necem eodem modo perficeret ut ferrum facit. Ponamus febrem continuam quaſi instrumentum eſſe malevolarum ſtellarum ad homines tollendos, eadem ſymptomata eſſent in omnibus, quos hæc ratio interimit ſi à ſtella venirent, & idem exitus omnium. At videmus eodem morbo alios diutius trahi, alios citius extingui, alios etiam evadere. Non poteſt autem dici unius ſtellæ tam diverſas eſſe poteſtates, ut in uno homine aliam oſtendat, in altero aliam, & in pluribus totidem differentes quot ſunt unius mali formæ diſſimiles, prout temperamentiſ variant homines varii. Si quis ardentem febrim & cito ſublaturam ex nimio Solis caumate contraxerit, Sol quidem cauſa morbi eſt per calorem qui plerunque intolerandus eſt, præcipue ſi capiti nudo & infirmo radios diu inſligat, ſed nulla malefica ſtellarum irradiatio operam ſuam ad id confert.

fert. Dicunt à genesi hoc ipsam decerni, nam dispositio quæ fuerit in illa hora stellarum id efficere ut aliquis hoc vel hoc anno sole sub ardenti capite nudo diu ambulet, in *πρώταια* ex eo incidat ac sic moriatur. Audis illos, sed quæro interim cur Thema decubitus in singulis ægris colligant ut inde divinent utrum morbus mortifer sit futurus, an æger inde evasurus? Ab una genesi & horæ natalis inspectione cum fatū totius vitæ pendeat, morbi omnes & ipsa mors, ex uno illo mōmēto sciri potest, si certa est hæc scientia, quando quis morbo jacere cœpit, utrum decretorius sit, an *παροδύς*. Non opus igitur tantopere laborare in hora decubitus exploranda qualem positum stellarum habeat, cum prima genialis id docere queat. Malevolum si-
 dus quod efficit ut hic decubitus sit mihi letalis, non à se hoc præstat sed ex vi decreti illius sideris, quod nātivitatis, ut loquuntur, tempore *ὡρονομίῳ* habui. Cur igitur ad singulos morbos, & ad omnes decubitus sollicitè inquirent qualis cœli sit facies, ut de exitu ejus pronuntient? Cur ad singulos actus antiqui Mathematici consulebantur, utrum id quod tūm inciperetur rectè processurū esset, an non? Una genesis ad omnes actus, eventus, casus, negotia sufficit, siquidem certo ex illa prænosci potest ac prædici quid toto deinde vitæ tempore cuique sit eventurum usque ad ultimum diem.

diem. Si ad omnia quæ quisque agere vult, cæli plagæ rimandæ sunt, quid necesse est genituræ Thema ponere? Immo hoc superfluum, si inquisitio fieri debeat stellarum in omnire & negotio quod quis aggreditur, & in omni morbo quo decumbit. Totidem sunt itaque geneses quot actiones, quæ nihil aliud adstruunt quam inconstantiam & vanitatem artis, non semel veracis nisi per omnia vitæ momenta in consilium adhibeatur. Cum decernit Horoscopus, quot filios sim habiturus, simul etiam decreto suo adjiciet, quales. Ergo & quomodo victuri, & quando morituri. Patris igitur mei genitura bene collecta sufficiet, ut de mea quoque constet. Immo & mea patri pariter proderit. Nam & ad meæ *ῥώσεως κλήρον* pertinet, quales parentes sim habiturus, inopes an divites, bonos an malos, longævus an brevis ævi, quo fato perituros. Ante quam morbus Gallicus in Europa notus esset, nemo Mathematicus poterat dicere hunc vel illum eo morbo moriturum vel egrotaturum. Postquam cœpit esse, etiam ad stellas vis ejus efficiendi translata est, cum antea eam non haberent. E solo itaque ad cælum transiit *ὑποτελεσματική* potestas luis veneriæ quam per tot sæcula à mundi usque primordiis, & à conditu suo stellæ ignorarunt. Hodie in Italia nemo Mathematicus potest cuiquam promittere ex genesi sua cen-

tum

tum & triginta vitæ annos. Olim plerique in eo tractu usq; ad centesimum ac quinquagesimum vivere. Virtus igitur illa stellarum in hoc orbe nunc deperiit, & nova iisdem accessit, novorum morborum decernendorum, qua antiquitus carebant. Mathematici veteres in septem Climata totum orbem divisum esse statuebant. Bardisanes, οἱ ἡ ἀστρονόμοι τὴν γλῶσσαν ταύτην φασὶ μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα. Doctum jam in superioribus, primum illorum septem Climates ad meridiem fuisse τὸ δὲ Ἀλεξανδρείας. Ab eo Climate ad Æquinoctialem circulū sive Æquatorē, ut hodie vocant, Ptolemæus septem alios parallelōs percensuit, & in his duo Climata indicta priscis Mathematicis, τὸ διὰ Συήνης, & τὸ διὰ Μερύης. Pro diversitate horum Climates ostendimus diversos mores, ritus, habitus, victus, vitas, morbos incolentium fuisse. Nec tantum eas differentias constare per singula Climata, sed etiam per varias regiones ejusdem Climates. Tota Climata plerunq; μακρόβια esse, alia βραχύβια. In eodē tractu hoc etiam discrimen in diversis populis qui eum habitant inveniri. In uno quippe populo, ut non eadem omnium conditio & ratio vivendi, ita nec eadem moriendi fors. Inter μακροβίους plures aliquamulti reperiuntur quibus vita brevis data est. Et in Climate vel regione hominum diu viventium non raro longævi aliqui visuntur. Si ab astris pen-

det longævitæ singulorum etiam totius Clima-
 tis μακροβιότης his accepta ferenda est. At
 non potest hoc verum videri, neq; ergo illud.
 Mutata victus ratio in populo universo sæpe
 longævos reddit ex βεραχυβίοις, & contra. In-
 terdum cloaca una repurgata vel sublata, vel
 vivo immisso flumine pro aqua deside curren-
 tem accipiens locum salubrem ex pestilenti
 constituit. Plerumque situs oppidi translatus,
 & quattuor tantum millium spatio mari pro-
 prius admotus salubritate morbosum statum
 mutavit, ut de Salapia oppido narrat Vitru-
 vius lib. 1. cap. 1v. Id antea ejusmodi locis ita
 fuerat conditum ut incolæ quotannis ægro-
 tando laborarent. Postea cum petiissent ab
 senatu ac à populo Romano ut liceret trans-
 ferre oppidum, secundum mare loco salubri
 illud posuerunt, & lacum in mare aperuerunt,
 & portum à lacu perfecerunt, atque exinde
 loco sano habitare cœperunt. Multa sane sunt
 quæ efficiunt ut sub eadem cœli inclinatio-
 ne varietas magna sit locorum salubrium &
 insalubrium. Si ager arenosus sit, longe
 ibi majores per æstum perferuntur ab inco-
 lis calores, quam si terreus esset, eodem
 solo, cœlo & Sole. Montuosa loca multum
 differunt à planis, & nemorosa à nudis & per-
 inde ut humilioribus aut altioribus monti-
 bus assurgunt, magisque aut minus sylvis ve-
 stita sunt, frigus aut calorem aeri majorem

aut

aut minorem conciliant. Nives in montosis & nemorosis diutius morantur, celerius in planis dilabuntur & nudis. Non omnia lacustria & paludosa loca insalubria habentur. Notant veteres Altinū in Italia, Ravennam, Aquileiam paludibus proxima fuisse, quæ tamen incredibili salubritate fruebantur. Id contingit in iis paludibus quæ fossis ductis aquæ exitum ad litus maris habere possunt. Nam & ex mari tempestatibus aucto redundat aqua in paludes amara quæ palustrium animalium genera necat, & motione continua non patitur aquas stagnantes putrescere. Ubi vero paludes residem habent aquam, & nullos exitus profluentes neque per flumina neque per fossas, stando facile putrorem concipiunt, & humores graves & pestilentes emittunt. Qua in urbe multitudo est canalium ejusmodi aqua quiescente repletorum, salubritas ibi aeris non potest esse, minorque longe est quam illius loci in quo ejusmodi aquæ stantis & putrescentis non tot dogæ fuerint, ac ductus. Ea ratio facit ut Haga, quæ ab hac urbe trium tantum horarum distat itinere, quæque idem terrenum & idem cælum habet, longe videatur salubrior. Nam & Epidemici morbi minus frequenter in eo loco sæviunt & mitius grassantur si quando accidunt. Quod igitur totæ gentes & genera universa *μακροβιῶντες* reperiuntur, id certum est accidere ut anti-

qui Philosophi observarunt, aut *Διὰ τὴν γῆν καὶ τὴν αἴερα*, aut *Διὰ τὴν διαίτην*, aut *δι' ἀμφοῖν*. Non solum ergo aer hoc præstat, sive cœli inclinatio, sed etiam ipsa terra, ut jam diximus. Nam & ipse aer in optima cœli inclinatione & ad salubritatem & longævitatē comparata, immutatur atq; inficitur vaporibus è terra exhalatis. Ubi optimæ aquæ, vivæ & currentes, nec ulla morriferā qualitate infectæ, ibi ut plurimum aer quoque solet esse melior ac salubrior. Arenosum solum ac sterile & siccum aëris quoque subtilitatem majorem facit, ut & pingue & humidum, crassior ut sit aer præstat. Talis fuit Bœotia, ut in Attica tenuis & subtilis. Climata *μακροβίων* plura fuere tam in nostro orbe quam in altero. Apolloniæ in Macedonia incolæ dicebantur *μακροβίοι*, quia diutius viverent quam alii. Hiberniæ populi etiam hodieque *μακροβίοι*. Usque ad annos centenos ac videnos vivūt. In Taprobane insula longævi esse homines hoc quoque tempore memorantur. *Ceilan* hoc tempore vocatur. Artemidorus in ea insula longissimam vitam scripsit sine ullo corporis languore traduci. Ergo quod nunc sunt, fuere & olim. Usque ad annos centenos ac tricenos vitam protrahunt. Etiam in Japonia. Seres usque ad trecentos annos durare traditum veteribus, qui Japoniæ vicini sunt. Fuere & Æthiopes *Μακροβίου* proprio inde nomine sic vocari auctore

ctore Plinio & aliis. Fuere Indi hoc nomine, quos alii *Gymnetas* appellabant. Gens in eadem India fuit, *Pandora*, in convallibus sita, de qua scriptum reliquit Ctesias, annos eam ducentos vivere, ut apud Plinium legitur. Contra alii his Macrobiis juncti quadragenos non excedebant annos. Horum fœminæ septimo ætatis anno pariebant. Adeo parvæ rei discrimen & loci, longævus à vitæ brevis hominibus diducit. In Calingis ejusdē Indiæ genere fœminæ quinquennes concipiunt, quæ octavū ætatis annum non excedunt. Athoi montis incolæ etiam vivacissimi perhibentur fuisse. Mutianus auctor Latinus teste Plinio scripsit, *in Tmolî montis cacumine quod vocant Tempſin homines centum quinquaginta annos vivere*. Etiam victus ratio multum confert ad hoc ut longa vita vel brevis traducatur, in gentibus vel generibus totis. *Δίαιταν* appellant Græci. In potu & esu consistit. Ad potum quod attinet, triplicem ejus statuunt differentiam. *οἱ μὲν*, inquiunt, *ὕδροποτῶσιν*, *οἱ δὲ οἰνοποτῶσιν*, *οἱ δὲ σίκερα πίνευσιν*. Alii aqua potores sunt, alii vini, alii ficera. Omnes potus facticii hoc nomine intelliguntur. Debuissent addere, *οἱ δὲ ἐλαιοποτῶσιν*, & *οἱ δὲ ὀρόποτῶσι*. Oleum bibunt Groenlandiæ populi expiscium arvina factū. Serum lactis potant multi in his terris rustici. Lac ipsum cum sanguine equino mixtum Massa-

getæ & Hunni ac Tartari. Indiæ quosdam populos expressum ex Saccharina harundine succum bibebant. Lucanus:

Quique bibunt tenera dulces ab harundine succos.

Μακροβιωτέες esse gentes quæ aquam solam biberent, observatum veteribus. Qualis aqua bibatur etiam plurimum refert, & quale vinum. Aquæ quædam gutturosos faciunt, ut in Alpinis populis. Aliæ torminosos, aliæ podagrosos, ut Træzene. In ea civitate, ut tradit Vitruvius, aut omnes aut maxima ex parte pedibus erant vitiosi. Non persequar pluribus aquarum differentes proprietates. Non enim hoc agimus. Ad esum quod attinet, maxima populorum in eo differentia, est τρεωφάγων, ἰχθυοφάγων, & πυροφάγων, πολλοφάγων. Pultiphagi olim Romani & Africani, tyrophagi hodie Hollandi, carnivori Angli. Sunt & λαχανοφάγοι plurimi, ut hoc tempore Itali. Magis tenuis victus ex oleribus, ideo etiā magis conducit ad longam vitam & sanitatem. Γαλακτοφάγες etiam novere veteres. Tales Abios describit populos Homerus. Helvetii hodie ut plurimum γαλακτοφάγοι. Fuere & μελιτοφάγοι quidam qui solo melle vescerentur. Omittam alia genera pabulorum. Ex carnivoris alii tostas edunt, alii crudas, ut plerique Barbari, quibus etiam suaves sunt humanæ carnes. Sed διαίτα sola parum facit, nisi etiam aer & regio

gio adjuvet. Ideo addunt veteres non solum μακρόβια γῆν & ἔθνη fieri καὶ διαίταν, ἢ αἶερα, sed etiam κατ' ἀμφω. Utrumque concurrere oportet. Quid enim juvabit exacta utentem diæta in loco pestilenti? Aut quid locus salubris proderit sanitatem captranti & longævum vitæ tempus, si delectum ciborum non habeat, & pessimis ultra satietatem vesci semper soleat? Qui sobrie vixerit in loco salubri, is ad longos annos vitam poterit perducere. Alterutrum tamen etiam per se plus facit quam si neutrum quis adeptus sit. In regione parum salubri parum sobrie vivens, spem longioris vitæ frustra concipiet. Cum hæc ita sint, tamen certum est quod antiqui Philosophi tradiderunt, καὶ πᾶσαι τὴ γλῶττι καὶ καὶ πάντα τὰ αἶερα μακρόβιοι γέγονασιν ἄνδρες οἱ γυμνασίους τοῖς προσηύχουσιν καὶ Ἀρείτῃ τῇ ὑπηρεσίᾳ πρὸς ὑγίαν χροῖον. In omni loco & in omni aere longavi existunt homines, qui exercitiis convenientibus & victu ad sanitatem accommodato usi fuerint. Inter Sybaritas pone Pythagoreū aliquem, vel in Corsicam relega Senecam aliquem, non hic sentiet aeris & loci vitium, nec ille sanitati suæ ex eorum luxu quidquam incommodi vel noxæ trahet. Socrates in maxima peste quæ Athenas depopulabatur sese immunem mali præstitit, sola victus tenuitate. Nostro ævo Ludovicus Cornarius, nobilis Venetus, circa annum vitæ

quadragésimum, cum adeo esset deploratæ valetudinis ut non diu victurus crederetur, exactissima diætâ & ad pondus semper observata obtinuit ut Medicos suos sepeliret omnes, & ultra octogésimum annum vitam extaheret. Hæc plane ars est diu vivendi, ex qua faber quisque esse suæ vitæ dici potest. Plustamen posse puto ipsam naturam ad longævitatē, quam aliud quidquam. De qua nihil dixisse veteres illos miror, qui solam *γλῶ* & *ἀίεσις*, & *διαίτην*, vel *ἀμφο* nominarunt. Hactenus ars prædest & potest, ut promoveat vim insitam, vel naturæ imbecillitatem firmet & provehat eo usq; quo non perveniret si sola per se pergeret. Qui dispensat & reperat lucernæ suæ filum, nec eam vento exponit aut pluviae, nec frequenter motitat, hoc illi præstat, ut diutius vivat lucendo quam si eam sineret sine cura sua sponte senescere, & usque ad extremum crepitum venire. Sed sedulitate sua & diligentia nunquam efficiet ut talis lucerna æquali duret tempore cum illa cui duplo longius dederit ellychnion & duplam olei quantitatem infuderit. Ludovicus ille Cornarus cum illa sua statica nunquam potuisset vitam producere usque ad centum & quinquaginta annos, ut Anglus ille de quo ante diximus. Scribit Plinius ex Murtiano, T. Fullonium Bononiensem Claudii censura censum esse cum annum centésimum

mum & quinquagesimum ageret, lib. VII.
 cap. XLVIII. de longissimis vitæ spatiis. Ille
 Anglus nulla arte adhibita, nullo ponderis ci-
 borum & potus examine, lacte & caseo vi-
 ctitans tamdiu perennavit. Non aeris nec
 loci beneficio hoc consequutus est. Nam
 nemo in illa regione sic vivax fuit. Non pe-
 culiaris & propria vivendi ratio hoc illi dedit.
 Quippe communem eam habuit cum mul-
 tis ejusdem insulæ. Non ex traduce adeo ex-
 tenti spatii vitam traxit. Non enim pater ejus
 aut mater ad hunc usque terminum pervene-
 runt. Non astra tam extraordinariam ei vi-
 vendi metam decreverunt, cum artis peri-
 ti pro certo tradant non posse decerni cen-
 tenos & videnos excedentem annos. Unde
 igitur adeo profusam hausit ævi mensuram?
 Ex seminis qualitate. Nonne videmus, ex plu-
 ribus granis vel seminibus frumenti in terram
 jactis cum plures surgunt æqualis procerita-
 tis aristæ, sæpe unam eminere supra reliquas
 omnes, vivaciorem & firmiorem cæteris?
 Quia nempe tale semen fuit, firmitus, den-
 sius, & majus reliquis. Certe ut ex robustis
 robusti, ex infirmis infirmi nascuntur, ita &
 longævi ex longævis. Vidimus sæpenume-
 ro & observavimus, in multis familiis per lon-
 gam successionem patrum vitam filios ex-
 æquare, & in natos natorum eandem μα-
 κροβίτην propagari. E' contrario brevis

xvi nepotes ab avis atavisque similibus procreari solitos. *Fortes creantur*, ut ait poeta, *fortibus*, & *in bonis juvenis & equis patrum virtus*, redditur. Bonum semen in bonam terram conjectum, non potest mala marborem gignere. Virile semen viri ætate firmati, robusti & sani, effusum ea copia qua oportet, atque ea qualitate, exceptum locis fœminæ maturæ, robustæ & sanæ sobolem dabit similem, & præterea vivacem. Perinde ut compositio est cujusque rei, ita & dissolutio ejus facilis aut difficilis. Quæ firmitus compacta sunt ægrius solvuntur, & durant diutius. Imbecilliora tam externis quam internis noxis magis obnoxia videntur ac citius intereunt. Robustiores itaque ut plurimum vivaciores & magis longævi. Tales ex robustiorum semine nascuntur. Semen fluidum, aqueum, & minore quam convenit quantitate emissum, prolem dabit infirmam, delicatam, nec diuturnam. An hos vel illos dicent ex siderum ordinatione ita formari? Non ego credulus dicentibus. Sed imbecilli, inquit, plerumque ex robustis & contra. Sane si vir robusti corporis eo tempore quo ebrius est aut æger, aut lassitudine confectus, aut negotiis gravibus distractus ad liberos procreandos accesserit, infirmos, debiles & morbosos ut plurimum generat. E' contrario si corpore alias invalidus sed bene sanus, &

orio-

otiosus, & nihil nisi libidinem cogitans, ad hoc opus se contulerit, totumque se huic actui bona fide impenderit, melius ipsi succedet quod inde nasciturum erit, quam valentiori sires alias egerit dum hoc agit. Hæc ratio facit ut litterati homines & studiis suis immerfi ineptos plerumque sibi que dissimiles gignant, quia distractis spiritibus & cogitatione alio intena huic operi dant operam. Hinc etiam veritas constat proverbio veteri, quo dicitur *Heroum filios esse noxas*. Quia nempe Heroes illi dum toti non sunt rei quam agunt, sed in grandioribus magisque seriis occupatum habent animum, vegeto vividoque spiritu animatum semen non profundunt. At evenit sæpius ut vibices & carcinomata, pestesque humani generis vel de honestamenta, ob contrariam causam heroicæ virtutis natos de se dent. Non alia causâ refertur cur qui furtivo coitu concepti sunt plus animo & corpore sæpe valeant, quam legitima venere nati. Languidior hæc enim solet esse quæ ex licito sumitur, quam quæ furtim rapitur. Ideo volebant Lacones ut mariti cum uxoribus suis non nisi clam, & raptim concumberent, sic enim robustiores & animosiores fœtus inde prodituros. Nihil horum potentiz astrorum potest aut debet adscribi, quæ causas habent suas naturales. Sed de longævitae hic agimus. Opor-

ret

ret sane eximiam fuisse feminis omnibus suis numeris perfecti bonitatem quo formatus est ille Anglus, cui vita producta est ad centesimum & quinquagesimum usque annum. Nulla ars aut diæta quantumlibet accurata eo usque eam perferre potuisset. Plures alios ætas nostra aut patrum novit ultra legitimum grandævus, quos liquet hoc semini unde procreati sunt debuisse, non alii causæ, nec astrorum apotelesmatis. Vidi procuratorem in curia suprema Divionensi nomine *Bernarium*, qui ultra centum annos vixit, & communem tamen orbitam vivendi trivit. Rusticum avi mei viderunt, cujus nepotes adhuc in vivis sunt in quodam pago territorii Belnenſis, qui centum ac viginti annos explevit, nec aliter vixit quam rustici alii solent. Possem plura talia exempla memorare *μακρογύνων* ex his etiam regionibus petita, quæ omnia evincunt ut credamus vera esse quæ prodita sunt veterum monumentis de quorundam hominum ævo longissimo. Ejusmodi multa leguntur apud Plinium lib. VII, cap. XLVIII. ex variis auctoribus sumpta, ut de Arganthonio Tartessiorum rege, cui CL. annos vitæ tribuit Anacreon. De Cinyra Cypriorum, qui CLX. vixit. de Ægymio qui CC. de Epimenide Cnossio, qui CLVIII. De Epiorum gente in Ætolia, qui CC. annos explebant, Hællanico teste. Cui adstipulabatur

Da-

Damastes memoratus, Pictoriū ex his, vel Lictorium, ut Valerius appellat, præcipuum corpore viribusque etiam ccc annos vixisse. Ephorus Arcadum reges ccc. Alexander *Dandonem* quendam in Illyrico ccccc. *Danthonem* vocat Valerius Maximus. Scribi debet in utroque *Datonem*, τ Δάτωα. Xenophon in periplu Latmiorum regem dc. & filium ejus dccc. Sic enim legendum apud Plinium, *Xenophon in periplu Latmiorum insula regem ccccc, atque ut parce mentitus, filium ejus dccc.* Quæ verba sumpsit ex Valerio Maximo lib. viii. cap. xiii. quem & eo loco de vitæ longissimæ spatijs auctorem nominavit, ut ex Indice discimus. Sic ergo verba ipsa Valerii legenda sunt, vulgo corrupta, *Sed multo liberalius Xenophon, cujus* *ἑξάκκιστος* legitur. *Insula enim Latmiorū regem* *ἑξήκκιστος* *vita annis donavit, ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos.* Plinius cum hæc exscriberet, hallucinatus videtur, nam patris annos filio transcripsit, & filii annos patri tribuit. *Lachmiorum regem* perperam in emendatis editionibus vulgaverunt. In retro editis etiam corruptius legabatur, *Latinorum regem.* Hæc omnia putat Plinius *inscitta temporis accidisse.* Annum enim alios æstate unum determinasse, & alterum hieme. Alios quadripartitis temporibus, sicut Arcadas quorum anni trimestres fuere. Quosdam Lunæ *ἑνίο.* Itaque apud eos aliqui singula

gula millia annorum vixisse proditi. Sed nugæ illæ sunt & fabulæ quæ de annis mensuris aut trimestribus afferunt. Ea locum habere hodie etiam nonnulli volunt in ævo primorum Scripturæ patrum qui nongentos annos vitæ transcenderunt. Jam docuimus illos veros annos fuisse. Sed & illa quæ ex diversis auctoribus retulit Plinius de longissimis vitæ spatiis fidem adrogant Patriarcharum μακροβίων, vel potius inde eam accipiunt. Terentia Ciceronis apud eundem ciii. annos vixit, Clodia Ofilii cxv. Luceia Mima centum annis in scena pronuntiavit. Vide apud illum plura. Nec hodie pauciora in Europa reperientur exempla si quis ea colligere vellet, ne de Asia dicam & aliis locis. Sunt igitur genera quædam & gentes universæ Macrobiolorum secundum Climata. Hos cæli inclinatio & aeris solique natura tales producit. Sunt & in Clima aliis ubi communiter homines breviorē vitam exigunt, exempla singularia μακροβίων. Eos semini ipsa vis ad longissimā vitam idonei præcipue tales edit. Idem est & de statura. Sic in rapis paribus & ex eodem semine, quædam reperiuntur enormiter magna. In pomis, in frugibus aliis hoc idem animadvertas. Idem est de colore. Nigri fiunt pro Climatis ratione homines ut Mauri & Æthiopes, qui & crinibus sunt crispis. Reperiuntur & in his aliquando albi aliqui, ut inter albas

albas gentes aliqui nigri. Eodem modo & Climata in quibus gigantes omnes nascuntur, interdum parvæ staturæ homines ferunt. Invenire est & hic *μικροὶ* proceritatis aliquos, ut ante paucis ab hinc annis puellam & juvenem vidimus. Sunt & totæ gentes pumilionum, ut fuere Pygmæi veterum, & hodie Lappi. Inter communis & statæ staturæ homines multos nanos videre licet, natura in nodum quasi coactos, non arte. Nam & arte olim & mangonio tales cogebantur fieri. Sic in arbore non omnia mala magna sunt. Sæpe legere est nonnulla retorrida & pumila. Sed neque omnia ad eandem maturitatem perveniunt, aut in arbore permanent. Alia in flore decidunt, alia vix matura corumpuntur. Ex illis quæ maturitatem adeptæ sunt, quædam citius cadunt, quædam diutius manent. Ex foliis similiter quo tempore hiemis primis frigoribus tacta cadere necesse habent, non tamen omnia eodem momento decidua fiunt. Alia maturius, alia tardius hoc patiuntur. Sæpe vel unum & alterum frigori resistens hæret adhuc in suo pediculo post reliquorum stragem.

οἷη περ φύλλων ῥυεῖ τῶνδε καὶ ἀνδρῶν.

Idem est de vita hominum. Alii in utero vix inchoati finiuntur. Alii vix auras vitales hauserunt, & hauriuntur ipsi. Alii in pueritia, alii in adolescentia intercipiuntur. Alii vix limina senectutis

ris attingeret in ipso virilis ætatis flore extin-
 cti. Quosdam abnormis ævi mensura ultra
 modum humanæ vitæ statutum perfert. Sed
 pauci tales, & quos æquus amavit Juppiter.
 An potius quos non amavit? Nam quid in
 longa vita tantum boni est propter quod ta-
 lis optari debeat? Et verum illud Græcorum
 dictum, Οἱ θεοὶ φιλοῦσι, νέεσθαι ἀπὸ γυναικός. Hæc
 tam varia in hominibus vivendi spacia, ab
 ipsius seminis qualitate procedunt, partim
 à victu, partim à Climate, id est aere & so-
 lo, partim ab utroque, vel potius ab omni-
 bus simul. Nam qui ex bono semine natus
 fuerit, in loco salubri & temperato, qui &
 ipse bene nata male vivendo non corruperit,
 hic longioribus gyris circumscriptam sibi vi-
 tam polliceri poterit quam ille cui aliquid il-
 lorum defuerit. In astrorum virtute & ἀστρο-
 γοίᾳ nihil loci est ad obtinendam vitæ longi-
 tudinem. Cum enim ea quæ longam vitam
 procurant partim naturæ sint, partim artis.
 ut dixi, natura in nostra non est potestate, sed
 ars voluntatis tota est. Consuetudo in hoc
 etiam plurimum valet. Nam quo genere cibi
 vel potus à pueris uti assueveris, etiam si non
 sit optimus, pro optimo tamen cedit, & id
 mutasse in ætate jam provecta nocet potius
 sanitati quam prodest. Hæc consuetudo &
 universarum gentium est & singulorum, im-
 mo etiam collegiorum quorundam, sectarum
 vel

vel societatum. Gentium, ut hodie Musulmanorum qui vinum non bibunt. Ut Judæorum, quibus multorum ciborum usus interdictus fuerat, & inter alios porcinae carnis usus. Collegiorum vel sectarum, ut olim Pythagoreorum qui certis cibis abstinabant, ut fabis & porculis lactentibus, & aliis ἐμψύχοις. Ut hodie Monasticae, & Asceticae vitae varii ordines quibus certae vescendi regulæ præscriptæ sunt, quorum plerisque usus carnium non est licitus, aliis etiam butyri. De singulis nihil dico, cum unusquisque sibi lex sit vivendi quomodo velit, & plures sine voti necessitate parere monachis austeritatem & frugalitatem sibi indicant. Ex his certum est nasci posse infinitam varietatem Climacterum, quia ut victus est, ita etiam vita esse ut plurimum solet, brevis aut longa, morbosam aut sanam. Sed natura omnia superat, victus ratio arbitraria est & voluntatis. Neutra astorum decretis illigata est. De natura primum videamus. Quod homo nascitur, parvæ aut longæ staturæ, crispato capillo aut prolicino, ater aut albus, pulcher aut deformis, longævus aut brevis ævi, ingeniosus aut stupidus, partim regionis inclinationi sub qua natus est id impurari debet, partim etiā seminis ex quo procreatus est qualitati, partim aliis causis, sed quæ non minus naturales sunt. Ubi totum genus simile est, longæ aut brevis staturæ, albū aut nigrum, μακρόβιον aut βραχύβιον,

χυβίον, crispō capillo aut directo, acutum aut
 stupidum, regionis naturali temperaturæ id
 tribuendum est. Nam quæ sub septentrionibus
 gentes degunt, immanibus sunt corporibus,
 cæcidis coloribus, directo capillo & rufo. ocu-
 lis cæcis, sanguine multo, & ingenio stolido. In
 metidianis nationibus omnia contraria. Fri-
 gus & calor regionum in summo gradu, aut ex
 utroque temperata mixtura, maximam in his
 omnibus pariunt ingeniorum & corporum,
 vitæ etiam longitudinis & brevitatis diffe-
 rentiam. Frigoris autem nimii aut caloris, aut
 ex utroque mixtæ temperiei causa non est in
 æstrotum errantium vel inerrantiū variis aspe-
 ctibus sed in cœli inclinationibus, & Solis ip-
 sius pro diversa regionum quas videt posi-
 tione, irradiationibus. Astrologi vero veteres
 tradunt, à stellis homini colores tribui. Nam
 quasi quodam picturæ genere atque artifi-
 cio siderum motus humanorum corporum li-
 neamenta componere. Lunam quippe facere
 candidos, Martē rubros, Saturnum nigros, &
 ita cæteras stellas prout coloribus diversis eas
 gaudere supra ostendimus. Si hoc ita est ut
 statuunt, cur omnes Æthiopes & Mauri nigri,
 omnes Germani candidi, omnes Thraces ru-
 bri? Dederunt & suos stellis mores. Saturnus
 tardus est & hebes, unde & $\chi\epsilon\beta\rho\theta\circ\delta\rho\theta$ dici-
 tur. Tales facit ejus stella, & præterea graves
 tacitos. & avaros. Mars qui lupo assimilatur,
 facit

facit feroces, rapaces ac crudeles. Sol qui leo est, religiosos dat, nobiles ac superbos, quia scilicet hoc ingenio sunt leones. Venus luxuriosos venustos & amabiles, quia columba ipsi adscribitur. Mercurius astutos, callidos, & animi mobilitate concitados ac leves. An quia draco ipsi attributus est? *Estote prudentes ut serpentes.* Sed unde levitas quam ingenerat? Nulla quippe est in serpentibus. Si à Marte crudeles & rapaces, cur tot hodie gentes more luporum vivunt & in suum genus sæviunt, humanis carnibus victitantes? Cur leves Græci & Galli habiti? An Mercurii stella rotas gentes crimine levitatis imbuit? Si rotas, nullus ergo nec in Græcia nec in Galliis poterit nasci nisi levis. Atqui certum est multos olim graves & prudentes produxisse Græciam, & Gallias nunc producere. Fatendum quidem est ut plurimū hōs & illos levēs esse. Commune gentis vitium est. Itali sunt communiter prudentes ex Climatis prærogativa. Non hoc stellæ vis aliqua iis præstitit, nec Gallis ut essent leves. Adeo quippe hæc genitiva vitia vel virtutes Climati adfixa inhærent, ut gentium externarum inundatione deleri non potuerint. Quinimmo ut aquæ dulces fluviorū mari illapsæ amaritiem ejus induunt, & suam perdunt dulcedinem, ita ex alio orbe accedentes nationes Galliis infusæ & Italiis genuinos suos iis mores immiscerūt, & nativas

gentis cui immixtæ fuerunt, temporum lapsu imbiberunt. Enimvero gravitas Francorum & Burgundionum Germaniæ populorum, levis facta est in Gallia. Ferocitas Gothorum & Longobardorum moderata tandem ac prudensevaluit in Italia. Ita & plantæ translatae sæpe degenerant, & nativos succos non solum amittunt fructuum, sed etiam propriam proceritatem aut brevitatem. Ita Persea à Persis in Ægyptum transplantatione migrare iussa, venenata vi quam apud Persas habebat caruit, terra mitigata. Sic de aliis plura sunt exempla. Lineamenta ipsa corporum non magis fabricant stellæ, quam mores ipsos & colores. Ex Climatibus ipsa proditur differentia, nec tantum hominum, sed etiam quadrupedum. Tot, equorum ferme genera sunt & formæ & indoles quot sunt orbis regiones. Nec pauciora canum. Albani olim, & hodie Scoti sui sunt generis. Depiles in India nascuntur, alibi nusquam. Galliæ Indiæ, Africanæ & nostrates diversæ sunt magnitudinis & formæ. Nostratium etiam plures species pro regionū diversitate. Quoddam etiam genus reperitur contraversis plumis. Elephanti Indici majores sunt Libycis. Formicæ Indiæ nostrates infinita superant magnitudine. Vespertiones in Ægypto triplo sunt his qui apud nos visuntur grandiores. Intra unius provinciæ tractum, vaccas, porcos, &

& alia animalia forma differre videas & colore. In Carolensi agro Burgundico vaccæ omnes ex prosapia videntur esse Jonis, ita candidæ sunt omnes, ut ad Clitumnum in Italia olim. Perdices & lepores sub Alpibus candidi reperiuntur. Nimirum hunc illis colorem induunt non stellæ aliquæ, sed nives eorum locorum perpetuæ. Sed ab homine non recedamus. Ex vultu & habitu gestuque facile dignoscas Germanus aliquis sit an Gallus, Hispanus an Italus, Hollandus an Anglus. Longe certioribus & manifestioribus notis hæ gentes aliæque omnes inter se invicem discernerentur nisi commercia connubiis jungerent Hispanos cum Belgis, Gallos cum Anglis, Germanos cum his & illis, & invicem omnes. Præter tætrum noctis colorem, tumida labra & resimæ nares Maurorum propria sunt. Hunnos describit Ammianus, firmis omnes compactisque membris & opimis cervicibus prodigiose deformes & pandos. Eosque comparat stipitibus effigiatis in hominum figuras quos in marginibus pontium veteres collocabant. Sinarum regionis incolæ hodie omnes pari vultus filo esse memorantur, atque ita visuntur in vasis Sinicis quæ inde afferuntur, oblonga facie, buccis inflatis. In Austriaca gente quia in alienam familiam nuptum raro dant, nec accipiunt nisi ex sua, in tota stirpe observantur similia vultus lineamenta,

& labra prætumida. Quod non fieret in tam diversis omnium genituris, si ab astris corporum conformatio manaret. Sic nec gemini omnes, facie & corpore gemelli sunt. E contrario reperiuntur in diversissimis gentibus geniti ore simillimi, ut illi duo quos pro geminis Antonio olim vendidit mango. Similes ut plurimum patri aut matri liberi generantur, aut ex utroque parente mixtam similitudinem trahentes. Neque sic se res haberet si sidera corporis lineamenta, & oris habitum vultusque formam componerent. Si generalia quæ ad corpus & animum pertinent stellæ totis gentibus non decernunt, nec in unaquaque gente singulis. Nam ut in populo levi nascatur aliquis gravis, in crudeli clemens, in stolido acutus, in eo qui non diu vivit, *μακρόβιος*, stellæ non efficiunt sed propria cujusque natura ex seminis qua procreatus est qualitate, vel ex alia qua causa naturali. Generaliter autem alia *φύσας* sunt, alia *νόμω*. De naturalibus jam diximus, & hæc esse immutabiliter Climatibus inhærentia. Quæ ex instituto veniunt & *νόμω*, mutari subinde solent in gentibus, aut aliarum gentium accessione & commixtione, aut dominantis & invasoris arbitrio, aut alia qua de causa. Inde tam variæ rituum, cærimoniarum legum, etiã religionis ipsius in omnibus ferme gentibus mutationes. Universæ nationes
modo

modo idololatricæ & paganæ, modo Christianæ, modo Muhammedanæ. Inter ipsos Christianos quot sectæ diversæ, quæ decernentibus astris natæ nimirum non sunt? Omnes istæ novationes generales multis etiam ad vitam illorum breviandam contulerunt, violento fine, aut fatali. Quot olim extincti propter religionem? Quot etiam proximo sæculo? Religio quoque alios mores aliam vitam in plerisque protulit ex continentia & abstinencia voriva. Ex eo etiam variæ vitæ Climacteres. Multi enim frequentibus jeuniis valetudinem suam attriverunt & in varios morbos inciderunt. Plerique contrario voto ex opulentia quam nacta est Ecclesia, luxu & deliciis superfluentes enormi sagina corpora cælo destinata offerferunt, & brevior sic via ad terminum vitæ festinatum properarunt. Inde etiam duplices Climacterici surrexerunt tam morbiferi quam fatales, qui non violentis nec naturalibus adscribendi sunt terminis vitæ. Triplici quippe modo vitam finire crediderunt veteres Philosophi & in his Plato, naturali, fatali, & fortuito, sive violento. Servius ad 14. Æneidos ad illum versum:

Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi.

Fortuna, inquit, non natura, nec fatum. Tribus enim humana vita continetur, natura, fato & casu. Natura, cui ultra centum & viginti annos concessum

cessum non est, fato cui nonaginta anni, hoc est tres Saturni cursus exitum creant, nisi fortasse aliarum stellarum benignitas etiam tertium ejus superet cursum. *Fortuna*, id est casu, qui ad omnia pertinet quæ extrinsecus accidunt, ut ruina, incendia, naufragia, venena. *Fatum* hic agnoscit Astrologicum. Quod si ita est, cæteri duo modi ab astris non pendebunt, naturalis, & fortuitus sive casualis, sed solus fatalis. Sed hæc inscita sunt & Mathematicorum sententiæ contraria, qui omnes exitus vitæ ab astrorum decreto deducunt, item Philosophorum qui nullum inde arcessunt. Plato ipse cujus hæc divisio est per *εἰμαρμένην*, id est, fatum, longe aliud intellexit quam *χρῆσις*, sive fatum Astrologorum. Tria ille in *Timæo* facit genera leri. Unum quod *ἡ φύσις* accidit, alterum quod *ἡ εἰμαρμένη*, tertium quod *ἡ ἐξ ἀνάγκης παθὴματα*. Hi sunt violenti exitus qui *βιαιθανασίας* inducunt, & per vulnera, incendia, ruinas, naufragia, suspendia, venena eveniunt. Casus in his sive fortuna plurimum potest. Hinc etiam Climacteres varii existunt qui denuntiant ac minantur periculum mortis ex his omnibus casibus, non tamen mortem inferunt. Secundi generis mors est quæ *ἡ εἰμαρμένη* venit, & quæ ex morbo aliquo creatur. Nam *εἰμαρμήν* Græci vocant, quod certo statoque tempore accidit, ut solent morbi vitæ curriculum infestare, ordine quodam statuto incur-

currentes. Hi naturalem & ipsi quodammodo exitū important, quatenus, ut ait idem Plato, πᾶσα ζύσσις νόσων τρέπον τίνα τῇ τῶν ζώων φύσιν ὁμοεισέεικε. *Omnis morborum generatio quodammodo natura animalium convenit.* Εἰς, inquit, ἡ τέτων ζώων ἐχουσα πεταγμένης ἔβρις γίγνεται χρόνῳ. *Nam & horum coitio sive concretio statim certisque vite temporibus existit.* Quod ad animalium compositionē perperam referunt interpretes. Subjungit continuo Plato, ἔτι γὰρ ἡ ζύμπασις ἢ κατ' αὐτὸ τὸ ζῶον εἰμαρμένον ἔχον ἕκαστον τὸ βίον φύει, χωρὶς τῆ ἐξ αὐτῆς παθήματων. *Nam & generis universi unumquodque animal per se determinatum ac statum vite spatium ab origine sortitur, exceptis casibus ex necessitate accidentibus.* Per τὰ ἐξ αὐτῆς παθήματα intelligit, quæ quis per vim patitur & necessitate coactus, ut mortis genera violenta, cæde, incendio, naufragio, veneno inflicta, non purgationes, ut ridicule interpretatus vir doctus in Epistolicis quæstionibus Beverovicii. Scripserat quidem paulo ante Plato; remedia quæ ἐν τῷ φαρμακῳπικῇ καθύρσις sumuntur, non esse adhibenda nisi magna necessitas ob imminens ancipitis morbi periculum id facere adigat. Τὰ δὲ, inquit, νοσήματα ὅσα μὴ μεγάλας ἔχῃ κινδύνους σὺν ἐρεθιστῶν φαρμακείαις. *Morbi enim qui non magna pericula denuntiant, minime sunt irritandi medicamentis purgantibus.* Verum de his hoc

loco non intellexit. Fato igitur determinatus est unicuique animalium vitæ finis, nisi casus extrinsecus accidant qui fatalem illum exitum præcipitent. Præter *fatum* itaque præterque *naturam* moriuntur qui interitu violento rapiuntur, & ab externa causa vel casu illato. Fatalis igitur exitus proprie de eo dicitur quem morbi faciunt, quia quædamtenus homini congeniti sunt, & fato debitum terminum imponunt. Is vero qui secundum naturam accidit, neque morbum habet causam neque casum violentum, sed senectutem ipsam, & defectum vitalis substantiæ. Ut enim lucerna oleo defecta sensim exstinguitur, ita humore radicali, ut vocant, dilabente qui per cibum & potum nunquam tam bonus neque pari copia reparari potest, quam subinde carpirur & decedit, homo vitam exit. Stoici volunt senectutem fieri & inde mortem *Ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς ἐκείνης, ὅτι ἐκείνη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκείνης, ὅτι ἐκείνη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκείνης*, ob defectum caloris innati. Cæterum Plato non hanc aut illam causam adfert defectionis animalis & φθίσεως naturalis, sed solutionem compagis. Ut enim in machina ex genere *αὐτῶν*, ubi axiculi, orbiculi, funiculi & alia quibus movetur, fatiscere incipiunt; primo languescit motus, deinde etiam cessat cum laxiora facta sunt, aut tempus exiit motionis quod ab artifice ex dimenso acceperat, idem & nostri corporis compagi ex tot organis

μνησ-

μηχανικῶς plane contexti & compositi accidit. Sed Plato ejus compaginationem & texturam ut navis esse vult. Τρίγωνον appellant quæ continent totam compagem & quasi profundamento corporis substructa sunt, ut in navi carinæ δρυόχοι. Aristoteles quoque in utero τῷ ὀσφύϊ, id est lumbos, putavit formari ὡς τέστιν νεῶς, ut carinam navis. Ipse Plato semen dixit esse σπέρματιαν μυελὸν τῆ νωτιαίας, defluxum spinalis medullæ. Ea τριγώνοις illis continetur. Ossa spinæ ita vocavit, quia τριγώνη figuram habent. Ex majoribus enim & brevibus ossibus ceu carina quædam compacta & composita sunt. Ima autem vertebrarum ejus concavitas strictior ac contractior est quam summa, ideo non male τριγώνη speciem referi. Ea τρίγωνα δρυόχοις navis carinæ assimilat his verbis, νέα μὲν οὐτ' ἔξασις ἔ' παντὸς ζώης καὶ τὰ τρίγωνα οἷον ἐκ δρυόχων ἐπ' ἔχουσι νεαρῶν, ἰσχυρὸν μὲν τῷ ξύγκλῃσιν αὐτῶν πρὸς ἄλλα κέκτηται. Ita legendus hic locus vulgo apud Platonem corruptissimus. Nam legitur in editis omnibus, ἐκ δρυόχων ἐπ' ἔχουσι τ' γερῶν. Nova igitur totius animalis compositio, quæ nova habet Trigona ex novis veluti coagmentata statuminibus, firmam eorum inter se compagem nanciscitur. Vocavit, ut dixi, τρίγωνα spinæ dorsī σφονδύλης & vertebrae, à figura. Δρυόχοι non sunt ligna, ut vulgo reddunt, sed navis fulmenta vel statumina

mina in quibus carina compingitur, quibus impectæ navis costæ, quæq; pro navis fundamento sunt. At ille τριγωνα illa corporis humani censuit compagem quasi fundare. Pollux lib. ix. de navis partibus. δρύοχοι, τρέπις, τρέπιδες. Alii Grammatici, δρυόχες in hoc Platonis loco exponunt τὰ σπείγματα τῆς πηγνυμένης νεώς. *Statumina navis que compinguntur.* Ubi ergo Trigonorum eorum quæ medullam spinæ continent, vincula fatifcentia amplius subsistere nequeunt, tum labori cedentia & disjuncta laxataque, animæ nexus derelinquunt. Hinc existit interitus animalis ἡ φύσιν. Quæ mors est omnium facillima. Nam anima tunc exsolvitur corpore cum aliqua voluptate, & quasi evolat. ἡ ἡ φύσιν λαθῶσα μεθ' ἡδονῆς ἐξέπιατο, πᾶν γὰρ τὸ ὡς φύσιν ἀλγὸν, τὸ δ' ἡ πέφυκε γινόμενον ἡδὺ· καὶ θάνατον δὲ καὶ ταῦτα ὁ μὲν καὶ νόσος καὶ τεύματα γινόμενα ἀλγόνος καὶ βιᾶς, ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ὅπῃ τέλει καὶ φύσιν ἀπονώτατον ἢ θανάτων, καὶ μάλλον μεθ' ἡδονῆς γινόμενον ἢ λύπης. *Anima vero tum tacita & aciem oculorum effugiens, è corpore cum voluptate evolat.* Omne enim quod contra naturam est, dolorem parit, quod vero natura convenienter accidit, jucundum est. Ita mors qua per morbos inferitur & vulnera, dolorem affert, & violenta est. Quæ vero per senium ad finem ultimum sui procedit, ex natura lege, omnium facillima est, & plus habet voluptatis

ptatis quam doloris. Explicat deinde quomodo morbi contrahantur. Tria igitur sunt exuenda vitæ genera secundum Platonē, naturale, fatale, & violentum, sive, ita dixerim, casuale. Multos autem reperire hodieque est qui omnium morborum expertes ad ultimam senectutem provecti sine ullo dolore aut incommodo expirant. Rara tamen *ὁλιγαίρις* hæc felicitas & quæ paucis contingit, quibus autem contingit, ex proprieate seminis ex quo profati sunt id habuisse potius censendi, quam ex aeris aut terræ natura in qua geniti fuere. Certum tamen est rariora hæc esse exempla in locis male sanis & pestilentibus quam in iis quæ salubritate aeris commendantur. Morbos si etiam ut plurimum ex morbido semine progignuntur, non raro etiam ex aeris mala constitutione si dispositio sit humorum in corpore ut ea possint affici. Interdum & ex loci insalubritate, ut in illa urbe in qua Stratonicus Citharædus dicebat *οὐτὶ νεκρὸς ἐκπαλεῖν*. Sæpiissime quoque ex intemperantia contrahi eos certum est. Nam & Erasistratus tradidit, *ταῖς νόσους fierι διὰ πλεονεξίας τροφῆς, καὶ ἀπεψίας, καὶ φθορᾶς*. Ex copia quippe nimia alimenti, indigestionem & corruptionē consequi necesse. *καὶ ὅτι διὰ τὴν ἐξίαν καὶ ἀνάλειψαν εἶναι νόσους*. Ex nimia enim ciborum & indigesta mole cum plura existant superflua quam excerni possint meatibus ad hoc à natura datis, in alias partes in-

cum.

cumbunt, non sine noxa. Alibi obstructions generant ex quibus morborum omne genus gignitur. Ea dici causa potest, cur veteres homines diuturniorem vitam duxerint cum simplicioribus cibis uterentur, & parcioribus. Condimenta quippe varia quæ postea reperta sunt, rabidam orexiñ factura. irritamenta fuerit ad plus edendum quam satis esset.

Hinc subita mortes atque intestata senectus.

Tradit Plutarchus in ix Symposiacōn, multos seniores sua ætate nec piper nec malum Medicum, nec melones, quos vocat σικύες πέπωνες, gustare sustinuisse. Balnea frequentia & quotidiana ut tunc fuere alias in corporibus νοσισ fecere quam nostra nunc αλυσίς. Hæc examinanda sunt, & statuendum ex omnibus, nihil in his stellas valere ad vitam producendam aut contrahendam, sed illa quæ diximus, partim naturæ sponte comparata, partim arbitraria & ex voluntate nostra pendentia. Ex illis verissimum est quod & quidam veterum autumarunt, spatium vitæ legitimum non idem ubique observandum, sed varie per diversas regiones, prout in singulis fit cæli ad circulum finitoris inclinatio, quod vocatur Clima. Verba sunt Censorini. Hujus rei illustre exemplū in Æthiopibus & Britannis. Asclepiades illos dixit trigésimo anno senescere, & rationē addidit, ὅτι τὸ ὑπερθερμαίνεσθαι τὰ σώματα ὑπὸ τῆς ἡλίου ἀφλεχθέντα. Quod supra modum eorum corpora incallescant à sole

sole torrefacta, exinde rarefieri & relaxari, & velocius dissolvi. Hos, magnæ nempe Britanniae incolae, centesimo ac vigesimo anno senectutem contingere, Ἀλλὰ τὸ κατεψύχθαι μὴ οὐτὶ πίνεις, ἐν ἑαυτοῖς ἢ σέλι το πρῶδες, Quia refrigeratis in regionibus habitantes intra se calorem suū retineant. Nam propter aeris crassitudinem & frigus, minus apertis & laxis esse corporibus, διὰ τῆς τοῦ πολυχρόνια. Nō alia astra vel fixa vel errantia hanc differentiam operantur, præter unum Solē & ex ipso cæli inclinationem. Non homines autem soli duntaxat, sed etiam bruta animalia, sed etiam arbores & herbæ, triplicem illum sortiuntur moriendi modum quem ex Platone supra narravimus, *naturalem, fatalem & casualem*, sive violentum. Nam animalia suos habent morbos, etiam herbæ & arbores, quæ mors est fatalis. De naturali non est dubium. De violenta multo minus. Cæduntur arbores, herbæ velluntur extirpantur atque uruntur. Animalia vim eandem ex ferro, igne, aqua, sentiunt ut homines. Sed nullum animal præter hominem suo sibi jumento eam perniciem arcessit. Lupi post longam famem si luculentiores prædam nacti fuerint, ultra satietatem se ingurgitant, & ad vomitum confugiunt, ut sanentur ex morbo inde contracto. Sed si paratam haberent omni hora dapem, quod satis esset semper ex ea sumerent. Domestica anima-

animalia quia ex imperio nostro vivunt, nostra quoque vitia induunt, & pluribus ac majoribus morbis obnoxia fiunt quam sylvestria, ut equi & boves. Quæ cicurantur à nobis eodem tempore quo sylvestri vitæ renuntiant, sanitatem præstinam abdicant, & mala nostra ferre coguntur, ut accipitres & alia quæ domita nostro alimus arbitrio. Ut morbos ergo suos habent, ita & suos tam herbarum quam animalia habent Climacteres, & duplicis quidem generis, hoc est qui ex morbis periculosis astrorum decreto ipsis accidunt, & qui ex accidentibus fortuitis. Nulla etiam arbor est neque herba quin alicui Planetarum proprie dicata sit, ut videre est apud Neophytum. Ipsi etiam Rabbinii qui consecrati sunt *ἁγελιακὰς* istas nœnias, nullam esse ajunt herbam in terra quin habeat suum *ἕν*, *Mazal*, i.e. stellam, cujus influxu & vitam & vires facultatesque quibus est prædita possideat. Ut hominibus sapientiam, doctrinam, sagacitatem, & contraria his stoliditatem, imperitiam & insipientiam sidera imprimunt, ita & ferociam leoni, lupo capacitatem, vulpi astutiam, ovi simplicitatem, virus addunt serpentibus. Floribus colores, fructibus saporès eadem infundunt. Saccharo & melli dulcedinem dant, aloæ & absinthio amaritudinem. Gemmis pelluciditatem, smaragdo virorem, adamanti duritiem, auro fulgorem, & reliquis metallis,

id

id quo censentur. Ideo & singula suum habere planetam cui subjecta & dicata sunt, plumbum Saturno, ferrum Marti, aurum Soli, æs Mercurio, nunc argentum vivum ei donant, Lunæ vitrum, alii argentum. Sed veteres Jovi illud dederunt, & Veneri stagnum. Pergamus porro. Quod aquarum aliæ salæ sunt, aliæ sulphuræ, aliæ bituminosæ, aliæ aluminosæ, aliæ acidæ, aliæ oleosæ, & multis aliis facultatibus præditæ, prout venæ sunt terræ per quas transeunt, aliæ calidæ, aliæ frigidæ, totum hoc opus est stellarū & ἀστροπέλεσµα. Fortasse & mare inde suam accepit saluginem & amarorē. Dicamus amplius, quod artis ludicræ auctoribus faventibus sum dicturus, quod terra ipsa alibi montibus assurgit, alibi vallibus subsidit, alibi in planitiæ extenditur, alibi in maria diffunditur, stellæ effecerunt. Quinimo ut verbo absolvamus, tota mundi hæc machina concreverit ex imperio stellarum. Inde est quod & Thema genituræ mundi composuerunt hujus artis Scioli, & quomodo stellas in Horoscopo positas habuerit cum nasceretur, inspexerunt. Etiam quamdiu sit duraturus, & quo genere casurus, inde prædicere possunt, diluvio an incendio. Utriusque casus suos Climacteres habuit sub Phaetonte incendii, sub Deucalione diluvii, quæ non sunt fabulosa quam quæ ars ista promittit. Non solum multiplicem oportet esse singularum stellarum

potestatem sed etiam plane divinam, & *ἡ φύσις ἐκείνη*. Multiplex est & varia cum uno tempore ephemerico animali vitam unius diei tribuant, cornici novem hominis ætates, quadruplum ejus cervis, triplicatum corvis. Cum solstitiali herbæ brevissimum tempus assignent, quercui trecentorum annorum ævum, homini nunc longius nunc brevius pro locorum quæ incolit & Climatum diversitate. Nec hoc tantum, sed quem diu vivere volent mentem ei immittent ad locum salubrem migrandi, victum eligendi diuturnæ vitæ faciendæ idoneum. Quibus è contra spatium breve vivendi decreverint, eos relegabunt ad pestilentem aliquam malamq; mansionem, ciboque & potu ut se subinde onerent, vel venere exhaustiant procurabunt. Non solum consilia hominis dirigunt ad certum aliquem finem voluntatemq; ejus quo ipsis libet vertunt, sed in levissimis etiam rebus ut hoc modo velit modo nolit efficiunt, eodem pœne momento & sic quasi nervis alienis mobilem circumagunt. Dites & egenos eadem hora genitos in iisdem terrarum oris faciunt. Nam ut ait Plinius, *hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie evenit, pariterque domini & servi gignantur, reges & inopes*. Unde hæc tam varietas? Quomodo potest una stella sive vaga sive fixa, vel plurium siderum aut signorum inter se *ἀντιπαρισταί*, tam diversis facultatibus & potesta-

testatibus vigere? Magneti vim dabit attrahendi ferrum, ferro sequendi magnetem. Cur enim res alias non trahit? An sic astris placitum fuit? Illa sunt scilicet quæ volatum avibus dederunt, natatum piscibus, incessum quadrupedibus? Quæ has pilis vestierunt, aves plumis, pisces squamis? Divinior illa virtus est qua statuunt eas posse animum movere & agitare humanum, appetitus & declinationes quando & quas velit illi ingenerare, fortuitos etiam casus & eventus moderari vel efficere. Si per se has vires non habent stellæ, ex variis quibus sese invicem conspiciunt schematibus non possunt eas habere videri. Nam Trigona & Tetragona vel Hexagona vel Diametra irradiatio non potest tot ac tā variis virtutibus pollere, nisi ipsa astra quorum illæ sunt configurationes benefica aut malefica aliqua potestate valeant. An per se igitur tantam habeant potentiam & divinæ plane parem ex natura ipsarum videndum est. Nemo enim nisi Deus divinam habet potestatem. At divina prorsus est quæ movet animum & impellit quo vult & avertit atque avocat unde vult. Hoc habent astra secundū astrologos. Ergo Dii sunt. An ita sit, expendamus. Pro Diis quidem habita constat & culta antiquis Ægyptiis & Chaldæis, sed cū hujus artis reperiatores fuerint. suis in hæres principiiis ita tradiderunt, quibus non credimus. Haud sane magis quam illis qui ex mortali-

libus Deos fecerunt quos adorarent, aut simulacra manufacta quæ pro Diis colerent. Illis magis auscultamus qui soli veritatis indagini studuerunt: De isto igitur an sidera essent numina non disputarunt veteres Philosophi, sed utrum animalia forent, an corpora inanimata. Plato, Aristoteles, Chrysippus & alii Stoici ζῶα esse affirmarunt, hoc est ἐμψύχως ὁνείας. Democritus, Anaxagoras, Epicurus, & alii quidam negarunt. Animalia esse ponamus. Non eam vim habitura sunt quatenus animalia, quam iis Mathematici tribuunt. Si corpora sunt inanima, multo minus. Ex ignea substantia eos constare plerique existimarunt, πνεῦμα esse, aut γαῖαν sed ἐμπυρα. Ignis una est virtus calefaciendi & lucendi. Non aliam habet ipse Sol, quem tanquam regem considerant Astrologi inter astra, & cæli potestatem ἡγεμονικῶν tribuunt. Heraclides & Pythagorei voluere stellas totidē mundos esse, ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχον. Ipse etiam Epicurus cum Democrito innumerabiles esse mundos credidit, non tamen sidera ipsa voluit esse mundos. Non enim esse maiora censuit quā quanta oculis nostris apparent. Solis ποταῖον esse μέγεθος idem asserbat, ut est apud Cleomedem. Laertius: Τὸ ἢ μέγεθος ἡλίου τε ἢ τῶν ἀστέρων ἔμφαντοι, πρὸς ἡμᾶς τηλικῶτον ἐστὶν ἡλίον φαίνεται. Rationē addebat cur videantur non esse amplioris magnitudinis quam quanta apparent.

Nam

Nam si, inquit, ratione intercapedinis magnitudinem suam amitterent, multo minus colorem suum servarent. εἰ δὲ τὸ μέγεθος ἀλλὰ τὸ χροῖσμα ἀποβεβλήκει, πολλῶν αὖ μακρόν τιμὴν ἔχουσαν. Immo color etiam ipse non servatur. Si propior terris staret, magis rutilus & igneus appareret, si remotior, & in illo loco ubi stant stellæ fixæ, eodem colore, quo ipsæ, videretur, nempe magis argenteo. Ex his manifestum est ita eum revera sensisse, nec ulla commoda expositione errorem ejus levare posse. Eū quoque hoc nomine acriter carpit Cleomedes. Sed si astra non sunt mundi, nulli alii mundi esse possunt. Visibiles enim esse debent. In tam immensa autem & infinita profundi vastitate innumerabilia corpora terram vel æquantia vel superantia non putant verisimile esse de nihilo facta, cum nec usum magnum terræ nostræ præbeant. Vetus hæc opinio de pluribus mundis hodie renovatur & confirmatur. Immo etiam, quæ fuit & Pythagoreorum sententia, terram esse mobilem ut Lunā, & utramque stellam erraticam, & utramque mundum, ut & reliquos planetarum. Si est mundus Lunaris, atque alii pariter mundi planetici, in istum quem calcamus potestatem infundere talem nullam possunt qualem Astrologorum natio hariolatur. Si Lunaris agit in nostrum, noster eodem modo agat in Lunarem, Nam hic noster pro Luna est

illi mundo & ille nostro, & uterque ab eodem Sole illuminatur circa quem & movetur ipsum immobilem. Astra esse animalia censentur, & terra hæc animal quoque est atque etiam astrum. Nam ut ait vetus auctor, *Phyfici autumant mundum animal esse, cumque ex variis elementorum corporibus conglobatum, moveri spiritu, regi mente, qua utraque diffusa per membra omnia aeterna molis vigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia; ita in profundis Oceani nares quasdam Mundi constitutas per quas remissi anhelitus vel reducti modo efflent maria, modo revocent.* Subjicit ibidem, *Eos qui siderum sequuntur disciplinam contendere meatus istos commoveri Lunæ cursibus, adeo ut sic vicissitudines inter maciem aquarum & plenitudinem respiciant auctus ejus vel defectiones, neque eodem semper tempore, sed prout illa aut mergatur aut surgat varient se alternantes recursus.* Si Oceanus nostri orbis sequitur Lunæ incrementa & damna intumescendo & detumescendo, certe si quod etiam mare est in orbe Lunæ, ut omnino est, illud quoque certum est easdem vicissitudines servare accessus & recessus aquarum, ut nostrum hoc facit, & utrumque propriæ magis naturæ vi id facere quam obsequendo alterius mundi cursibus, ad quos commoveatur. Quod autem vulgo perhibent in hoc mundo nostro medullas ossium impleri cum plena est Luna, & evacuari cum

cum minora luminibus currit, item cerebella murium, si hoc verum est, idem accidere necesse est, animalibus Lunæ, rebusq; ejus cæteris, quæ ita augentur & decrescunt, ut nostræ, atque eadem causa. Nam probabile est hujus quoq; orbis videri ac sentiri decremēta & augmenta illis qui Lunam habitant, perinde ut à Sole illa quoque terra absistit, vel ei adistit. Sed cur non verum sit hæc fieri per plenitudinem ipsius Oceani insurgentis, ut propiori ex causa? Cum enim plene abundat, omnia non solum quæ proxima sunt, sed etiam longius dissita, quodammodo repletiora fiunt, ut emaciantur illo recedente, præcipue quæ aliquo humore madent, ut cerebella & medullæ? Quanto hoc verisimilius quam ab ipsius Lunæ defectibus & auctibus id pati? Nonne cum vineæ florent, non solum vina quæ in eadem regione sunt in cellis reposita, mutantur, sed etiam in valde longinquis locis, & quæ vitibus carent? Quod ipsa experientia verissimū esse deprehendit. Quandoquidem igitur Luna mundus est & cæteri planetæ mundi haud minus quam hæc terra, ut mundus mundum non creat, ita nec quidquā eorum quæ in altero mundo gignuntur, ab alterius mundi potestate dependet quo meliora fiant, majora, vegetiora aut vivaciora. Ex sui mundi naturali proprietate unumquodque in eo gignentium accipit suas qua-

lirates, & substantialem formam qua existit, non ab altero. Nascendi & denascendi vices, stataque vivendi tempora, omne quod natum est inde mutuatur ubi natum est. Non magis itaque Luna vel alii planetæ nostri orbis animalium originem ac genituram inspicunt, actus dirigunt, fata componunt, finem determinant, quam hæc terra eorum quæ in orbe Lunæ nascuntur & vivunt. Quod attingit autem ad hominem qui est ratione præditus, cum iste mundus in quo natus est mentem ejus movere, voluntatem inclinare, impetum animi vel sistere vel impellere nequeat, multo minus ab altero mundo id posse pati videatur. Nec magis est credibile, immo vel minus, casus & eventus varios & inopinatos qui vulgo Fortunæ tribuuntur, & quidquid in uno mundo fortuito accidit, id putare alterius mundi ordinatione dispensari, siue animal putetur, siue inanimis, cum nec illius ipsius mundi in quo eveniunt dispensatione gubernentur. Effecta quippe hæc omnia sunt divinæ providentiæ & potestatis, Mundos illos regentis. Nihil autem Mundus unus aut plures conferunt ad ea creanda, alenda, augenda, quæ producuntur in alterius Mundi terra. Unusquisque enim mundus semina continet omnium rerum quas creat, alit, & ad certum crescendi finem provehit, vimque genitabilem in se habet ea omnia

omnia ex sinu suo producendi, modo calor accedat conveniens & aptus ad ea educenda, & ex seminibus suis quibus inclusa latent, evolvenda. Calor ille à Sole est, sed solo. Is igitur quasi masculi vicem obtinet, & Mundis illis qui circa ipsum immobilem & fixum quasi fœminæ moventur, vivificam illam virtutem & ζωογονικὴν infundit & insinuat, per quam omnia creantur & ex involucris seminum suorum prodeunt. Nulla alia vis hoc præstat, nisi calor, qui principia unde omnia gignuntur, clausa referat, ac densa relaxat. Alia etiã quæ rariora sunt aut liquidiora quam ut quicquam gignere possint, condensat & desiccat. Ut ovum continet intra se semen ex quo formatur pullus & materiam qua formatus intra testam suam ali possit, donec excludatur statò tempore, & refractò tegmine in auram exeat, quod tamen sine calore iners jaceret & tandem interiret, idem plane est de orbe terræ, & seminibus quæ inclusa gremio suo fovet. Nisi enim Sol calore suo ea excitaret ad formanda quæ inde possint edi, inerte situ occupata & obsessa nihil unquam ederet, non metalla, non herbas, neque arbuta, nec animalia omne gentis. Nihil horum posset allere aut educare, quia nec ipsa pabula, nec alia quæ pro alimento sunt omnibus creaturis, producere quiret. Quemadmodum autem ad pullum in ovo forman-

dum ex semine suo, & inde vivum & animarum excludendum non opus est aliqua speciali & propria virtute vivifica, sed solo calore qui potentiam illam seminis ζωογονικὴν in actum & formam educit, sive à matre ipsa ovū fovente proficiſcatur, sive à furno temperate calefacto, sic ad genitalia terræ semina aperienda & vivificanda non aliquam specialem & vitalem virtutem Sol illis immittere debet, sed calefacientem solam, modo tanta non sit ut vim eorum naturalē torreat ac percoquat, neque tam imbecillis ut suscitare eam non valeat. Hac sola ergo calefaciendi potestate pollet Sol, quæ prout terram ferit obliquis aut rectis radiis, interdū nimia est, interdum nimis infirma, interdum conveniens & apta seminibus ad rerum quarum semina sunt, formationem evocandis. Nugantur igitur Astrologi qui tradunt Solem perinde ut collocatus est in tali aut tali positu quo varios *ἀναισθησις* cum alijs planetis efficit, trigonos aut tetragnonos aut diametros, ita longiorem vitæ decernere vel breviorē. Nam pro diversa cæli inclinatione sive terra circa Solem moveatur, sive ipse circa terram, cum alias regiones excoquat & torreat, alias frigore perpetuo constringat, alias temperatis caloribus recreet, plurimum interest ad vivacitatem vitamque diuturniorem non solum

lum hominum sed etiam animalium & arborum quibus in regionibus aut quibus positionibus mundi gignantur. Nam qui in modice refrigeratis & calefactis regionibus nascuntur, non solum grandioribus corporibus existunt, majoribusque viribus pollent, sed etiam longiorem vitam ducunt. Qui vero in torridis & Sole nimio exustis incolunt, propter ardorem cœli parvas habent corporum formas, & infirmiores & celerius senescentes. Ipsa etiam arbuſta retorrida & exsucca & pumila ibi proveniunt, nisi si quæ sunt quibus ex seminis sui proprietate talis constitutio aeris conveniat, ut etiam sunt quæ feliciter in frigidis regionibus surgunt. Quædam & sub nivibus plantæ melius crescunt, ut aconiti genus, quædam & animalia inter ipsas fornacû flammæ vivunt, ut ea de quibus Aristoteles. Sed homines melius propagantur, magis grandescunt, & diutius durant in temperatis quam in frigidissimis aut calidissimis Climatibus. Inclinationes cœli variæ, ut à Sole fiunt, ita talem regionum situm efficiunt, aut nimio calore aut nimio frigore damnatarum, aut media ex utroque temperie beatarum. Inde tot ac tantæ differentiæ hominum, animalium, arborum, harbarum, metallorum pro locorum diversitate in quibus suos habent natales, non solum quantum ad formam, sed etiam staturam, colorem, ingenium, mores, longæ-

longevitatē & omnia quibus homo ab homine distat. Hæc omnia Sol unus perficit absq; opera & auxilio reliquorum planetarum, quos totidem mundos esse statuunt, quibus æque lucem suam & calorem impertit, ut huic terræ, sive mundo nostro. Unica igitur ejus potestas sita est in calore & lumine, quo utroque diversimode afficiuntur singuli mundi qui circa eum vertuntur, prout ad eum aduersas vel averfas in motu suo habent sui corporis partes. Cum enim globi sint, & ipse Sol quoque globus, non possunt omnes eorum partes æqualiter eodem tempore illuminari & calefieri, nec pari modo & mensura. Hæc diversitas & inæqualitas facit ut pars terræ inhabitabilis sit propter frigus, pars propter intolerabilem calorem. Quod aliorum stellarum motus & positus non efficiunt, sed solius terræ circa Solem, aut solius Solis circa terram. Non male igitur auctor Græcus scripsit, ὅτι πάντα εἰσὶν ἀστέρες καλοὶ, ἀλλὰ πάντες ἀγαθοί, ἀλλ' ἐπεὶ κατ' ἀρμονίαν τὸ πᾶν συνίσταται, οἱ μὲν αὐτῶν εἰσὶ ξηροί, οἱ δὲ ὑγραίνουσι, οἱ δὲ ἄλλό τι ἐχουσιν πρὸς τὰς κρείστας αὐτῶν. *Quod stella nulla malefica sunt, sed omnes bona. Quippe cum universum harmonia quadam compositum sit, nonnulla earum sicca sunt, alia humectant, alia aliam habent temperaturam. Sol siccus est, Luna humida. De aliarum temperaturis vix aliquid certi dici potest, cum*

tenuis

tenuis admodum earum sit potestas sive ad humectandum sive ad exsicccandum, ut vix præ intercapedine ac distantia qua à nobis distitæ sunt, hic sentiat. Luna etiam quantumvis proxima terræ sit, quia suo lumine non lucet, nec calorem alium habet quam arcessitum ut ipsa terra, calefaciendi imbecillam admodum vim habet aut nullam, humectandi autem satis exiguam. Quia enim Sol in maria quæ in ipsa sunt radios mittit, ex eo aliquam humiditatem cum luce ipsa ad hæc usque loca demittit, eamque sentiunt qui imminente Luna ambulant dum plena est. Tunc ros etiam major cadit. Tunc ideo fortasse implentur conchylia, cerebella murium, & medullæ ossium in animalibus. Hephæstion scribit, πλὴν βασιλικῶν τᾶξιν καὶ ἡγεμονικῶν διώσκειν ἥλιον καὶ σελήνην ἀνφληθέναι. Ἀλλὰ γὰρ τῶν πρὸς ἀλλήλους σχηματισμῶν καὶ ὁπσῆμων φάσεων ἅπαντα ἀπεργάζεται. Ὁραλαμβάνοντες καὶ τὸν ἥλιον πρὸς αὐτὰς σχηματισμὸν εἰς αὐξήσιν καὶ ὀπίσθιν ἢ ὑποπελαγίων. De Sole verum est, eum principalem & quasi regalem potestatem habere in omnibus quæ fiunt & gignuntur. De Luna certum, non parem ejus esse virtutem, nec majorem videri respectu terræ quam ipsius est terræ adversus Lunā. Utramq; Sol potentem facit gignendorum omnium, dum vim seminis latentem quæ in ipsis est, excuscat & elicit calore suo. Planetarum cat-

rorum

rorum minor etiam potentia est, ac virtus qua in hanc terram agat quatenus remotiores à terra sunt, & suam quoque vim vivificam à Sole mutuantur. Nam si sex isti planetæ cum illis quattuor qui cum Jove ipso circa Solem volvuntur, & quos Telescopiorum ope perspexit hæc ætas, priori incognitos, sine Sole essent, omnes cum terra frigido situ torperent, nec sese invicem ulla ope aut re adjuvare possent ad quicquam ex se progignendum. Fixarum in genituris rationem aliquam ad Apotelesmata inde captanda ab antiquis Genethliacis habitam plane mirandum est, cum minoris longe sint efficientiæ quàm planetæ, & omnino nullius, propter longinquitatem. Quod inde colligi potest. Cum ignea sint ut ex luce qua fulgent, apparet, maxima vis earum in eo consistere videtur, ut lumen & calorem his terris fœnerent. Ad utrumq; tam invalidæ sunt ut illuni nocte cum toto cœlo nitidissime omnes lucent, nemo litteras queat legere ad earum lucernas. Tam nullus autem ex illis calor hic sentiri potest, ut nocte hiberna, cœlo sereno cum maxime pleno ac scintillanti fulgore omnes micant, vim frigoris quando est intensissimum ne minima quidem ex parte frangere queant aut mitigare. Si quod est earum maxime proprium ad nos usque transmittere non valent, lucem ac calorem, non video quam aliam virtutem terris possint infunde-

fundere ex tam alto fastigio, quia ignoro an aliam habeant, cum palam sit eam qua sunt prædita ad non usque non posse descendere. Posse etiam fieri dicunt, ut quæ cælo affixæ videntur stellæ, toridem Soles sint fixi & immobiles circa quos aliquot planetæ moveantur qui videri non possunt. Nam si Sol noster cum suis Planetis ibi locatus esset ipse quidem conspiceretur eo modo & magnitudine haud dispari qua visuntur stellæ fixæ, sed Planetæ ejus nulla ratione conspicui forent. Sed hæc aliis relinquo discutienda qui astra ipsa perambulaverint. Si vera est igitur illa antiqua sententia quam nunc à multis recipi video de motu terræ, & de sideribus vagantibus quod mundi sint, non potest stare Genethliaca, nec genesis, nec Horoscopus, nec Climacteres, nec vita hominis longior aut brevior ex decreto stellarum determinata, nec fata factaque omnia vitæ, cum eventibus & casibus fortuitis independentia. Si communem sequimur opinionem, ne quidem magis consistent. Nam æque ad istam valebunt argumenta quæ posuimus ut ad illam. Cælestia quippe ea corpora quæ *astra* vocantur & *sidera*, & *stellæ*, sive animata esse statuatur atq; animalia, sive inanima, non possunt eam habere potestatem quatenus talia sunt, qualis illis tribuitur. Deinde quæ in hoc mundo fiunt ad hominum generationem pertinentia, & omnium animalium,

eorum-

eorundemque propagationem, naturam, mores, actiones, vivendi tempora, vitæ exitus, alias habent causas, ab astrorum ratione plane semotas & sejunctas, ut jam diximus. Una res potest sideralem disciplinam in statu tueri, si astra Dii sint. Et vero Deos esse omnis antiqua tenuit astrologorum natio in tres sectas divisa, Ægyptiacam, Chaldaicam & Græcam. Hinc ἑῶν, Græci appellationem finxerunt ἄν & ἑῶν, à currendo, quia non alios Deos agnovērunt præter stellas in cælo discurrentes. Erraticas præcipue in hunc censum Deorum reulerunt, non solum poëtæ, sed etiam vulgus, sed etiam Philosophi plerique. Hi sunt eorum αἰὲν ὡς θεοὶ, & qui visu usurpantur, ut ait Apuleius. Cujus & ista de illis verba sunt: *Nam neque de Luna neque de Sole quisquam Græcum aut Barbarus contaverit Deos esse, nec modo istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas, quæ vulgo vagæ ab imperitis nuncupantur. Religio anilis hos Deos habuit, cujus tyrannide oppressa in terris cum fœde vita jaceret,*

Qua caput à cæli regionibus ostendebat

Horribili super aspectu mortalibus adstans,

Epicurum suum canit Lucretius. primum omnium oculos contra tendere esse ausum & obistere. Certe religio illa quam è cæli regionibus *ἡ ἐκὺν πρὸς οὐρανὸν* dicit, non alia fuit quam quæ astra pro numinibus coluit. Hinc tot inscriptiones, *Soli invicto Deo, Divino, Domino, Invanti,*

Æterno

Aeterno positæ leguntur in antiquis monumentis. Item *Soli* & *Luna*, & separatim *Luna Augusta*, *Luna Aeterna*. Et hanc eandem cum *Dianæ* putabant. Reliquas quinque errantes Deorum quoque quos vita colebat nominibus donarunt, & αὐτόχρημα pro Diis venerati sunt. Inde sunt Saturnus, Juppiter, Mars, Venus & Mercurius, quinque errantium nomina & numina quoque. Nam & patrē iis potestatem tribuerunt ad genituras hominum ordinandas & fata eorum disponenda, quā habere credita sunt superstitione vulgo tunc recepta. Venus amorum & libidinum Dea censebatur penes religionem. In cœlo stellam ejus nomine nuncupatam, & numine donatam venerios & libidinosos efficere putabatur. Mars Deus homicidii, vulgo habebatur. Homicidas etiam facere creditur apud astrologos. Mercurius Deorum internuncius ultro citroque volitans à superis ad inferos, ab inferis ad superos, propter hos tam frequentes discursus, levium genituris præsidere & tales facere existimatus est. Etiam callidos & astutos, quia furtorum Deus erat, ut natura furacissimus. Aufer nomē Veneris ab ea stella quæ sic vocata est, simulq; numinis potestatem quam ut Venus Dea habere credita est libidinosos creandi cum in Horoscopo posita est, sustuleris & artem quæ hoc docet. Nam si Venus nulla fuit, si Dea non fuit nec est, nec

D d d

sane

sane unquam hoc potuit effici, neque nunc potest, ut stella quæ hoc nomine vocatur, virtute & potentia prædita sit faciendi homines delectabiles, lætos, vocales, assiduo lufui vacâtes, amabiles, gratos, venustos, amatores, libidinosos, si domina genitura fuerit effecta. Eadem cum Marte juncta in Medii cœli parte mœchos facit. Cur? Quia Mars cum Venere in adulterio deprehensus fuit à marito ejus Vulcano. Fabula sit hoc totum, quid fiet ætati quæ apotelesma hujusmodi commenta est? Abibit in vanum & irritum cum ipso adulterio fabuloso ficticiorum numinum. Filias cum patribus concumbentes, matres cum natis, sorores cum fratribus, efficit Venus in finibus & domicilio Saturni inventa, Marte testimonium iis perhibente. Ex fabula poëtica Saturni cum matre, cum filiabus & cum sororibus rem habentis istud commentum natum est. Idem de aliis, ne longior sim. Et sane constat omnia Astrologiæ ἀποπελοματικῆς dogmata & axiomata non posse cōsistere, nisi fabulis illis locus detur, quas poëtæ veteres confinxerunt, & nisi stellis ipsis virtus imensa & potestas divina tribuatur. Non enim est nisi summi & potentissimi numinis fata nascentium condere, animas eorum astutas aut stolidas creare, doctas aut imperitas, sapientes aut insipientes, graves aut leves, continentibus aut libidinosas, temperâtes aut luxuriosas,

riosas, easdem ad prava aut recta consilia impellere, vitæ earundem terminū statuere longum aut brevem, & præterea omnia fortuita moderari, atque ita decernere ut aliquis incendio pereat, alius suspendio, alius naufragio, alius gladio. Nec ipsos tantum Planetas pro Diis obtruserunt, sed etiam signa Zodiaci & eorum partes singulas quibus Decanos quosdam præsidere tradiderunt, eorumque Munifices & Administros, quos Deos omnes vocarunt & quibus magnorum numinum potestates attribuerunt. Ægyptiorum hæc sunt, qui & ipsi septem Planetis Deorum suorum nomina imposuerunt, & potestatem eandem adscripserunt. Nam, ut ante dixi, quæ Saturni stella est Græcis, ipsis est Nemesis stella. Quæ apud Græcos Jovis stella est, eam Osiridis stellam vocitant. Herculis stellam, quam Græci appellant Martis. Mercurius Græcorum, Apollo est Ægyptiorum. Omnes sectæ Genethliacæ in eo conveniunt, ut stellæ Dii sint. Non aliud sane fundamentū ars habet quam hoc, ut Dii esse credantur quæ stellæ sunt. Hinc & *divinam artem* vocarunt & *caelestem*, quæ tota in Deorum potestate & decretis sita esset. Ita ergo ingreditur Manilius opus suum de Genethliacæ:

Carminē divinas artes & conscia fati

Sidera, diversos hominum variantia casus

Cælestis rationis opus, deducere Mundo.

Aggredior.

D d d 2

Cæte-

Cæterum ne dubitemus amplius an Deos esse stellas crediderint Astrologi veteres, adponam hic jurisjurandi formulam qua magistri hujus disciplinæ adigebant discipulos suos & lectores ad artis arcana celanda, & profanis atque ἀμυήτοις non communicanda. Eam posuit Valens in Libri septimi initio quo libro opus suum de Genethliaca clausit. Νά οὐταυς & ultimus πῆξις tantum habet ὀργάνων, quibus investiganda est ὠροσκοπῶσα μοῖρα. His igitur verbis ab eo concepta est sicut ab antiquioribus præceptoribus accepit adinstar juramenti quod Hippocrates à Medicis suis exigit. Ἐν τυγχάνοντες ὀρκίζω ἡλὶς μὴ ἱερὸν κύκλον, & σελήνης αἰωμάτους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν αἰσέρων διαβάμεν, καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζωδίων ἐν ὧν κρύφοις ταῦτα ἔχιν, καὶ τοῖς ἀπαιδύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μετὰδιδόναι. πμὴν τε καὶ μνήμην τῶ εἰσηρησμένων ὧν ἐνέμεν. Ὀρκεῖσσι μὴ δὲ εἶη καὶ κατὰ θυμιοὶ οἱ περὶ κείμενοι θεοὶ, ἴππορκεῖσσι δὲ τὰ ἐν ἀνθία. *Adjuro eos qui hac legent, per Solis sacrum circulum & Luna inaequales cursus, & reliquarum Stellarum potestates, & circulum duodecim signorum, ut ista habeant in arcanis. Ne indoctis & profanis ea communicare velint. Honorem & gratam memoriam doctori suo impertiant. Bene sit hoc juramentum sanctum & ratum habentibus, & Dii qui hic nominati sunt, propitii. Fallentibus omnia contraria eveniant. Adeo autem divinam esse, & à Diis ipsis descendere hanc scientiam, si*

est

est scientia, sibi persuaserint, ut omnes alias divinandi rationes ab ista dirigi & manare crediderint. Τὸ ἐνθουσιαστικὸν futura prædicendi genus quo homines veluti Deo pleni & eo incitante correpti furore vaticinari dicuntur, astrorum ἀποτέλεσμα est. Sed & Enthetorum & vatum sunt geniturae. Τὸ ἐνθροπολικὸν, quod maxime cum Enthusiastico probabat Plato cum Stoicis, quodque à sancta Scriptura quasi legitimum solum ac verum admittitur, ab iisdem sideribus defluere existimarunt. Nam ut veracia essent somnia, Ægyptii antiqui certos dies observabāt, quæ visiones si aliis diebus objicerentur per somnium, eas nō procedere, & sine effectu cadere credebant. Caput est apud Hephæstionem, ἐν ποίαις ἡμέραις τῆ σελήνης ἀληθεύουσιν οἱ ὄντροι, quibus Luna diebus somnia solent esse veracia. Scribit deinde, χερμαπισκὰς ἢ ἡμέρας ἐν ὀνείροις οἱ παλαιοὶ Αἰγύπτιοι ἐπετήρησαν. Subjicit ibidem primam Lunæ, secundam & tertiam, non esse idoneas ad videnda vera somnia. Quarta, quinta & sexta, evenire quæ visa fuerint, ἀποβαίνον τὰ ὀφθέντα. Somnia septimæ eventum habere intra quattuor dies. Quæ octava somniantur, intra annum. Somnia nonæ, ἀνέχονται esse. Decimæ & undecimæ, intra dies quattuor exitum fortiuntur. Plura non adscribam, nam tædet harum nugarum. Τὸ φυσιογνωμονικὸν cujus par-

resunt χροματικὴ & μεταποικτικὴ, astricz scientiæ accessio est. Non enim lineas tantum manuum & frontis rugas, sed etiam totius corporis lineamenta stellæ componunt, notas vultus & nævos, ac genitiva omnia signa quæ in corpore cuiusquam inveniuntur. Inde etiam hætiolantur, in diversis partibus manus litteras divinas esse, planetarum characteres sive signa, quæ & suum locum fortiri pro planetarum situ garrunt. Aruspicinam etiam volunt quanta & qualis olim fuit ab astrica instructâ fuisse. Ab astro-
rum quippe γήματα ποῖς habitum extorū & colorē, γήματα vocant Ἡ Φαισίων & alii Græci, quibus significari futura credebant, conformari idem auctor ille scripsit. Sed si falsa Astrologia, quomodo vera erit Aruspicina? Ideo sane repudiata est vel jam olim ut vana, at durat Astrologia quæ fons est omnis vanitatis & falsitatis. Τὸ θυμικὸν genus divinationis improbabat Pythagoras, & recte. Olim tamen apud omnes fere gentes hæc divinatio frequentata est, plurimi etiam populi in ea excolenda excelluerunt; ut Etrusci, Elii, Ægyptii & Pœni. Quo nunc abiit virtus illa stellarum quæ notas illas & characteres extis animalium cælorum imprimebat, & vim his addebat futuri significandi, quæq; homines hujus scientiæ peritos generabat? Avium divinatio, id est auguratio, eundem exitum fecit quæ & can-

eandem originem & causam habuit, ab astris nempe, quæ & volatum præperum dirigebant, & oscinum cantum effingebant, & alia omnia signa ostendebant, eaque rata & firma efficiebant, ex quibus auspicia sumebantur. Ciceronis ætate Augurium jam vilescere incipiebat & irrideri, retinebatur tamen dicis tantum gratia, ut vetus quidam mos & disciplina in republica recepta. Sed desit tandem vel priusquam religio ipsa gentiliū concideret. Cur igitur tam utilis antiquis existimata ac tam vera divinandi ars abolita est? An extincta illa vis in astris quæ & scientiam produxerat, & peritos artis fingeat? Fulgura hodie sunt, tonitrua, fulminum jactus cadunt in terras, & æque ut olim frequentes. Sed nulla ex his divinandi ratio in usu est, neque disciplina quæ antiquis summopere celebrata est. Hanc etiam potestatem astra amiserunt, quia non amplius fulgurum interpretes faciunt, ut neque extispices, neq; auspices. Astrum fundus & auctor est omnium quæ fortuito cadunt & fortunæ munere eveniunt. Ergo & per Sortes divinandi ratio ab astris manavit, quæ & fortunā gubernant. Plura earum genera & multis in locis fuere, maxime tamen celebratæ sunt Prænestinæ. Apud eam urbem in æde Fortunæ arca conditæ servabantur. Cum quis eas adire vellet, & iis uti, *manu pueri miscebantur & ducebantur*, ut Cicero

ait in libro de Divinatione. De his ergo intelligendi hi Tibulli versus :

Ille manu pueri sortes ter sustulit, ille

Rettulit è trinis omina certa puer.

Ter sortes manu pueri duxit, è trinis certa omina ei relata sunt. Sic enim ibi scribendum. Scaliger locum non intellexit. Tempore Ciceronis genus hoc divinationis jam vita communis exploserat, & apud vulgus tantum earum auctoritas valebat. *Fani*, inquit, *pulcritudo & vetustas Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgum. Quis enim magistratus aut quis vir illustrior utitur sortibus? Aliis in locis sortes plane refrixisse* ibidem ait. Hodie & pleraque alia genera divinationum, quæ apud priores maxime viguerunt, plane exolevere. Solum ex his *χίροσκοπήν* regnat nunc penes famelicos errones & impostores, ex Mercurij prosapia tagaces furunculos, qui vulgo *Aegyptii* vocantur & *Bohemi*, cum sit nebulonum colluvies ex omnibustractibus & hominum generibus coalita. Ergo potestas ea fidei quæ *μαντικῆς* illas animas prodebat, nunc prorsus evanuit. In prodigiosis & monstrosis partibus aliquid ominosum esse, & futuri *σημαντικῆν* antiquitas credidit. Τεγγῶν illorū genituram ideo sibi vindicavit Astrologia. Tunc enim progigni ea solita vult cum lumina, i.e. Sol & Luna, conjuncta non sunt ulla configuratione cū Horoscopo, & in *ἀστρο-
κλίσι*

καίσι ejus posita, hoc est duodecimo ab Horoscopo signo, qui locus κακοδαίμων^Θ dicitur, & ἀποκλιμα ὠροσκόπη, & cum Cardines à malevolis stellis possessi fuerint. Hephæstion capite ἐν τῇ πρῶτῳ, ὅτι τῇ πρῶτῳ, inquit, εἰσὶν αἱ τὰ μὲν φῶτα ἀποκεκλιμένα ἢ αἰσώδεται τῷ ὠροσκόπῳ ὡς ὅτι πᾶν, τὰ δὲ κέντρα διήλημμένα ἐπὶ τῇ κακοποιῳ. At quis ignorat naturales esse causas quibus tales eduntur partus, nec astris cuiquam loci dari in iis progignendis? Defectus aut redundantia seminis ut plurimum eos concipit, aut visum aliquod objectum imaginationi mulieris dum concipit. Si mulier capite canino infantem peperit, aut hircino, sæpe fit ut cum hirco aut cum cane concubuerit. Utriusque exempla sunt. Si ovis aut capra aut vacca foetum enixa est in quo aliquid sit hominis, promptum est dicere quod Æsopus olim suasit domino cujus pecora monstrum tale pepererant, qui ostentum ab haruspicibus procurari volebat, *Vxores da tuis pastoribus*. Si tanta vis est in sideribus ut hæc omnia efficiant quæ jam memorata sunt, non potest esse nisi divina, nec possunt astra nisi pro numinibus haberi, ut etiam habita sunt ab artis repertoribus ac doctoribus. Tropica signa animas μανικάς, id est divinandi peritia pollentes, in hominibus generare, auctor est Ptolemæus. Ipsi vero planetæ prout οἰκοδεσποτεῖαν animæ singuli

seorsum acceperint aut cū aliis juncti, omni-
 genas animarum qualitates & mores fabri-
 cant, ut nulla sit anima quocunque genere
 ingeniata aut morata quin alicui planetæ hoc
 acceptum referre debeat, quem in ortu suo
 & hora natali dominum & οἰκοδεσπότην for-
 rita sit. Ut hoc defendant, & scientiæ suæ
 veritatem adstruant, ajunt τὰ γήινα συμπα-
 ρεῖν τοῖς ὑπερβόλοις, consensum & concentum
 quendam esse inter terrestria & cælestia. Im-
 mo diceret alius, inter cælestia & cælestia, vel
 inter terrestria & terrestria. Nā si vera est quæ
 jam hodie recipitur omnium ferme consensu
 sententia, Luna terra altera est, quam tamen
 ortum nascentium in hac terra moderari ple-
 rique priscorum Astrologorum tradiderunt.
 Terra vero hæc nostra cum circumundique
 à cælo ambiatur, & in ipso æthere hand se-
 cus ac Luna pendeat, non minus cælestis
 globi nomen habere videtur debere quam
 Luna. Enimvero si quis in orbe Lunæ esset,
 æque terræ globum in aere videret quasi sus-
 pensum, ut sæpe Lunam hinc eodem modo
 pendentem cum horrore quodam Teleσκο-
 πῑ ope conspeximus. Sed sit illa συμπαρεῖν
 quam volunt inter illa quæ vocant cælestia
 & hoc terrestre corpus, non tamen ad eum
 modum esse potest ut usque ad animū homi-
 nis formandum, intellectum instruendum,
 voluntatem movendam pervadat, & bea-
 tam

tam illi vitam aut infelicem in hoc mundo
 procurandam. Cujus felicitatis & *Edaumo-*
vias cum pars non minima sit, longæva sene-
 ctus, eadem etiam astrorum judiciis & de-
 eretis accepta ferri debet. Ex quo etiam
 consequeretur & salutem animarum & perdi-
 tionem in altero sæculo futuram ab eodem
 fato siderali pendere. Quod non solum ridi-
 culum est, sed etiam impium dictum, nedum
 sit si credatur. *Monstra Chaldaeorum* hæc esse,
 ut veteres dixerunt, nemo sanus non assen-
 tiatur. Ut breve faciam, aut astra Dii sunt,
 aut nulla est astrologia. Atqui non sunt. Ergo.
 Si Dii essent septem illi Planetæ quorū longe
 maximam potentiam esse & maxime *spas-*
xlu statuunt ad omnia quæ in genituras inci-
 dunt, eventa & effecta, cur numina non
 erunt astra illa summo ætheri affixa & cū mun-
 do tantum currentia? Ita vero existeret innu-
 merabilis Deorum multitudo. Si essent Dii,
 non minore potentia præditi esse videren-
 tur quam hi septem qui terræ sunt vicini-
 res. Non enim longinquitas eorum virtuti
 obstarat, cum Deus usque in infinitum eam
 mittere possit. Sed quod mirum est, singula-
 ria illa sidera vix pro numinibus habent, com-
 posita vero & in aliquam veluti corporis for-
 mam stulta imaginatione concreta & effigia-
 ta, potentissimorum instar numinum obti-
 nere voluerunt. Nam Zodia signiferi, & re-
 liqua

liqua omnia signa cœli extra Zodiacum circulum quæ ex pluribus stellis formata & veluti corporata, totidem numina sunt. Sed aliæ earum figuræ & effigies in Sphæra Persica, aliæ in Indica, aliæ in Ægyptiaca & Græcica constituuntur. Ex his omnibus; in tanta eorum varietate & inconstantia, hoc tantum certum est & constans, effigies illas & *μυσταφαιδς* cælestes aliqua divina pollere potestate ad nascentium puerorum fata dispensanda, eorum animas & corpora formanda, ex eoque ingenia, mores, animum, actiones vitæ, casus cujusque & eventus fingendos. Hinc Decani Ægyptiorum Astrologiæ eorumque *ἀστειοί*, Dii utrique & cum eadem potentia quam Planetæ, Dii & ipsi, possident, quorum personas sustinent, ut supra docui. Iterum ergo dicam, si sidera Dii non sunt, non potest esse Astrologia. Et miror hodie ab hominibus qui non possunt hos Deos credere, fidem huic vanitati haberi, pro scientia & quidem vera certaque eam excolere, & in ea se etiam venditare. Certum quippe est sub Imperatoribus Christianis si qui huic arti operam dederunt & aliquid in ea ediderunt publice, gentilis professionis fuisse, non Christianæ, ut Valens fuit, Firmicus, Hephæstion & alii plurimi. Multo minus probandum quod quidam ex Neotericis & quidem Christi fidem professis, genituram Christi ediderunt, & im-

pium

pium hoc facinus quasi bonum factum defendunt. Saniores nonnulli ex secta Græcorum Astrologica, virtutem illam astrorum quam in fatis geniturarum faciendis ponunt, ἀπορροίαν esse tradiderunt. Nam ut auctor est Sextus Empiricus adversus Mathematicos hoc argumento artem suam tuebantur, quod dicerent, terrestria hæc cum cælestibus consensionem habere, καὶ καὶ τὰς ἐκείνων ἀπορροίας ἐκείσιν ταύτῃ νεοχμῶσιν. Et ex illorum influxibus ea semper immutari. ἀπορροία est defluxus, non influxus. Hodie tamen passim ita vocant vulgares Astrologi, influxum & influentiam. Sed quod à stella defluit, in hominem vel herbam vel lapidem influit. Nec influxus tantum est ratione corporis cui influit, sed etiam ejus unde virtus defluit. Nam per defluxum sui corporis sidus in illud influit corpus. *Influxum* lego apud Firmicum lib. 1. cap. 1. *Quid invocas arator Deds? Sine cura numinis tui stellarum tantum influxu, ingenio segetis, sulcus aquatus est.* Sciendum tamen est verba illa, *stellarum influxu* in libris scriptis non reperiri. Magnetē ferrum rapere dixerunt Physici καὶ ἀπορροίαν, per defluxum, idest per vim à magnete effluentem & in ferrū influentem. Sed illa ἀπορροία astrorum cum spiritus quidam subtilis esse debeat è stellæ corpore emanans an ex tanto intervallo purus & sincerus ad nos usque potest permanare? Per ætherem quidem ipsum descen-

scendens utcumque se purum & integrum
 conservare posset, sed ingressus nebulosum &
 turbidū aerem qui terræ nostræ circumfun-
 ditur, non parvam inde labem ex contagione
 posset contrahere. Præterea ne hoc quidem
 descendere est. Non enim minus è terra hæc
 nostra in Lunam ascenditur quam è Luna in
 terram. Descensus & ascensus uterque est.
 Cælum undique & undique cælum tam cir-
 ca terram quam circa Lunam. A media qui-
 dem aeris regione pluviz & fulmina & gran-
 dines in terram cadunt, & è terra vapores ad
 illam regionem ascendunt. Sed quæ ex astro-
 uno in alterum fit ἀντίρροια, non magis descen-
 dit quam ascendit. At ἀντίρροια ista si conce-
 datur, & si à stellis in hominem influere pos-
 se videatur, an eos effectus habere potest
 quos illi tribuunt? Non est sane majoris vir-
 tutis quam ipsa stella quæ eam emittit. Nam
 ipsa est stellæ virtus ab ea effluens. At non
 potest esse tam multiplex & ex tam contra-
 riis constans facultatibus ut in hominem illa-
 bens animam ejus formet ratione præditam,
 in animal brutum cadens rationis expertus illud
 faciat, arbori se infundens vel herbæ animam
 vegetantem ei impertiat. Et arbori quidem se
 intinuans supra omnes herbas & arbuta
 eam solo tollat, herbas vero ad solum de-
 primat, dissimilitudines tantas fructuum, sa-
 porū, colorum in singulis quæ solo gignuntur
 inge-

ingeneret. Atqui ex Solis potestate de reliquorum siderum virtute conjecturam facere possumus. Cum ille regis vices supra omnes teneat, & unus omnium potentissimus sit & efficientissimus in rebus creandis quascunque tellus fert, geniturisq; ipsis hominum disponendis, præter calorem & lucem nulla alia vi peculiari & propria pollet, ut jam docuimus. Ea unica potestate lenticula in superficie aquarum stantium ut nascatur efficit, muscus in petris, gramen in pratis, atque ita cætera omnia prout seminis è quo generantur, natura est. Vere rosa producit, non peculiari stellæ alicujus *ἀστροποιῶ*, sed ex proprii seminis vi, frumentum æstate, uva autumno, oliva hieme. Tantam dissimilitudinē frugū & fructuum pro temporibus quibus nascuntur, pro locis in quibus proveniunt, & pro seminibus è quibus oriuntur, una virtus Solis quæ unius modi est & generis, efficit. Si stellæ cæteræ tam multiplici potestate essent præditæ, Sol ipsum longe antecellerent qui tamen omnes vincit. Nam Solem & Lunam vitam nostram præcipue moderari volūt. Et cum corpora nostra duplici natura consent, sentiendi & crescendi, τὸ αἰσθητὸν, hoc est sentiendi naturam, de Sole, τὸ φυτὸν, sive crescendi de Luna ad nos descendere. Conversationes autem & actus omnes nostros tam ad ipsa duo lumina quam ad reliquas quinque vagas referri. Alii aliter hæc defini-

definiunt. Sed de *ὑπερροία* videamus. Non fit sine flatu & spiritu aliquo. Unde & contagio pestilentiae *λοιμικὴ ὑπερροία* dicitur, quæ non tantum contactu ipso, sed quodam afflatu ex proximitate transire solet. Veteres Philosophi *χεῖρας ὑπερροίας* esse dicebant, atque ita visum fieri. Nam ex rebus & corporibus quæ visu usurpatur effluere aliquid unde visus formatur. Vapores qui è terra sursum ascendunt *ὑπερροίας ἀτμίδας* vocat Aristoteles. *Flamina* appellat Lucretius illas *Magnetis ὑπερροίας* quibus ferrum trahit. Sic enim apud eundem legendum lib. vi.

————— *tum fit*

Impellant ut eam Magnesia flamina saxi,
vel Magnesia flamine saxa, τῇ ὑπερροίᾳ. Odores etiam sentiuntur per *ὑπερροίαν* quæ ex floribus fit aut aromatis. *Ἀπὸρροία* itaque siderum ad nos si aliqua potest pervenire, oportet tali modo fiat. Alexander in Problematis ait, canibus quod rabie ut plurimum in summis ardoribus laborent, id contingere juxta quorundam opinionem ex *ὑπερροίᾳ* Caniculæ sideris. *Τινὲς ὃ φασιν, inquit, καὶ τὴν κινῶν τὸ ἄστρον συμβάλλει κατὰ τινὰ ὑπερροίαν τέτοις πρὸς τὴν λίτῃν.* Similis ergo est *ὑπερροία* quæ nascētibz influens, & defluens à sideribus eos animat, format, ingenium iis, mores, animum fingit, fortunam bonam malamve fabricat, vitā longam aut brevem largitur. *Contagionem* appellat Cicero

Cicero istam ἀπόρροισιν in libro de divinatione. *Quæ potest igitur contagio ex infinito pæne intervallo pertinere ad Lunam, vel potius ad terram? Quâ hæc delira sint non opus est dicere. Hoc tantum hic volumus, aliam esse opinionem eorum qui per ἀπόρροισιν siderum hæc fieri dixerunt, aliam quæ statuit decreto stellarum eadem effici. Hi sunt qui decernere stellas dicunt, qui iudicia & decreta earum appellant, ut sæpe Firmicus, Græci quoque χρηματίζην, quod est ius reddere ac decernere. Per hæc divina quædā potestas stellis tribuitur, & infinita. Illi vero alteri naturalem potestatem tantum dant eisdem sideribus, quæ per ἀπόρροισιν eorum influit ex alto demissa. Ita Canis sideris ἀπόρροισιν facit canes rabiosos non ullo quasi divino decreto & imperio, sed naturali quadam potestate quæ à Caniculæ sidere in canem animal delabitur. Cum enim illa exoriens ardentissimos calores excitare credatur, ab illis rabiem cum contrahant canes, quasi per ἀπόρροισιν quandam illius sideris id malum putantur trahere. Sed an quod Deus irrevocabiliter statuit & decernit ut fatum sit, hoc per ἀπόρροισιν facere censendus est? Atqui fatū esse volunt & quidem immutabile quod stellæ nascentibus decernunt, unde & ῥέειν pro fato ipso & εἰμαρμένῃ usurparunt. Diodorus Tarsensis, vel potius Photius de illo, sed ex illo, ἡ ἀπόρροισις ἣν ἔχει τὸ οἰκόμενον πρὸς τὸ αἰόλη-*

τον κῆ ἦν πρὸς ἀλλήλας τὰ κλίματα ἔχουσι ἢ ἀνατρο-
 πῶν τῶν γῆσεων, ἥτοι τῶν εἰμαρμένης, ποιῇ. Eidem
 auctori alibi passim ἡ γῆσις & ἡ εἰμαρμένη idē
 significant. Ita Bardesanes τὸ αὐτεξέσπον homi-
 nis, idest liberum arbitrium, τῇ γῆσι ὀρπονιτ,
 i. e. fato. κρελῆϊ ᾗ, inquit, ἐν ἐκείνῃ μοίρᾳ τῶν
 θρώπων νόμος ἐθέσθη. Διὰ τὸ αὐτεξέσπον δὲ αὐθροῦπε
 κῆ ἐκ ἀναγκάει ἡ γῆσις οὗ. Σῆρας μὴ θέλοντας
 φονεύειν, ἡ οὗ Βερχμᾶνας κρεωφαγεῖν. Sed Ge-
 nesis particulare est singulorum hominum fa-
 tum, cum aliud sit generale quod omnia
 comprehendit. Quæstio est cum illud fatum
 componant stellæ per ἀπόρροϊαν, an ex imperio
 decernant, quod Deo soli competit. Deos
 esse sidera secta quædam Astrologorum vo-
 luit. Ergo tanquam Dii decernunt. Alia secta
 planetas nominibus Deorum non appellavit,
 sed à genere fulgoris quo splendere videntur.
 Saturnus illis φαίνων vocatur, Juppiter φαέων
 Mars πυρόεις, Venus φωσφόρος, Mercurius
 εἰλβων. Quæ omnia lucis & fulgoris nomina
 sunt, & qualitates. Ægyptiis has appellationes
 tribuit Firmicus. Sed verum non est, ut ex
 iis quæ diximus constat. Babylonios ita voca-
 se tradit Valens, quod verum puto. Fortasse
 Epigenes vel Berosus Babylonii qui de astro-
 logia Græco sermone scripserunt, has appella-
 tiones ex vi nominum Chaldæorum expref-
 sas ediderunt. An eorum est opinio de stellis
 per ἀπόρροϊαν agentibus, non per aliquā divi-
 nam

nam potestatem pro absoluto imperio id quod velit decernentem. Certe Chaldæis tribuit Cicero, contagionē illam ē sideribus in terras defluentem, & aerē vel cælum hoc vel illo modo ea contagione temperatum & affectum pueros orientes animare & formare, & fata eorum diversa pro cuiusque genesi condere. Chaldæos tamen eo tempore omnes *ἡγεθλιακὰς* vocarunt sive essent Babylonii, sive Ægyptii, sive Græci. Deinde etiam dubitari potest, an non *ἀπὸρροία* Dei dici queat Spiritus ille ejus qui omnia implet & pervadit, qui omnibus infunditur, à quo omnia vegetantur & sospitātur, quo se hominibus communicat, quo sapientiam illis largitur, & alia bona quæ nisi à Deo homini dari non possunt. Certe Sextus Empiricus postquam docuit ex hypothese Chaldæorum τὰ ὀπίγχα ἐκάστω τε καὶ ταῖς ἑρμενείων ἀπὸρροίας νεοχμῶδες, per influxum cælestium subinde ea quæ in terris sunt immutari, subjungit continuo,

Τοῦτο γὰρ νῦν ἐστὶν ὀπιχθονίων ἀνθρώπων
Οἷον ἐπ' ἡμᾶς ἄγῃσι πατέρ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Ergo Juppiter ille Deorum atque hominum pater per *ἀπὸρροίαν* i. e. per spiritum ab eo emanantem & omnibus sese insinuantem mentes hominum subinde regit, & quo vult flectit & inclinatur. Hæc eadem potestas cum adscribatur astris, non potest non videri divīna, neque

Ecc 2 ipsa

ipsa non ~~pro~~ Diis haberi. Inde & illa cognatio qua cum stellis nos conjunctos esse Firmicus prædicat, quæ si Dii non sunt, non magni facienda nec tantopere prædicanda est illa cognatio. Eam cum Diis ipsis homines habere veriores ac saniores gentium Philosophi tradiderunt. Cum hæc ita sint, impossibile est bonum Christianum esse bonum astrologum. Ne quidem bonus Physicus concedere possit in placita astrologorum, aut eorum artē pro legitima & vera ducere, quæ principia naturalis sapientiæ omnia evertit. Antiquiores quidam Philosophi τὸ ποιητικὸν astris ademerunt, τὸ σιμυαντικὸν reliquerunt. Diogenes Stoicus, ut Cicero tradit, concedebat quidem iis aliquid ut prædicere possent, duntaxat quali quisque natura & ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit, cætera quæ profitebantur negabat ullo modo posse sciri. *Etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerunque disparē.* Ne quidem is in omnibus τὸ σιμυαντικὸν iis dabat, cum τὸ ποιητικὸν omnino denegaret. Clarius Plotinus in libro qui inscribitur, *Si faciunt astra*, pronuntiat nihil vi nec potestate eorum hominibus evenire, *sed ea que Deus decreti necessitate in singulos sancit, ita per horum septem transitum, stationem, recessumve monstrari, ut aves seu prætervolando, seu stando futura pennis vel voce significant nescientes.* Hæc Macrobius. Hodie hic Tractatus in libris

Plo.

Plotini reperitur, *εἰ ποῖε τὰ ἀστέρα*. Sed alia quæ habet Macrobius ibi non habentur. Tantum dicit ea esse *σημαντικὰ* ut ex avibus & aliis animalibus fit divinationo. Ne illud quidem verum est id astra habere quod iis dat Plotinus, *τὸ σημαντικὸν*. Et prævaricatione quadam certum est hoc eis concedi. Nec sane magis futura significare possunt astra transeundo, stando aut recedendo, quam aves prætervolando aut stando. Si *σημαντικὰ* sunt futuri, certum est tamen nullo modo posse percipi rationem qua ad verum exacte perveniat in iis prænoscentis vel prædicendis quæ significant. Præterea nihil incertius, fallacius, vanius, futilius illa methodo qua utuntur ad Natalicia fata prædicenda. Experientia postremo omnium sæculorum docuit prædictiones eorum irritas & sine effectu semper fere cadere. Si aliquando aliquis vera prædixit, id casu accidisse dicendum. Id quod etiam sæpe contigit in aliis divinandi artibus quæ diu viguere, postea summo omnium gentium consensu rejectæ ac repudiatae sunt, ut vanæ & fallaces. Haruspicina & Augurium non tam longo tempore apud tam multas gentes receptæ ac retentæ fuissent, si nullus unquam haruspex aut nullus augur, verum ex arte sua divinando prædixisset. Cur tandem abolitæ sunt? Quia fallacia earum & falsitas tandem comperta est. Unum prædictum se-

mel casu verum deprehensum plus valet in vulgus ad scientiam pro vera recipiendam quam sexcenta mendacia comperta. Sic illæ artes aliquandiu steterere errore vulgi & falsa persuasione. Idem de Astrologia dicendum quam miror hodie adhuc fatuos invenire, cum aliæ divinationes non ipsa vaniores pridem evanuerint. Quod allegant terrena hæc cælestium sensu affici ac ductu, quod certis anni temporibus, tempestates variæ, cæli conversiones commutationesque tantæ fiant, accessu stellarum & recessu, exortu & occasu, nihil simile est. Aut si simile aliquid, in eo certe est quod nec astra orientia & cadentia *πλητὰ* sunt tempestatum, nec etiam si quis vere velit æstimare, *σημετὰ*. Quod non *πλητὰ* sint, sole clarius est. Nam si essent, ad ejusdem sideris ortum & occasum semper eadem tempestates provenirent, aut venti, aut pluviae, aut grandines aut fulgura aut nives, aut siccitates. Atqui videmus & quotidiana id monstrat experientia, tempestatem quamcunq; sæpe prævenire sideris exortum, interdum post fieri, aliquando in ortu ejus, sæpissime vel nec omnino evenire. An hoc fieret si sidus in ortu vel occasu suo causa esset hujus tempestatis? Certe semper eodem modo veniret, & statim eo oriente vel occidente sese ostenderet. Caniculæ ortus ingentes calores excitare creditur, & nemo non hoc

hoc ita esse sibi persuadet. Si hoc esset, eodem modo semper ad Caniculæ exortum & per omnes dies quibus videtur, æstus & siccitates similes existerent. Ut sæpe hoc fiat, non tamen semper fit. Nam & frigus & pluvias vidi non infrequenter per illud omne tempus dierum qui *Caniculares* vulgo inde vocantur. An nulla pluviosa sidera in Ægypto oriuntur nec occidunt? Cur igitur ibi tam raræ pluvix, & fere tam nullæ? Si sidera *πρητικὰ* essent tempestatum, essent etiam *σημαντικὰ*. Nullus enim Astronomus, aut Calendarii cælestis calculator falli posset in prædictione tempestatum faciendæ & signandæ. Tale signum exorients pluviam facit, aut ventum, aut nivem, aut æstum. Ita ergo facile quod verum est, prædicere inde posset. Cur tam sæpe ratio eos fugit & calculo utuntur parum certo? Nempe inconstantia cæli hoc præstat, & quia non ab astrorum obitu & ortu pendent tanquam à causis suis, tempestatum eventus. Idem dici debet de Natalitiis prædictionibus. Si stellæ facerent genituræ fata, facile esset ea prænoscere. Nunc cum nec *πρητικὸν* habeant, ne quidem *σημαντικὸν* habere possunt. In Astronomia τὸ *σημαντικὸν* cum non multo melius procedat, multa tamen signa dantur ex quibus conjectura capi potest de futura tempestate, sed ea tantum quæ paucò tempore præcedant adventū ejus.

Ex astrorum etiam accessu & recessu potest aliquando cœli commutatio prædici, quia aliquando in ipso ortus aut occasus ejus tempore contingit. Inde & verum interdum dicunt Almanachiorum conscribillatores, sed non semper: Nihil omnino incertius. Nescitur enim quando sit, & an omnino eventurum quod prædixerunt. *Præsiderare* Latini dicebant, cum maturius hiberna tempestas moveatur, quasi ante sideris tempus, ut ait Festus. Hoc Græcis est *προχειμαζειν*. Cum tempore suo fiunt *χειμαζειν*, cum post confectum sidus eveniunt, *μετχειμαζειν* & *ὑπχειμαζειν*. Verba Vegetii ex lib. v. cap. x. quibus hæc explicat ita legenda sunt, *Aut circa diem statum, aut ante, vel postea, tempestates fieri compertum est. Unde præcedentes προχειμασιν, nascentes die sollemni χειμασιν, subsequentes μεταχειμασιν Græco vocabulo nuncupaverunt.* Si semper statò die fierent, prædici etiam semper ad verum possent. Sed quomodo potest prænoscere Ephemeridû computator, utrû sequente anno præsideratio, an sideratio, an vero postsideratio futura sit? Si in hoc vicino aere paulo supra nos quæ fiant adeo incerta sunt, quæ unius Solis vi efficiuntur, quæ videmus & sentimus, quanto eorum est major incertitudo & prænoscenti difficultas, ad quæ observanda & colligenda tot siderum concursus & mixtura requiritur & tot *χηματισμοί*, & in iis rebus quæ

animi

animi spectant qualitates, & vitæ mensuram, & actionum humanarū diversitatem, & casuum infinitam varietatem? Nemo certe nascitur quin eo nascente Sol in aliqua parte signiferi sit, & cum aliis stellis & signis aliquarum quos vocant *ἀστρονομῶν*, triangulorum & quadratorum, hexagonorum & diametrorum consensione conjunctus; aut etiam quin in ortu ejus qui nascitur aliqua stella ex iis quas errantes nominant, aut ex aliis quæ non vagantur, constituta inveniat, aut aliqua earum quæ dictæ sunt configurationum cum aliis sociata vel dissociata. *συνδετικὰ* vocant & *ἀσυνδετικὰ ἄστρα*. Sed harum stellarum ordo ita dispositarum die cujusque natalitio ut nec aerem nec cælum immutat, nec aliqua temperatura nova illud afficit, ita nec nascentis felicitates aut infortunia componit, non animi bona aut mala, virtutes aut vitia ingenerat, non animam infundit, nec animum format, nec quidquam eorum quæ ad vitam aut mortem pertinent ejus qui natus est, efficit. Solis vis & seminum naturalis proprietas ex quibus quidque oritur cum potestate terræ genitabili ex qua prodeunt, omnium rerum creandarum & augendarum & alendarum causas continent. Similiter nulla fit tempestas quocunque anni tempore, in vicino hoc nobis aere, quin circa aliquem signorum ortum & occasum accidat, non tamen ut

Ecc 5

causa

causa earum sit in ullo signorum oriente aut cadente. Ex vaporibus è terra surgentibus & per calorem Solis elevatis in eam aeris regionem nubes formantur, & in iis cum per aliquod tempus quasi maturitatem quandam humor è terra exhalatus adeptus est, prout est anni tempestas & exhalationis qualitas, aut in pluvias solvitur, aut in grandines cogitur, aut in nives spargitur. Hæc suo quæq; tempore eveniunt pro diversis cœli inclinationibus & Solis ad nos accessu vel recessu, cujus ex eo vis aliquando tepidior est, aliquando calentior, & proinde plus aut minus ex terra haurit, magis aut minus eam exsiccat. Ventus quoque cum sit aeris motus, plurimum ad nubila ex quibus tempestates creantur, dum toto cœlo ea diffilat, in has aut illas partes terrarum dejienda, confert. Nihil astra sane ad hoc contribuunt neque orientia neque occidentia. Sæpe intra unius milliarii spatium fulgurosa aut grandinosa detonat tempestas qua uvæ contunduntur, & segetes sternuntur, tractibus vicinis mali hujus expertibus. Vidi non raro cœlum supra me serenum Solemque lucidum, cum omnia in propinquo arva imbre fusiore dejecto narent. Sub eodem Meridiano & in eodem Climate regio posita has experitur uno eodemque tempore tempestatum diversitates. Sæpe alieno anni tempore tonat & fulgurat
Jup-

Juppiter, nec ulli astro orienti aut cadenti id adscribi debet, sed certæ aeris constitutioni quam vapores exhalati creaverunt. Stati quippe sunt siderum cursus, occasus & ortus, non æque statæ tempestates quamvis ut plurimum alio magis aliæ tempore soleant evenire, & tenorem suum ordinemque servare. Venti ipsi in quibus tempestatum magna pars & census constat, non à sideribus gignuntur. Stati sunt & sollemnes in multis locis, ut Etesia ac Favonii. A multis annis notavi in hac regione circa hoc tempus, id est initia Septembris, Euros flare. Sub æquinoctiali per semestre tempus reciprocant venti contrarii ab Occidente in Orientem & contra. Per hos aer movetur, immo ipsissimus est aer motus, non tam regulariter quam solet mare, quia mutabilior est & mobilior, sed tamen pro natura sua satis ordinate. Hujus inconstantiæ causam dat & terrarum situs, aut in valles depressus quæ certos ventos includunt, aut in montes assurgens qui certos excludunt. In vasto mari alii flant atque in angusto freto, inter terras conclusi. Sæpe oram legentibus à terra alii spirant, quam in alto mari. Ipsi etiam vapores qui è terra surgunt, ventos generant spurios. Cum enim Sol in nubes ex iis humoribus concretos incidit, ventum creat. Nascur enim flatus cū fervor offendit humorē, & impetus fervoris exprimit vim spiritus flantis, ut

ut in Æoli pylis videre est. Per interlunía plerumque magis bacchantur, nec tamen Luna ejus rei causa est. Nam sæpe contrarium accidit. Quod non esset si è Lunæ silentio id procederet. Nec igitur vis astrorum quam in ortu suo & occalu ostendunt, quicquam pertinet ad ea quæ gignuntur in terra aut formantur in aere. Multo minus ad animi pertinent & vitæ felicitatem aut infelicitatem eorundem siderum positus & motus, cum certum sit illos qui eodem tempore nascuntur in dissimiles incidere naturas propter cœli dissimilitudinē. At volunt Astrologi omnium eodem tempore genitorum qui ubique sunt nati, eandē esse conditionem. Quasi nihil intersit in maximis motibus mutationibusque cœli qui ventus qui imber quæ tempestas ubique sit. Quarum rerum, ut ait Cicero, in proximis locis tantæ dissimilitudines sæpe sunt ut alia Tusculi, alia Romæ eveniat sæpe tempestas. Quod qui navigant maxime animadvertunt, cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sæpe sentiant. At ex cœli mutationibus & conversionibus varii nascuntur morbi, qui & Climates suos faciunt, quorum causa in astris non est. Nam & ver morbos sibi proprios adfert, & æstas suos, item autumnus & hiems suos, & quidem diversos pro ætate & conditione hominum qui iis conflictantur. Non sem-

semper tamen eisdem morbis ver est obnoxium, neq; alia anni tempora. Nam aliter morbosum est ver si hiems præcesserit pluvia & austrina, aliter si borealis extiterit & sicca. Ita de aliis. Harum diversitatum & mutationum causa in solo Sole est per quam & quadripartita anni tempora variant. Si stellæ autem effectrices sunt humani fati in singulorum genitura, id ratio docuerit oportet; aut observatio. Nulla ratio id ostendere potuit, cum artis quæ hoc prodidit principia nulla ratione nixa sint. Observatio vero fieri non potuit eorum quæ nullas habent in natura rationes. Sed quia multa sunt in mundo quorum ratio nos latet, & quæ sola observatione tenentur cum tamen dici non queat quare fiant, videamus an tale quid per observationem edisci potuerit, quod Natalitiæ prædictiones pollicentur. Si observatio eam artem invenit & comprobavit, omnium sæculorum & hominum par sibi & constans fuerit necesse est, siquidem aliquid certi ex ea nobis promittere possumus. Atqui nihil est inconstantius his observationibus quæ hanc artem condiderunt. Non solum sectæ per nationes divisæ inter se dissident, ut Chaldaica ab Ægyptia, & ab utraq; Græca, sed & in nationum sectis plures magistri semitas sibi proprias secuerunt ex observationibus propriis factas. Artis apud Ægyptios repperiores auctoresque primos Petosiris & Necepsos,

non

non sequuti sunt qui postea vixerunt. Ptolemæus in eadem Ægypto priorum inventa & scita ferme omnia resecavit & sustulit, quæ tamē visa olim sunt efficacissima & potentissima ad artis veritatem comprobendam, & certas prædictiones edendas, ut *Decanos*, κλέρες, μονομοιρίας, & alia quæ ἀνακαιολόγηται ipsi visa sunt. Antiscia Græcorum sunt inventiones, nec eadem tamen apud omnes. Antiscia Hipparchi, nullam vim habere & nullam substantiam Ptolemæus videre se putavit, & aliam eorum rationem prodidit. Antiochus, Critodemus, Thrasyllus ex veteribus Græcis proprias sectas condiderunt, non sequendas Ptolemæo nec Apollinari, ut hi inter se dissenserunt. Nec Ptolemæum recentiores in omnibus probaverunt. Et qui hodie hanc artem profitentur doctores, in tantū discrepant ab antiquorum institutis, ut alia videatur disciplina. Nec ratione igitur nec observatione aliqua certa ars illa subnixa est. Miratus sum non semel cum legerem in Græcorum scriptis de dierum infelicitium observatione non eam factam esse ex astrorum aut alterius cujuscunque potestatis naturalis comprehensione & perceptione, neque ex aeris statis & sollemnibus mutationibus ac temperationibus, ἀλλὰ ἐκ ἀρχαίων καὶ παλαιῶν & ἐμπειρικῆς δὴθεν καὶ ἀγέας, ex antiqua & experiētia confirmata traditione mansse eam ἀρχαίτησιν. Quæ sane mira sunt nisi magis

gis ridicula videntur. Quod observatio id prodidit & antiqua traditio, ut dies aliqui in singulis mensibus infelices & inepti ad res gerendas habeantur, non causa eorum dierum infelicitatis efficiens fuit illa observatio, sed oportet ut ab astris petenda sit, aut ab aeris temperatione & mutatione, aut ab alia aliqua potestate naturali, cujus quamvis causa nos lateat, necesse tamen est aliquam existere causam. Ab Ægyptiis prodita est hæc dierum observatio, quos Græci ἀπαισις & ἀποφειδας appellant. Inde & *Ægyptiaci* appellati. Si ab Ægyptiis hæc traditio profecta est, neque dubium esse potest quin ab astris earum causam reperiverint. Augustinus notat in Epistolæ ad Galatas expositione, sua ætate conventicula Christianorū plena fuisse hominibus qui tempora rerum agendarum à Mathematicis acciperent. *Iam vero, inquit, ne aliquid inchoetur aut adificiorum aut ejusmodi quorumlibet operum diebus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.* Idcirco & in Calendariis Romanis quæ eo tempore publicabantur ad dies festos signandos, fastos & nefastos, etiam *Ægyptiaci* nominatim notari solebant. In Calendario Romano Constantini Magni temporibus ipso anno Christi, cccxxv. quo Nicæna prima Synodus celebrata est, confecto, in singulis mensibus *dies Ægyptiaci* notantur. Binos aut ternos habent singuli menses. Ian-

nuarius

nuarius II. & VI. & XVI. Februarius, VII. & XXV. Martius, III. & XXIV. Aprilis, II. XIX. & XXI. Majus, III. & XXI. Junius, XII. & XX. Julius, VI. & XVIII. Augustus, VI. & XXI. September, II. & XIX. October, III. & XX. November, II. & XXIV. December, IV. & XIV. In multis Calendariis antiquis & manuscriptis Romanis eisdem notatos offendi, sed cum hac expressione, **DIES ÆGER**. Ita nimirum eorum scriptores librarii præ imperitia sua interpretati sunt, quod in antiquis exemplaribus cum abbreviatione scriptum invenerant, **DIES ÆG.** id est, Dies Ægyptiacus. Græcus auctor quem paulo ante citavi singulis mensibus binos tantum attribuit atque ita eos digessit, ex observatione veteri: ἐνίας ἑκάστω μηνὸς ἡμερῶν ὡς ἀπαισίας ἢ ἀποφραγίδας σημειωμένη ἢ γὰρ ἀνεπιηδεύς πρὸς πᾶσαν ὀπτηρίαν ἢ βλαβεράς. εἰσὶ γὰρ αἱδεῖ ἑκάστω δηλονόη μηνὶ ἀνά δύο ἡμέραι. Diagramma subiectum eas exhibebit.

Ἰανυάριος,	β' καὶ δ'.
Φεβρυάριος,	β' καὶ κς'.
Μάρτιος,	δ' καὶ κ'.
Ἀπριλιος,	γ' καὶ κ'.
Μαίος,	ζ' καὶ κβ'.
Ιουλιος,	γ' καὶ ιβ'.
Ιούλιος,	ς' καὶ κβ'.
Αὐγυς.	δ' καὶ ιε'.
Σεπτέμβριος,	γ' καὶ ιδ'.

Οκτώ.

Οκτώβριος, γ' καὶ κα'.

Νοέμβριος, ε' καὶ ια'.

Δεκέμβριος, γ' καὶ ιδ'.

Nihil est quod conveniat in hac adnotatione dierum infaustorum cum illa quæ in Calendario est Constantini, præter unum diem, nempe secundum Januarii qui in utraque recensione infaustus notatur. Alias alibi invenitur etiam multum ab his dissident, sed tamen in pluribus conveniunt, quas auctor dicit à Deo monstratas esse Esdræ sacerdoti & prophetæ, ut per eum populo Israelis declararentur, & sciret quibus diebus in unoquoque mense abstinere deberent à coitu cum uxore, à plantarum insitione, sanguinis missione, & ab aliis multis operibus. ἐν ταύταις γάρ, inquit, ταῖς ἡμέραις ὁ ἀσθενῶν ἐκ ἀνίσταται, ὁ γάμος ποιῶν ἐκ χαίρει, ὁ εἰς πόλεμον ἐπαύγων ἐκ ἀνασπέρφεται, ὁ πτερυγματοδύμῳ ἀποπύει ἢ τετραπόδον ἢ δῦλον, ἢ ὄρεον ποιῶν, ὁ κλέζων ἐκ σήκει, ὁ εἰς κελήριον πίπτων μὴ ὑβρεως καὶ αἰχμῆς σπέρφεται. Has dies caligantes esse dicit, maledictas. Earum latetculum hic etiam subijcere visum est.

Μὴ Γαυθάρειος, εἰς τὰς β'. καὶ εἰς τὰς δ'.

Μὴ Φεβρουάριος, εἰς τὰς ις'. καὶ εἰς τὰς κα'.

Μὴ Μάρτιος, εἰς τὰς δ' καὶ εἰς τὰς κ'.

Μὴ Ἀπρίλιος, εἰς τὰς γ'. καὶ εἰς τὰς κ'.

Μὴ Μαΐος, εἰς τὰς ε'. καὶ εἰς τὰς κ'.

Μὴ Ἰουνίος, εἰς τὰς γ'. καὶ εἰς τὰς ιη'.

Μὴ Ἰούλιος, εἰς τὰς ε'. καὶ εἰς τὰς κ'.

FFF

Μὴ

Μὴ ΑὐγύςΘ, εἰς τὰς α'. & εἰς τὰς ε'.
 Μὴ Σεμῆμβριος, εἰς τὰς γ'. & εἰς τὰς κα'.
 Μὴ ΟὐκταβριΘ, εἰς τὰς γ'. ἢ εἰς τὰς κ'.
 Μὴ ΝοέμβριΘ, εἰς τὰς ε'. ἢ εἰς τὰς ια'.
 Μὴ Δεκέμβριος, εἰς τὰς γ'. ἢ εἰς τὰς κδ'.

Plura alia scripta vidi de eodem argumento cum pari dierum infelicium numero in singulos menses, sed non eorundem. Describunt & felices dies cujusque mensis, & quaternos cuique assignant. *Διχρήστis ἡμέρας* eas appellant. Virgilius *felices operum* vocat. Almanachiorum apud nos calculatores solent & in fine suorum Calendariorum adnotare ejusmodi dies infortunatos, quos Josepho revelatos ajunt, & multum quoque in his discrepant. Quod arguit futilitatem & falsitatem observationis. Falluntur autem viri docti qui de diebus Ægyptiacis accipiunt quod apud Juvenalem legitur,

*Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
 Sumitur ex libro.* — Et istud :

————— *si prurit frictus ocelli*

Angulus inspecta genesi collyria poscit.

Dies Ægyptiaci ut certi erant & statim in unoquoque mense, ita facile à quolibet memoriz poterant insigi atque observari, ut non opus esset eos ex libro sumere, & Ephemerides consulere, aut Mathematicum interrogare quæ hora apta esset cibo capiendo, aut pharmaco :

Capitulum

— Capiendo nulla videtur

Aptior hora cibo nisi quem dederit Petosiris.

Scribit Marinus in vita Procli, *ταῖς παρ' Αἰγυπτίοις ἀποφεύδας ἐφύλαττε μᾶλλον ἢ αὐτοὶ ἐκείνοι.* *Dies Aegyptiis infaustos diligentius observabas quam ipsi Aegyptii.* Qui illos dies Aegyptiacos observabant, tam bene illos noverant quam digitos suos aut nomen suum. At præter eos dies qui communiter omnibus credebantur inepti ad aliquod opus incipiendū, & de quique omnibus erat notum, quod non bonus exitus daretur operi illis diebus cæpto, fuere & alii quos genesis singulis hominibus infaustos dabat ad aliquod aggrediendum. De his consulebantur Mathematici qui tum Genesin inspicere cogebantur illius à quo interrogabantur, aut suas inspicere Ephemerides ut responderent quæstioni propositæ. Si quis ingredi igitur iter aliquod vellet, si uxorem ducere, si domum ædificare, quis dies ad hæc conanda eligendus esset ut succederet, aut quis vitandus, inquirebant. Hæ sunt quas *ἐμπερίκλεις* & *ἀπερίκλεις* ἡμέραι vocabant Mathematici de quibus multa Valens & Hephestion & alii. Ad singulos igitur actus de diei aptitudine quærebatur. Generaliter *ἐμπερίκλειον* eum diem esse pronuntiabant, *ὅταν σελήνη ἐν τῷ κτ' ἡμέσιν ζωδίῳ ᾗη*, ἢ *κτ' τεύγων αὐτῆς*, ἢ *κτ' ἐν παντὶ ζωδίῳ μετὰ τῶν ἀγαθοποιῶν ἀπόντων φθοροποιῶν πᾶσι πανσελῶς κτ' σωόδης*,

Fff 2

ηθ

ἡ ἐμπρακτοὶ ἢ γίνοντο ὅταν ὠροσκοπῇ τὸ τ' ἡμέ-
σεως ζώδιον ἢ τῷ τριγώνον σχηματίζῃ, ἢ καὶ συνα-
ναφέρῃ τῷ ὠροσκόπῳ τ' σελήνης μηδενὶ τ' κακο-
πειῶν συ σχημαπιζομένης. Vocantur ἡμέραι ἐμ-
πράκτες quæ ad aliquid agendum erant ido-
neæ & efficaces & bonū exitum promittebant
ex astris. Tales erant maxime cum Luna in-
veniebatur in Zodio quod genesin consulen-
tis inspexerat, aut in Trigono ipsius, id est
in quinto vel nono ab eo signo posita, aut si
in quocunque signo esset, modo cum bene-
volis stellis juncta foret, & abessent male-
volæ, dummodo nec plenilunium tunc esset
nec interlunium. Etiam ἐμπρακτοὶ fiebant
quando in horoscopo erat signum genituræ,
aut de trigono ipsum respiceret, aut cum eo
ascenderet, ita tamen si Luna cum nullo ma-
leficorum siderum radiatione sociaretur. E'
contrario ἀπράκτοι ἢ κακοὶ ἡμέραι statueban-
tur, id est ad agendum inhabiles, infelices &
malæ, ὅταν ἡ σελήνη ἐν τετραγώνῳ ζώδιῳ
τ' ἡμέσεως ἡμῶν, ἢ ἐν τῷ ἀντικείμενῳ πρὸς τῆς
κακοπειῶς, ἢ καὶ τ' παρσέληνον ἢ σιώδον, ἢ καὶ πρὸς
τ' κακοπειῶν ὠροσκοπήσῃ ἢ ὀπίδῃ τ' παρσέληνον
ἢ πρὸς σιώδον, ἀπόντων πῶν ἀγαθοπειῶν. Quæ
omnia contraria sunt dispositioni qualis fa-
cit dies ἐμπράκτες. Ad hæc investiganda &
exploranda necesse erat Ephemeridas inspi-
cere, ut scirent utrum dies bonus an malus
esset ad incipiendum id de quo quærebatur.

Nec

Nec solum de diebus solebat consultatio fieri sed etiam de horis. Unde etiam tractarunt iidem Mathematici, *ὡς ἐμπράκτων καὶ ἀπρακτων ὥρων*, ut est apud eundem Herphæstionem & alios. Quo respexit Juvenalis in istis: Si vectari placet, *hora sumitur ex libro*. Si cibus est capiendus, *nulla est hora aptior nisi quem dederit Mathematicus*. Præter has ex astris dierum observatas differentias felicitum & infelicitum, absque Mathematici consultatione & cæli scrutatione quidam peculiari observatione adnotare soliti sunt quos dies infaustos ipsi habeant. Quod enim semel aliquando aut bis rem aliquam aliquo die non bene sibi cessisse experti sunt, ex eo regulam faciunt, & propter unius diei infelicia cœpta condemnant & pro nefastis ducunt omnes dies anni quibus idem nomen est. Hinc plurimos invenias quibus religio est aliquid incipere die Lunæ. Alii diem Veneris cavent. Alii alios. Quæ ineptissima est ratio, cum sæpe eodem die maxima felicitas & maxima adversitas uni eidemque homini contigerit. Non privati solum hoc genere insanix laborant, sed etiam nationes totæ. Notum est Romanos dies qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quosque vulgus imperite *nefastos* appellabat, pro atris & infaustis habuisse. Unde hoc? Quia Sulpicius Tribunus militum ad Alliam contra Gallos pugnavit.

gnaturus rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisset. Et tum Alliensem dictam cladem acceperunt exercitu suo p̄ntē ad internecionem delero. Etiam alias hoc observarunt, quoties belligerendi gratia res divina postridie Calendas, Nonas, Idus à populi Romani magistratu facta esset, ejus belli proximo deinceps praelio rē publicam male gestam esse. Sed mirū est, eos non ipsum diē praelii male pugnati pro religioso & ominali habuisse, sed illum quo res divina ejus praelii gratia facta esset. Aliis populis video ipsum diem cladis inter ἀποφράδας fuisse repositum. Quod habet rationem majorē. Quamvis ne hoc quidem ratione nitatur. Cum enim duo exercitus acie commissa decertant, alter vincat, alter vincatur necesse est, aut ambo pares discedant. Si neuter se pro victo gerit, neutri ater ille dies putandus est. Victo vero ut infelix habetur, ita victori felix. Sed populus qui victus est mavult fortunæ diei casum adversum imputare quam suæ ignaviæ, aut praeliandi inscitia. Ideo cavet postea ne praelium committat eo die. Atqui exempla sunt eorum qui eodem die eximiam victoriam reportarunt, & insignē cladem acceperunt. Græci scribunt, παρ' ἰταλοῖς τὸ δυνήον δριθμόν ἀποφράζεσθαι, σπερχωῶδον δ' αὐτὸν οἰοῦναι εὐτυχῇ πατρίως καλεῖσθαι καὶ εὐφρονομίαν, ὡς Εὐμειδῆας καὶ Ἀδράστηας, & Πάρικας καὶ αὐτὰς

αὐτὰς τὰς μηδενὸς φάδομβίαις μοίρας. *Dua*lem numerum pro infausto & nefasto habuere, & *secundum* quasi felicē vocarunt, καὶ δ' ὀφημισμὸν, ut *Parcas* quod minime parcant, & *bellum* quod minime bellum sit. Ideo *Dua*lem numerum in nominibus non admisere Latini, qui Græcis usurpatur. Sed quæ causa illis fuit, dualis numeri damnandi? An quod attri dies illorum *secundi* essent? Nam *posteri* dies Calendarum, Nonarum & Iduum, sunt etiam *secundi* à Kalendis, Idibus & Nonis qui primi sunt. Hinc & *secundus* pro postero die apud Ennium,

Sit *secundo* lumine hic offendero,

*Morier*e.

Id est postero die, τῇ ὀπίσῃ, ut est in Græco Trigico cujus versum illum reddidit Latine. Idcirco & in diebus mensis numerandis nunquam dicebant, *secundo* *Calendas*, *secundo* *Nonas* & *secundo* *Idus*, cum tamen ratio & analogia qua utebantur in cæteris, ita postularet. Nam quartum diem ante Nonas, *quartum* *Nonas* dicebant, & detertio *tertium* *Nonas*. Sequens itaque dici debuit *secundo* *Nonas* & *Idus*, & *Calendas*. At ne *secundum* nominarent, dixerunt, ante diem *pridie* *Calendas*, ante diem *pridie* *Nonas*, ante diem *pridie* *Idus*. Græci hoc observarunt quorum hæc sunt. Τὴν μὲν οὖν Νεμηνίαν ἔλεγον Καλένδας, τὴν δὲ δ' ὀπίσῃ μηνὸς, πρὸ τεσσαρῶν ἢ πρὸ ἑξ, ὡς εἴρη-

τῶν Νονῶν. ἔσω δὲ ἀφ' ὧν ἡμέρα, ὥσπερ ὁ Ἰαννῆς περὶ
 πλάται ὧν αἱ Νόναι, τὴν δὲ τρίτην πρὸς τελευτὴν
 Νονῶν, τὴν δὲ πέμπτην πρὸς μίαν Νονῶν. Ἀλλὰ τὸ
 ἀποφραζέσθαι τὴν ὀδυάδα. Atqui ratio exi-
 gebat ut de quarta mensis dicerent, *secundo*
Nonas, cum de tertia dicere solerent, *tertio* *No-*
nas. Alios etiam dies religiosos & ἀποφρα-
 ζας habuere Romani, ut Agellius notavit lib.
 v. cap. xvii. *Ante diem quoque quartum Kalendas*
vel Nonas vel Idus tanquam ominalem diem plerique
vitant. Ejus observationis an religio ulla sit tradita
 quari solet. Nihil super ea re scriptum inveni, nisi
 quod Q. Claudius Annalium quinto cladem pugna
 Cannensis vastissimam factam dicit, *ante diem quar-*
tum Nonas Sextiles. Sic enim ibi scribentium.
 Nam vulgo pessime legitur, *Inominalem diem.*
 Atqui *ominalis* in malam partem dictus est,
 ἀποφραγὶς & ἀπαιστος, ut religiosi dies apud eun-
 dem lib. iv. cap. ix. exponuntur, *tristi omne*
infames impeditique, in quibus & res divinas facer,
& rem quampiam novam exordiri temperandum est.
 Hoc est quod paulo ante dixi, propter cla-
 dem acceptam die quinto Idus Julias omnes
 dies non solum qui inciderent in ante diem
 quartum Idus Julias, sed & reliquos omnes
 qui Kalendas & Nonas pari numero præce-
 derent pro ominalibus ac religiosis vitarunt.
 Habuere etiam Græci suas ἀποφραγίδας, & Per-
 sæ, & Arabes, omnesq; ferme aliæ nationes, qui
 non ex aliqua observatione siderum eam die-
 rum

rum religionem hauserunt, sed ex aliis causis sibi peculiaribus, & propria traditione vel ab antiquis recepta proditam servarunt. Et sic debet intelligi quod notavit Proclus in Hesiodi *ἡμέρας*, dierum certorum in singulis mēlibus ἐκλογὴν & ἀπεκλογὴν ἔχον τὰς ἀρχὰς ἐκ ὡρατηρίων, originē habere ab observationibus variarum gentium. Ideo variare, atque alias esse apud has & illas nationes. Etiam quas privati observant ex propriis rationibus, non eadem ab omnibus habitæ sunt felices & infelices, ut supra notavimus. De gentibus ait Proclus, *ἄλλαι γὰρ παρ' ἄλλαις ἐνεγίτηται*. Verustissimi Græciæ auctores de his scripserunt, Orpheus, Melampus & Hesiodus. Scriptio de ea re Hesiodi etiam nunc extat, cum inscriptione *ἡμέραι*. Aliæ interierunt. Sed ex his quæ citant auctores constat, non eandem omnium fuisse sententiam circa diērum qui pro bonis aut incommodis observandi essent electionem aut rejectionem, necque etiam circa ipsas causas. Hesiodus à solo Jove, à quo sunt omnia, eorum causas & origines reperit. Ad eum enim refert quod dies aliqui minus auspicati habeantur rebus agendis, & operibus rusticis exercendis. *Ἡματα* inquit, *οἳ ἐκ Διὸς ἐν πεφυλαγμένῳ*. Ad quem locum notat Proclus, plerasque observationes dierum malorum à motibus Solis & Lunæ tunc peti solitas, & variis eorum siderum

Fff 5 inter

inter se aspectibus & affectibus, sed Hesiodum ad Jovem ipsum eorum differentias referre qui auctor est omnium motuum stellarum. Sic enim verba ejus legenda sunt vulgo corruptissima: Ο' γὰρ Ἡσίοδος τὰς πολλὰς ἐν τῇ τοῖς εἰδὼς τῇ καὶ αὐτῶν ὡδὴ τηρήσας εἰς τὰς ἡλίας κινήσας ἐπελύνει καὶ τὰς πρὸς αἰθέρας χεῖρας ἀναφέρει, αὐτὸς εἰς Δία ἀνάγει τὰς τῇ Ὀπιδείων καὶ ἀνεπιηδείων ἀφ' ὧς αἰθέρος ἀφ' ἧς μάλιστα γίνεται πάντ' αὐτὸ κινήματα τῇ κινεμένων αἰτέρων. Idem alio loco, τῆς Ὀπιδείας ἡμέρας εἰς Δία ἀναπέμπει. Verum quidem est plerisque ad Lunæ cursum ac numeros, & aliarum stellarum motus dierum feliciū & inauspicatorum discrimina tanquam ad causam efficientem retulisse. Nam & Orpheus secundum dies Lunæ eos percensuit à prima ad tricesimam. Sic poema cujus incipiebat,

Πρῶτον μὲν πρῶτῳ ἐνὶ ἡμέρῃ φαίνεται ἄρης,

Μῆνη δ' εἰς ἄρην Ὀπίεσσιν, ἴαχεο δ' ἔργων,

Atque ita deinceps usque ad Lunam trigessimam, quem diem infaustum ad omnia opera pronuntiavit cum Hesiodus tradiderit.

—τελεῖ καὶ δαμνὸς αἰρίσω

* Ἐργὰ δ' ἐπιβίβην ἢ ἀρμαλινὴν δατέαδ'.

Sed non ad opera facienda aptum judicat, verum ad inspicienda quæ toto mense peracta sunt & ad demensum servis dividendum. Non ex ordine autē, ut Orpheus, omnes dies mensis recensuit, & ad singulos notavit qui-

nam

nam ex his commodi, qui incommodi essent ad opus faciendū, sed confuse id explicat, nam à trigésimo mensis incipiens transit ad primum, deinde ad quartū & mox septimum numerat, quem & optimum esse tradit & sacrum, quia Apollinis natalis erat. Non à Lunæ igitur cursu & positu & cum aliis sideribus aspectu dierum discrimen æstimat, sed ab aliis causis, cum dicat omnes à Jove esse,

Αἱ γὰρ ἡμέραι εἰσι διὰς αὖτὰ μνησθέντι.

Apud Petronium in ædibus Trimalcionis tabula erat in poste defixa, quæ continebat, *Luna cursum stellarumque septem imagines pictas, & qui dies boni quique incommodi essent distinguente bulla notatum habebat.* Virgilius cum ab Hesiodosumeret illorum dierum ad opera rustica habilium & inhabiliū differentiam, non eandem tamen eorum causam assignavit quā Hesiodus, sed temporum suorum opinionem sequutius est quæ ad Lunam eos referebat.

Ipse dies alios alio dedit ordine Luna

Felices operum.

Nusquam Lunæ meminit Hesiodus nec quod Luna alios dies aliis rebus aptos ac felices dederit. Et inscite ad eum locum notat Servius, plenissime de Lunæ diebus exponere Hesiodum. De omnibus mensis diebus exponit, non de Lunæ. Nam nusquam *σενήντων* nominat sed *μῆνα*, mensem tamen Lunarem intellexit qui tunc Græcis in usu, sed non dicit Lunam esse causam

causam dierum bonorum aut malorum. Sed Græci, ut dictum est, ad dies natales Deorum referebant illa discrimina, non ad stellarum aut Lunæ cursum. Ut ecce diem mensis septimum, sive Lunæ, pro felici habebant, quia eo die natum Apollinem crediderunt. Quartum diem Lunæ inter bonos censebant, quia Herculis natalis fuit. Unde ille versus:

Τελεγεῖδι κῆρ' ἔχοντο καὶ ἔποτε πύγκαιος
ἔσται.

Sextus dies mensis infaustus puellis gignendis, quia Dianæ sacer & ἡμέθλιος. Eam ἀνδρῶν γόνον ἀγαθὴν, κέρη δ' ἐκ εἶναι σύμφορον dicit Hesiodus, quia Diana virgo est, & perpetua in puellis virginitas parentibus odiosa est, qui student eas locare. Octavus mensis dies Neptuni genitalis habebatur. Quibus operibus idoneus sit, describit Hesiodus. Quintos omnes dies mensis Hesiodus ominales dicit & infaustos, & causam addit, 'quia Eumenides quinto die mensis obambulare terram credebantur, ut perjuria vindicarent. Ita enim scribit.

Πέμπτης δὲ ἑξαλέασθαι, ἐπὶ χαλεπαὶ τε καὶ
αἶναι.

Εἰν πέμπτῃ γὰρ φασὶν Εὐμένους ἀμφιπολῶν
ὄρεον πινυμένης τ' ἔρως τέκε πῆμ' ὀπότεροις.

Virgilius eum locum ita reddidit:

— Quintam fuge, pallidus Orcus
Eumenidesque sata.

Quæ

Quæ longe absunt à mente Græci poetæ. Non enim quinta Luna dicit Orcum & Eumenides esse natus, sed quinto mensis die Eumenides vagari supra terram ad puniendos perjuros, h. e. ad vindicandū juramentū quod perjuri perfide fecerint. At Οἷον Virgilius pro Orco, id est Dite vel inferorum Deo accepisse videtur. Hinc & pro ipsis inferis sæpe & quidem proprie magis sumitur. Unde & *Orci Ianua* Lucretio, αἰδὲ πύλαι. Sed hoc sensu Latina vox est *Orcus*, quæ nihil affine habet cum ὄρκω Græcorum quod est Jusjurandum. Antiqui Latini dicebant *Urgum* pro Orco ut est apud Verrium, ab *urgendo*. Inepte igitur Servius ad ea verba poetæ notar, *Hesiodum dicere Orcum quinta Luna natum*. Nihil enim ille de Orco qui Dis est pater Latinis, non jusjurandum, & pro loco inferorum proprie dicitur, non pro ipso Dite. Nec meliora sunt quæ affert quasi ex Celso, quod Dis Orcus appellatur quasi jurisjurandi deus qui & pallidus vocetur, quia jurantes trepidatione palleſcunt. Nā apud Orcum, inquit, *defunctæ anima jurare dicuntur, nequid suos quos in vita reliquerint, cōtra fas adjuvent*. Quæ ἀνίστηται sunt & nugatoria. Styx dicitur poetis ὄρκω θεῶν, quia per eam jurant. At *pallidus* hic Orcus dicitur quia locus est pallidorum i. e. mortuorum, & *pallentium umbrarum*, ut ipse vocat poeta. Nunquam certe mihi probaverint hanc esse vo-

cis

cis *Orcus* apud Latinos originem, aut Græcis *ὄργον* appellatū quem Romani *Orcum* dixerunt. *Ὁργον* filium esse contentionis & discordiæ hic dixit Hesiodus, quod de juramento intellexit, non de Plutone vel Deo inferorum. Juramentum autem ait *ἔειδα* genuisse *πῆμα ὀπώρας*, in perniciem perjurorum, quia pro juramento suo plectuntur ab Eumenidibus scelerum vindicibus. Hallucinatio igitur est summi poetæ qui *ὄργον* Hesiodi pro *Orcu* suorum Romanorum accepit. Præcipit autem Hesiodus omnes *πέμπτας* mensis vitandas esse propter unam, quæ prima est, quia eo die Eumenides putabantur ex inferis emissæ perambulare terras ad perjuriam vindicanda. Tres sunt autem in mense quinti dies, primus, medius & tertius, *ἡ πρώτη πέμπτη*, *ἡ μέση* & *ἡ τρίτη*. Idem de quarto die dixeris, de sexto, de septimo, octavo & nono. Primus septimus est qui ab uno cœptus est numerari. Medius septimus qui post decimum, tertius qui post vigesimum. Sic exponendus Virgilius illo verſu:

Septima post decimam felix & ponere vites.

Inepti Grammatici dubitant & disputant, an ita sit intelligendus poeta ut dicat, felicem quidem esse septimam, sed feliciorem decimam, ut primum locum decimæ tribuat quæ sit valde felix, secundum septimæ, quæ post decimæ felicitatem sit secunda. Quæ falsa est.

est interpretatio. Septima post decimam est media septima, ἡ μέση ἐβδόμη quæ septima post decimam computatur. Nam quæ numeratur post primam septima, ea est πρώτη ἐβδόμη quæ & septima ante decimam potest dici, ut decima septima quæ media est ac secunda septima, dicta est Virgilio *septima post decimam*. Septima autem post vigesimam est τρίτη ἐβδόμη, nempe vigesima septima. Sic certe etiam loquutus est Hesiodus cum vigesimam quartam appellavit τετράδα μετ' εἰκάδα. Id est quartam post vigesimam, quæ est tertia quarta. Cum enim scripsisset, τετράδι, id est quarta aperiendū esse dolium, & mediam τετράδα, id est decimam quartam esse sacrum diem, addidit, παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰκάδα μηνὸς ὄρισιν Ἡῆς γνομῆης. Quod interpretes Græci accipiunt dictum esse ἐλπίσιν pro ἔ μετ' εἰκάδα μηνὸς τετάρτῳ, quartam diem mensis post vigesimam, & interpretantur πλὴν τρίτῳ τετράδα. Id est tertiam quartam. Septima igitur post decimam Virgilio est quam Hesiodus vocavit, μέσῳ ἐβδομάτῳ, mediam septimam, hoc est, ἐβδόμῳ μετὰ δεκάδα, hoc versu :

Μέσῃ δ' ἐβδομάτῃ Δημήτερ' ἱερὸν αἰκτῷ
 Εὖ μάλ' ὅππῳονπα εὐτρυχάλῳ ἐν αἰλῳῃ
 Βάλλειν.

Ita πρώτῳ μέσῳ ἑκτῷ dixit, & μέσῳ ἑκτῷ pro sextæ post decimam, nempe decimam
 sex-

sextam, πρώτῃ & μέσῃ περσίδα. Et μέσῃ περσίδι eidem est quarta post decimam, nimirum quarta decima. Sic πρώτῃ & μέσῃ εἰνάδα, & τρῆσινάδα, primam mediam & tertiam nonam. Id est nonam, decimam nonam & vigesimam nonam. Primam nonam, quæ simpliciter nona est, optimam pronuntiavit esse Hesiodus,

Πρωτίσῃ δὲ εἰνὰς παναπήμων ἀνθρώποισι
 Εὐθλὴ μὲν γὰρ ἡδὲ φυτάεμεν ἡδὲ χυέσθαι
 Ἀνέει τ' ἡδὲ γυναικί.

Virgilius dixit *nonam fuga meliorem esse, & fortis contrariam*. An alium sequutus videtur quam Hesiodum qui nihil tale? *Fugam* ibi accipiunt Grammatici de profectioe & cursu maritimo. Atque ita sane apud poetam interdum accipitur, ut his verbis de cursu pelagio: *Tendunt vela noti, fugimus spumantibus undis*. Id est, currimus. Alio loco de ventis: *simul arva fuga, simul aquora verrunt*. Item de Iridis in cælum reditu, *Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum*. Alibi idem *fugam* pro navigatione diserte posuit, lib. v.

*Ipsa jam matres, ipsa, quibus aspera quondam
 Visa maris facies, & non tolerabile nomen,
 Ire volunt, omnemque fuga perferre laborem.*

Item apud Accium in Telepho, citante Nonio:

*Remisque nixi properiter navem in fugam
 Transdunt.*

In-

Inde & vinum fugiens dixere Romani, quod quasi abeat à natura sua, ut Græci ἐξέσηκός appellant.* Fuga igitur hoc loco apud poëtam pro navium in mare deductione, & navigatione. Cum hæc ita sint, exprimere voluit quod dixit Hesiodus non de prima nona, sed de tertia nona quam τρισηνάδα appellavit. Eam memorat esse bonam.

Νῆα πολυχλήϊδα θολὴ εἰς οἶνοπα πόντον

Εἰρυμναί, παῦροι ᾗ ἀληθέα κικλήσκουσι.

Recte Procluseam interpretatur, τρίτῳ εἰναίδα, tertiam ponam, & πῶ πρὸς τετρακάδῳ, quæ præcedit trigessimam. Cum idonea sit ad navem in pontum deducendam, ideo fugæ meliorem dixit Virgilius, contrariam autem furtis, quia veracem eam nonnulli vocabant, παῦροι ᾗ ἀληθέα κικλήσκουσι. Nihil autem magis furtis contrarium quam veritas. Nam furi maxime expedit mentiri. Non est dubium quin poëta Romanus poëtæ Græci mentem ita expressam voluerit, sed etiam in eo falsus est quod τρίτῳ ἐννάτῳ pro πρῶτῃ sumpsit, idest vigesimum nonum diem pro nono mensis. Non enim absolute ἐννάτῳ solet ponere nisi de prima nona, quæ & πρῶτῃ εἰνας ipsi dicitur. Ita tres πέμπτας in mense agnovit, ut tres quartas, tres sextas, tres septimas, tres octavas, & tres nonas. Proclus, πάσας ἐπαινεῖ τὰς τετράδας, ἢ πρῶτῳ, ἢ μέσῳ & ἢ τρίτῳ. Quartum diem, decimum quar-

G g g

tum,

tum, & vigesimum quartum. Propter unum autem quintum quo Eumenides supplicium sumere de perjuris credebantur, & reliquos duos quintos dies mensis, hoc est decimum quintum & vigesimum quintum, vitandos esse admonet ut mali ominis & inauspicatos. Sic Romani quod semel rem divinam fecissent ad Alliam contra Gallos pugnaturi, idque male ipsis successisset, non solum omnes dies *posteros* Iduum in omnibus mensibus pro atris habuerunt, sed etiam omnes Nonarum & Calendarum posteros dies, sive secundos. Nam *posterus* dies pro secundo. Hinc apud Petronium, *primo die, postero & tertio*. *Πέντηκαι* igitur tres sunt Hesiado, quintus à primo dies, quintus post decimum, & quintus post vigesimū, qui omnes mali & *ἀνοφεράδες* Græcis habitati sunt, non ratione Lunæ crescentis aut decrescantis, aut cum Sole coeuntis, sed propter Eumenides pro perfidis sacramentis pœnas à perjuris reposcentes. Ita & reliquorum dierum in singulis mensibus felicitum & infelicitum differentia apud eos processit ex natalibus Deorum. Aliis operibus & rebus alii magis aut minus idonei, quidam etiam ex his pro media parte boni crediti sunt, & pro media mali. Matutinum tempus in quibusdam laudabatur ad res agendas, pomeridianum damnabatur. Ita de quarta post vigesimam, id est vigesima quarta cecinit Hesiodus,

— αὖ

—ἀείσι

Ἡς γνομένης, ὅπδειελα δ' ἐπὶ χερείων
 Sed & iidem in singulis diebus quasdam bonas, quasdam malas observarunt. Et hoc ex siderum tantum inspectione, non ex alia περὶ γήϊον. Narrat Plinius lib. xxix. Crinam Massiliensem cum maxima auctoritate & fama medicinam fecisse Romæ, arte geminata, ut cautiorem religiosioremque, ad siderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dando, horasque observando. Artes geminasse dicitur quia Mathematicam cum Medica conjunxit, quales ἰατρομαθηματικὸς vocatos esse supra docuimus, quorum & meminuit Ptolemæus in Tetrabiblo. Hesiodus Novercas appellat dies infaustos, & Matres qui felices erant.

Ἄλλοτε μετὰ γῆ πέλιδ' ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.
 Non unam de his apud omnes fuisse opinionem, ibidem dicit.

Ἀλλὰ δ' αἰποὶ λωαίνεϊ, παῦροι ᾗ ἴσασιν.
 Ad quem locum Græci, τῷ τῷ φησὶν ὅτι Ὁ ῥῥῥῥ αἰπας ὡρῶα δίδωσιν, ἐτέρας ᾗ ὁ Μελάμπυς. Nec illi tantum veteres diversa de his prodiderunt & inter se pugnantia, sed etiam Neotericis ab antiquis dissident, & nationes totæ à nationibus, ut Ægyptii à Græcis, Judæi ab utrisque, Persæ Arabes & Indi ab omnibus. Athenienses inter alios Græciæ populos à superstitione potius quam à sideribus petebant eorum dierum differentiarum causas. Nam prout

G g g 2

sacri

sacri essent hujus aut illius numinis cuius nata-
 les & γυναι̃ eo die celebrabantur, ita bonos aut
 malos eos judicabant, perinde ut esset numen
 maleficum aut benevolum, aut aliis potius
 quam aliis rebus agendis potestas illius ex di-
 vinitatis suæ natura videretur idonea & ef-
 ficax. Idque etiam aliæ Græciæ nationes in
 observandis diebus aptis aut ineptis ad varia
 opera & καταρχα̃ς factitarunt. Judæi Helleni-
 stæ exemplum etiam hoc sequuti videntur, sed
 pro deorum natalibus quos gentes observa-
 runt ad dierum felicitatem aut infelicitatem
 discernendam, hi primorum patrum γυναι̃ς
 η̃μέρας ad eam rem sumpserunt. Prima Luna,
 sive primo die Lunæ Adamus ex luto plasma-
 tus est. Ergo bonus hic dies ab illis signatur.
 Eva secūdo die Lunæ ex Adami costa formata
 est. η̃ ποι�ύτη η̃μέρα, inquit, ἐστὶν ἀγαθὴ καὶ
 ὀπιθὴδ' ὅ γάμους ποιῶσι, καὶ εἰς ἄλλο πρᾶγμα
 βεληθῆς ὀπιχρεῶσι. Tertio die Lunæ Cæinus
 natus est. η̃ ποι�ύτη η̃μέρα ἐστὶ πῶδ' ἀγρησίμῳ
 εἰς πᾶσαν πρᾶξιν, διότι κατὰρα ἐστὶν. Τῇ τελευτῇ
 η̃μέρα τῆς σελήνης Ἀβελ ἐγυνάθη. ἐστὶ γὰρ αὐτῇ
 η̃μέρα ἀγαθὴ καὶ καλή. Ita per omnes dies Lu-
 næ ambulant usq; ad trigesimum, quem etiam
 faustum esse volunt ad ferendum & meten-
 dum, & ad res alias, item ad somnia vera vi-
 denda quia Samuel propheta eo die natus est.
 Τῇ τριακῆς η̃μέρα σελίως Σαμεὴλ ἐγυνήθη
 πρὸ φήτης, καὶ η̃μέρα αὐτῇ πληροφορεμένη ἐστὶν ὅς

τὸ ἀσπείρακός τε κρίσις. ὕναρ ἐὰν ἴδῃς ἐν ταύτῃ ἡμέ-
 ρα, ἀγαθὸν ἐστὶ καὶ ἐπωφελές. Hujus tractatus
 Titulus est in libris scriptis, Ἐρμηναιὰ τῶν
 ὅλων ἡμερῶν τῆς σελεύης τῶν ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν.
 Tabula quæ dierum malorum & bonorum
 numerum continebat, dicebatur, ἐφημερίς.
 Eodem nomine tabulæ accepti & expensi fœ-
 neratorum, eorumque Kalendaria in quibus
 notabant per singulos dies mensis quid cui-
 que expensum tulissent, quid acceptū, & no-
 mina omnia sua descripta habebant, *Ephemerides*
 vocabantur. Ergo ἐφημερίς est tra-
 ctatus Hesiodi qui inscriptus est Ἡμέραι. Vir
 doctus in Introductione sua ad Hesiodi ἡμέ-
 ρας cap. xx. non id vult, & errare interpretes
 asserit qui hoc volunt, & doctrinam confun-
 dere ἡμερῶν cum doctrina ἐφημερίδων. Sed
 ipse in errore est pæne ridiculo. Quid enim?
 An non erit ἐφημερίς ea tabula, vel ea scriptio
 in qua notatur qui dies commodi rebus agen-
 dis, & qui inauspicati? Quomodo igitur eam
 appellabit? Et quid esse aliud vult τῶν ἐφημε-
 ρίδων? Ait doctrinam ἐφημερίδων contineri in
 Hesiodi operibus. Quid est hallucinari si hoc
 non est? Sed unde hæc illi visio objecta? In
Geoponicis, inquit, quæ sub Constantini nomine vul-
 go circumferuntur liber tertius est ἐφημερίς. Im-
 mo non est ἐφημερίς, sed potius ὀπτημηνίς vel
 ὀπτημηνιάς. Non enim in eo describitur qui-
 bus diebus mensis quidque agendum sit op-

rum rusticorum, sed quo mense hoc vel illud
 agi conveniat. Non potest igitur esse ἐφημε-
 ρις in quo non per dies sed per menses opera
 rustica totius anni distributa & descripta
 sunt, sine ulla dierum mentione. Imposuit
 viro docto ἑποθεσις libri, sicut vulgo edita
 est. Sed pro sua in Græcis pericia videre de-
 buit, vocem ἐφημερὶς non posse in istis ver-
 bis consistere. Τὰδε εἶνεσιν ἐν τῇ ᾗ τῇ βίβλῳ τρέ-
 τη μὲν ἔσθ' ἡ τοῦ γεωργίας ἐκλογῶν, περὶ ἐκείνης
 ᾗ τὴν περὶ σὴκων τῶν ἐκάστῃ μηνὶ ἐργασίαν. Ha-
 ctenus, rectum est. Quod sequitur, spurium,
 & ab imperito glossatore adjectum, ἐφημερὶς
 καὶ ἡ καθ' ἑκάστην μὲν ἐργάζεσθαι. At non po-
 test, ut dixi, videri ἐφημερὶς ea πραγματεία
 quæ docet convenientem cuique mense ἐργα-
 σίαν, non cuique diei. Quid autem clarius
 quam *Ephemerides* poetæ Satyrico dici ta-
 bulas Mathematicas quæ dies aptos & in-
 eptos rebus gerendis continébant?

In cuius manibus ceu pinguis succina, tritas

Cernis Ephemeridas.

Ephemeris erat & illa Tabula Petroniana in
 ædibus Trimalcionis, quæ distinguente bulla
 notabat qui dies boni, quique incommodi ef-
 fect. Omnis omnino scriptio quæ de diebus agit
 eligendis, huic aut illi operi accomodatis,
 ἐφημερὶς est. Ergo carmen Orphei de diebus
 ἐφημερὶς est, item Hesiodi ἡμέραι. Aliud est
 quod tractatur tertio libro *Geoponicῶν ἐκλογῶν*,

γῶν, Cassiani Bassi Scholastici. Quid quoque mense ex operibus rusticis agi oportear in eo describitur. Ut de vitibus, Januario mense arbutivas debere putari, Februario propaginibus transplantari, Martio ex his, samenta ad insitionem accipi, Maio easdem inseri, ἐγχελεῖς εἶδεσθαι. Atque ita de cæteris. Totus quippe mēsis illis ipsis operibus videtur aptus & commodus. Nam dum putetur vitis apud nos intra mēse Februarium, nihil refert utrū initio an fine an medio id fiat. Hæc igitur ad ἐργῶν doctrinam pertinent, non ad ἡμερῶν. Si quod verò scriptum de diebus eligendis tractat ad ponendas vites vel arbores vel segetes accommodatis, vel alias quascunque res agendas ex siderum motu & positu, ea ἐφημερίς est. Sanctus Augustinus de Civitate Dei lib. v. cap. vii. mores sæculi sui reprehendit, quod in eligendis diebus nova quadam actibus suis fata moliri satagebant. Titulus capituli est, *de electione diei quo uxor ducitur, quo ve in agro aliquid plantatur aut seritur.* Proclus ἐκλογὴν ἡμερῶν appellat. Hæc omnino pertinent ad illas quas diximus Mathematicorum Ephemeridas. Præter eas autem causas quas diximus discriminis dierum ex sideribus, ex religione, & ex observatione quam experientia fecit, quarta est Pythagoreorum, ex harmonicis numerorum rationibus ac virtutibus sumpta. De qua fuse commentatus est Proclus ad illud Hesiodi

siodi carmen *ᾠδὴ ἡμερῶν*. Eam ad omnia va-
 letē voluerunt quæcunque numeris tempo-
 rum fiunt. Et hæ doctiores & subtiliores vi-
 dentur ineptiæ, non tamen magis solidæ nec
 magis veræ quam quælibet earum trium quas
 ante commemoravimus. Inde etiam causam
 arcessunt cur septeni aut noni Climacteres
 graviores sint quā qui in alios numeros inci-
 dunt. At deberent secundum hanc rationem
 ex vi horum numerorum esse leviores, quan-
 doquidem illos duo numeros physica virtute
 atque occulta fœtus in utero perficere tra-
 dunt. Quomodo igitur idem numerus pro-
 prietate quadam ac potestate naturali adstruet
 simul & destruet, formabit & forma exuet?
 Climacterici porro etiam dies mali fuere &
 infauti, sed alia eorum infelicitatis ratio quā
 Ægyptiacorum, aut eorum quos Mathemati-
 cis *ἀπὲρ ἀνίας* dictos esse ostendimus. Hi enim
 infelicitatem suam non ulterius extendunt
 quam ut incœpta nostra & proposita actusq;
 impediunt & interpellent, eorum effectus fru-
 strando, aut exitum alium à sperato dando.
 Unde & *μετὰ δόπας* eos vocavit Hesiodus,
ἀκχεύς, ἢ φέροντας, excidentes, incertos &
 inefficaces, & nihil ferentes. Quod una voce
τὰ ἀπὲρ ἀνίων Mathematici satis potenter ex-
 presserunt. Climacterici vero dies sunt in
 quibus pericula ex morbis, aut ex casibus qui
 extrinsecus eveniunt, vitæ nostræ intentan-
 tur,

tur, quibusq; in discrimen & metum interitus adducitur, ac pæne subvertitur. Et Climacteres illos sive pericula quæ annis vel diebus Climactericis vel etiam horis inde appellatis, accidunt, à Decanis fieri crediderunt, ut dictum est, & per ipsos Decanos omnia vitia valetudinesque colligebant antiquissimi Ægyptii, ut ex Firmico supra docuimus. Triginta sex numero hi fuere. In totidem partes corpus humanum distribuerunt, & singulis Decanis singulas attribuerunt, earumque partium morbos, quarum & proprii fuere Climacteres. Insignis de ea re locus Celsi apud Origenem contra ipsum, in hæc verba lib. VIII. ὅτι μὲν ἐν τοῖςδε μέχερ' ἐλαχίστων ἐστὶν ὅτ' ἔδωται ἐξ ἑσίας, μάθ' οἱ τις αὐτὸ ἐξ ὧν Αἰγύπτιοι λέγουσιν, ὅτι ἄρα ἔαυθ' ὅπως τὸ σῶμα ἐξ ἡμῶν τελεῖσθαι διελήφασιν δαίμονες, ἢ θεοὶ πῦες αἰθεριοὶ εἰς τοσαῦτα μέρη νεμερημένον, οἳ ἢ καὶ πολὺ πλείους λέγουσι εἰς τοσούτα μέρη νεμερημένον. Quod autem usque ad minimas res nulla sit cui sua non assignata fuerit potestas, colligere licet ex iis quæ Ægyptii memorant. Nempe quod hominis corpus triginta sex possideant Genii sive Dii Ætherii in totidem partes distributum. Alii etiam plures perhibent, quorum unusquisque & partes sibi dicatas corporis obineat, quæ & ipsa in plures dividuntur particulas. De Decanis eum loqui ipse numerus indicat, & quod θεοὶ αἰθερίας, Deos atheri affixos nominat. Sed illud magis, quod sequitur de eorum nominibus

bus *Ægyptiacis*. Καὶ τὰ δαιμόνων ἴσασι τὰ ὀνόματα ὀπχωρίαι Φωνή, ὡς περ χυμῶν, χναχμῶν, καὶ Κνάτ, καὶ Σικάτ, Ἐ Βιῦ, καὶ Ερῦ, Ἐ Ερεβιῦ καὶ Ραμανδρ, καὶ Ρφανοδρ, ὅσα τι ἄλλα τῶν ἑαυτῶν γλώσση ὀνομάζουσι. *Norunt & illorum Demonum appellationes indigenas, ut Chnumin, Chnachu-min, & Bii, & Eriu & Erebiu, & Ramanor, & Reianoor, & quacunq; alia numina sua lingua nuncupant.* Hæc esse nomina Decanorum ex eorum quem superius exposuimus catalogo patet. Sed nonnulla heic corrupta sunt, aut aliter appellata quam apud eos Mathematicos ex quibus ea deprompsi. χνῆμις Decanus ibi est tertius Cancrī, & χαρχνῆμις primus Leonis qui hic perperam χναχμῆμις vocatur. Σικῆτ, ibi dicitur qui apud Origenem Σικῆτ. In vulgatis Firmici, *Aficanh* legitur, quod videtur confirmare scripturam libri Origenis. Pro Κνάτ, Σμάτ scribitur apud Hephæstionem qui primus est Decanus Capricorni. Ε'ρῦ Cellū, Ε'ρῶ est Hephæstionis, & secundus Tauri Decanus. Ε'ρεβιῦ nullus est in nostro catalogo, sed pro eo vel Πῆβιῦ vel Ρ'ησῶ, qui est primus Decanus Sagittarii. Pro βιῦ est ἄβιῦ in nostro, primus Decanus Pesciū. Qui Ραμανῶς dicitur apud Origenē esse puto qui Ρομβόμαρε Hephæstioni vocatur. Ρφανδρ etiam corruptum liquet, pro χόντ' & χρε aut ὄαρε, aut pro Σρῶ Ἰ'σρῶ. Sed hæc non tanti. Hoc tantum hic voluimus, de Decanis ibi loquutum esse Cellum quibus sin-

gule

gulæ partes corporis attributæ tanquam Diis,
 præsidibus, earumque partium morbi tanquã
 Climacteres morbiferos facientibus, aut de-
 pellentibus potius. At si Dii non sunt illi De-
 cani, aut si nulli sunt potius, ipsi etiam Clima-
 cteres aut Climacterici anni qui ab illis du-
 cuntur, nihil erunt. Res ipsa quidem est, nam
 homini dum vivit multa pericula accidunt
 qua vitæ qua forunarum, & illa pericula Cli-
 macteres sunt, sed ab astris non fiunt. Quod
 autē singulis corporis partibus Decani præsi-
 dent & earum morbis, ex eo etiam colligimus
 Climacteres illis adscriptos morborum fuisse
 potius quam aliorum casu extrinsecus con-
 tingentium. Nam & vitia præcipue & valetu-
 dinis per hos colligi solitos ex Necepsq. scri-
 bit Firmicus. Alii Climacteres ex ipsa genesi
 & stellarum in ea dispositarum diathemate
 colligebantur. Ab his Climacteribus Clima-
 cterici etiam dies, non solum anni appellati,
 iique ab Ægyptiacis diversi & aliis nefastis
 vel atris, quos in superioribus exposuimus,
 & quos ἀπὸ ἀστῶν dictos ostendimus. Ægy-
 ptiaci quippe communiter & ex æquo om-
 nibus ut mali atque ad aliquid novæ rei
 exordium inhabiles observandi propositi
 sunt, & singuli menses certos huiusmodi dies
 & notos habuerunt. Ἀπὸ γενέσεως ad singulos
 actus fuere ex astorum positu colligendi.
 Climacterici ex genesi ipsa colligebantur, in-
 qui-

quibus genito, aut morbum aliquem eo die accipitem & gravem, aut periculum aliquod vitæ aut fortunarum eventurum astra in genitura disposita minabantur. Qui dies autem *ἀπεργαῖτος* inquirebant, si illum ipsum diem de quo quærebatur, Climactericum esse illi qui consulebat comperissent, tanto magis vitandum esse, ut tristi omine impeditum, & nefastum, & non idoneum ad aliquid incipiendum pronuntiabant. Cæterum cum nec ortus vitæ, nec cursus, nec finis tanquam sideribus alligati & devincti, duci ab illis & regi nemini sano aut docto possint videri, nemo etiam est quin videat atque agnoscat, quæ de annis Climactericis ab artis nugatoriarum stultis magistris tradita sunt, inania esse, futilia, vana, falsa, ut nulla vera ratione fundata, nulla recta observatione firmata, nec ulla certa experientia comprobata. Restabat hic quærere de Terminis vitæ, utrum fatalis sit an mobilis, aliqua an nulla arte prorogandus. Sed Libri hujus moles non patitur nos ulterius excurrere. Præterea confectum ea de re volumen satis grande ante annos duodecim, & paratum prælo, habemus, quo quæstioni propositæ à Beverovicio tum respondimus, nuper nobis erepto cum magno rei medicæ & melioris litteraturæ damno. Fatalis sane sit ille terminus, dum fatum illud astra non faciant. Nec facere vero jam satis ostendimus.





I N D E X V E R B O R U M E T R E R U M.

A.



- Bleptum signum.* Ἀ'ελακ'ι'ο'ν. 134.
Abrasax potentissimum numen Basilidianorum. 571. *ejus Icon.* 572.
Ægyptiaci dies. 815. *in calendariis notati.* 816.
Ætatis humana gradus Ptolemao. 518. *quomodo vocent Graci.* 257. *quot annis consistent.* 258.
Ἀ'ζα'δ'ος δαίμων. 192.
Agellii sententia reprobata. 498. *locus ex vetustis exemplaribus emendatus.* 70. *locus correctus.* 120. *locus emendatus.* 824.
Ἀ'ζω'γ'η, disciplina. 71.
Ἀ'ζω'γ'η & ἄ'ζω'γ'η, pultis genus. 729.
Ἀ'ί'ρ'ε'σ'ι' stellarum quid vocent Vet. Mathematici. 172. *melius condicionem quam factionem verti.* ibid.
Αἰ'φ'ρί'διοι Κ'λι'μακ'τ'η'ρ'ε'ς. 224.
Ἀ'κ'π'η'βο'λ'ία Hephaestionis. 399. *quomodo fiat.* 401. *dupliciter consideratur.* 405.
Almanachia. 805.
Alchocoden. 264.
Ἀ'ν'α'ρ'ε'σ'τ'η'ς ἀ'π'η'ρ'ε'. 298. *Ἀ'ν'α'ρ'ε'τ'ε'ς stellas quas numerent.* 302.
Ἀ'ν'α'β'ι'βά'ζ'ε'ι, non est ascendere, sed in altum tollere & levare.

I N D E X

vare. 185. Ἀναβιβάζων & καταβιβάζων	magne in genibus potestatis.	ibid.
Ἀναφορὰ	quid sit. 83. Anaphorica tempora.	294.
Anaphora	signorum in primo Climate. 674. in secundo Climate. 682. anaphora primi Climates.	690.
Androclas annus. 56. unde dictus & quomodo scribendus.		98.
Annos primorum hominum non fuisse menstruos.		654.
Anni genethliacorum aquabiles.		241.
Ἀνοικηδισμός τῆς & ἡσυχίας.		301.
Antiscia Gracorum.		814.
Anubio vetustissimus poeta.		87.
Ἀπὸ ὅρα Dei spiritus ille ejus qui omnia implet est. 883.		
Ἀπὸ ὅρα Astrologorum.		797. 808.
Ἀφίης unde dictus. 266. idem qui ἡροεργάτης. 267.		
325. pro ipso loco interdum accipitur.		273.
Ἀφίης ἢ ἡροίων Latinis initium temporum. 268. quid Gracis significet. ibid. 270. 273. 275. nullam invidum παύτησιν habet. 322. aut una aut plures. 330. certis temporum spaciis determinatur.		424.
Apheta duorum generum. 374. Aphetarum discrimen non observatum aurbas dedit.		382.
Ἀπαιτίς καὶ ἀποφεύδας dies quos dixerint Graci aut Egyptii. 816. eorum Anagramma.		ibid.
Apotelesmata Sphæra Barbarica.		581. 582.
Ἀποτελέσματα.		44.
Ἀποκλίματα.		83.
Ἀπολύσας idem quod ἀφαισας.		272.
Aquarum varia qualitates.		742.
Arieti princeps lacus datus inter signa.		180.
Aruuspicina à stellis deducta.		790.
Ἀρχαί & , Petosiris.		393.
Asclepiadis Medici atas.		727.
Aspectus iidem cum Schematismis.		400.
Astra ne quidem sunt σημαινικά.		806.
Ἄστρο Gracis quid significat.		582.
		Astr-

VERBORVM ET RERVM

<i>Astrologia & Astronomia diuersa.</i>	53
<i>Ἀστρά quæ. 127. Ἀστρά: idem.</i>	122.
<i>Ἀπὸ Φαί qui dicantur.</i>	363.
<i>Astra aut sunt Dii aut nomina est Astrologia.</i>	755.

B.

B abylonii numeri Horatio qui.	54.
<i>Βαλβιδίς quæ.</i>	269.
<i>Barbarica Sphæra quæ. 583. sola fixarum Stellarum</i>	
<i>Apothelesmata explicat. 589. unde ea dicta.</i>	559.
<i>Bardisanes vetus auctor.</i>	612.
<i>Basilides & Basilidiani ex Ægypto.</i>	569.

C.

C adchoda Persicum vocabulum.	324.
<i>Campanella error notatus.</i>	361. 362.
<i>Canicula ortus initium anni Ægyptii.</i>	155.
<i>Cardines signorum.</i>	83.
<i>Cardinales presbyteri & Diaconi unde dicti.</i>	86.
<i>Cardines geniturarum.</i>	182.
<i>Cardo, κέντρον.</i>	441.
<i>Cardani versio notata. 273. imperitia notata. 353. 364.</i>	
<i>370. 418. 431. 434.</i>	
<i>Carpi auctor non putatur Ptolemaus, 305. locus emendatus.</i>	327.
<i>Castorina vestes.</i>	622.
<i>Censorini errores notati.</i>	487. 488.
<i>Chaldaei antiqui per δωδεκάτης numerabant. 238. omnes Genethliaci ita appellati.</i>	803.
<i>Cheirōmantica pendebat à stellis.</i>	770.
<i>Cholcnumis Decanus. 568. tertius Cancrī.</i>	569.
<i>Chronocratores principes. 246 proprie qui.</i>	351.
<i>Cibum agris dare quibus diebus aptissimum.</i>	51.
<i>Circumcisionis differentia.</i>	723.
<i>Clerorum quatuor diuisiones.</i>	376 377.
<i>Clerus Fortuna.</i>	378.
<i>Climatis ratio habenda in genesibus.</i>	585.
<i>Climatis primi Ascensiones.</i>	702.
	Cli.

INDEX

vare. 185. Ἀναβιβάζων & καταβιβάζων magna in ge- nesibus potestatis.	ibid.
Ἀναφορὰ quid sit. 83. Anaphorica tempora.	294.
Anaphora signorum in primo Climate. 674. in secundo Climate. 682. anaphora primi Climates.	690.
Androclas annus. 56. unde dictus & quomodo scriben- dus.	98.
Annos primorum hominum non fuisse menstruos.	654.
Anni genethliacorum aquabiles.	241.
Ἀνοικυδιὰ τὸ πῦρ & ἡνίοις.	301.
Antiscia Gracorum.	814.
Anubio vetustissimus poeta.	87.
Ἀπόρροια Dei spiritus ille ejus qui omnia implet est. 883.	
Ἀπόρροια Astrologorum.	797. 808.
Ἀφίτης unde dictus. 266. idem qui ἡγοικεῖται. 267. 325. pro ipso loco interdum accipitur.	272.
Ἀφίτης τὸ ἤρῳν Latinis initium temporum. 268. quid Gracis significet. ibid. 270. 273. 275. nullam in- dum ὑπάρτησιν habet. 322. aut una aut plures. 331. certis temporum spaciis determinatur.	424.
Apheta duorum generum. 374. Aphetarum discrimen non observatum aurbas dedis.	382.
Ἀπαισιὶς καὶ ἀποφεγδὰς dies quos dixerint Graci aut Ægyptii. 816. eorum Anagramma.	ibid.
Apotelesmata Sphæra Barbarica.	581: 582.
Ἀποτέλεσματα.	44.
Ἀποκλίματα.	83.
Ἀπολύσει idem quod ἀφίται.	272.
Aquarum varia qualitates.	742.
Arieti princeps lacus datus inter signa.	180.
Arsuspicina à stellis deducta.	790.
Ἀρχαῖ & , Petosiris.	393.
Asclepiadis Medici ætas.	727.
Aspectus iidem cum Schematismis.	400.
Astra ne quidem sunt σημεῖα καὶ.	806.
Ἄστροι Gracis quid significet.	552.
	Aspr

VERBORVM ET RERVM.

<i>Astrologia & Astronomia diuersa.</i>	53
<i>Ἀστρά quæ. 127. Ἀστροί itidem.</i>	128.
<i>Ἀστροφῶν qui dicantur.</i>	363.
<i>Astra aut sunt Dii aut nulla est Astrologia.</i>	795.

B.

<i>Babylonii numeri Horatio qui.</i>	54.
<i>Βαβυλῶν quæ.</i>	269.
<i>Barbarica Sphæra quæ. 583. sola fixarum stellarum</i> <i>Apotelesmata explicat. 589. unde ea dicta.</i>	590.
<i>Bardisanes vetus auctor.</i>	608.
<i>Basilides & Basilidiani ex Ægypto.</i>	569.

C.

<i>Adchoda Persicum vocabulum.</i>	384.
<i>Campanella error notatus.</i>	361. 362.
<i>Canicula ortus initium anni Ægyptiæ.</i>	105.
<i>Cardines signorum.</i>	83.
<i>Cardinales presbyteri & Diaconi unde dicti.</i>	36.
<i>Cardines geniturarum.</i>	182.
<i>Cardo, κέντρον.</i>	441.
<i>Cardani versio notata. 273. imperitia notata. 353. 364.</i> <i>370. 418. 431. 434.</i>	
<i>Carpi auctor non putatur Ptolemæus, 305. locus emen-</i> <i>datus.</i>	327.
<i>Castorina vestes.</i>	622.
<i>Censorini errores notati.</i>	487. 488.
<i>Chaldaei antiqui per δαδικαστίαι numerabant. 238. om-</i> <i>nes Genethliaci ita appellati.</i>	803.
<i>Cheiramantica pendebat à stellis.</i>	790.
<i>Cholcnumis Decanus. 568. tertius Canceri.</i>	569.
<i>Chronocratores principales. 246. proprie qui.</i>	351.
<i>Cibum agris dare quibus diebus aptissimum.</i>	51.
<i>Circumcisionis differentia.</i>	723.
<i>Clerorum quatuor diuisiones.</i>	376. 377.
<i>Clerus Fortuna.</i>	378.
<i>Climatis ratio habenda in genēsibus.</i>	585.
<i>Climatis primi Ascensiones.</i>	702.
<i>Cli-</i>	

I N D E X

<i>Climata orbis septem veterib.</i> 337. duo addita à Prolemaeo.	ibid.
<i>Climata longa virorum.</i>	740.
<i>Climactericus annus unde dictus.</i> 1. 63. quid Astrologi significet. 2. non recte decretorius vocatur. 5. non pertinet ad Medicinam. 15. septenarius longe gravissimus. 22. ad eorum cognitionem nihil faciunt gradus humanae aetatis.	57.
<i>Climactericus non tantum annus, sed & mensis & dies.</i> 65. etiam Climacter dicebatur.	ibid.
<i>Climacterum propria notio.</i>	98. 102.
<i>Climacterica non tantum Zodia & loca, sed & Stella.</i>	201.
<i>Climacteres alios esse leviores, alios graviores.</i>	205.
<i>Climacterici circuli planetarum.</i> 448. numeri eorundem circulorum.	450.
<i>Climacterici quos faciunt signorum Decani horoscopantes.</i>	46.
<i>Climacteres duodenarii omnes pessimi.</i> 473. septenarii nulli boni. 474. ternarii etiam pessimi. 475. quinary mitiores. ibid. octonarii. 476. novenarii.	477.
<i>Climacterum genera tria.</i>	481.
<i>Climacter vitam servat, non adimit.</i>	484.
<i>Climacteris etymon.</i>	492.
<i>Climacter heroicus exploditur.</i>	501.
<i>Climacterum distinctio è numeris quadratis & oblongis.</i> 504. communium & non communium distinctio.	517.
<i>Climacteres communes infantium.</i> 518. puerorum. 519. adolescentium. 521. juvenum. ibid. virorum. 523. senum. 524. aetatis decrepita.	525.
<i>Climacteres Clerici.</i> 530. Horoscopici.	ibid.
<i>Climacteres non fieri à numeris.</i> 647. non ab astris. 649. 656.	
<i>Cæsus planetarum Agellio.</i>	311.
<i>Constellatio Latinis.</i>	82.
	Civ.

VERBORVM ET RERVM.

Contagio Ciceroni quid.	800.
Critici dies alii à Climactericis.	5. 19.
Critodemus vetus auctor.	461.

D.

Damonis locus. 124. demon Sol.	125.
Decani non dicuntur à numero.	558.
Decani s Horoscopus. 12. singulis stellis attributi.	545.
Decanorum nomina Ægyptiaca.	18.
Decani tres singulis signis deputati. 552. singuli sunt αἰθῆρα. 556. nomen non sumtum à militia Rom. 560. sed contra. 561. Etymiratio. 564. Decanorum figura. 565.	
Decanorum omnium nomina Ægyptiaca.	609. 610.
Decreta stellarum.	43.
Decretorius dies in malam partem accipitur.	5.
Decretoria hora. 6. decretoria arma.	ibid.
Diametra & quadrata signa pessima.	146.
Diametro septem signa dantur.	162.
Διαμέτρων idem quod ἀφῆραι.	272.
Dies maledicti. 817. eorum laterculus. ibid. dies Ægyptiaci.	818.
Διαίεσις temporum.	292.
Διαίεσις τῶν ἡμερῶν & ἡμερολογίου idem.	359.
Diathema & Thema. 87. Diathema signorum duodecim loci dispositorum.	179.
Dirigere quomodo usurpent Latini.	428.
Divisionis annorum per menses Schema. 234. per menses dies, & horas.	238.
Dodecaeteris Chaldaorum Censorino.	238.
Dominus genitura. 98. quomodo divisio temporum ab eo fiat. 120. vita alius à domino temporum. 276. domini genitura qui.	336. 348. 350.
Domos aliter acceperunt veteres, aliter recentiores. 181.	
Δωδεκάμηνος quid.	542.
Δωδεκάτοπος quid sit. 187. etiam in singulis locis adhibendus.	197.

H h h

Dore

I N D E X

Dorothei divisio i eorum discrepat à Ptolemaei divisione.
229. eius versus. 291.
Ερωτος quid sint. 767.

E.

E*Βδμας ημερας de septimotide.* 241.
Εντομας Ptolemao quid. 272.
Εντομας variola. 727.
Εμυ est sciencia Egyptia. 814.
Εμπεδακτοι dies. 810.
Επικυρσει qua sint. 230.
Ephemeris quid significet. 837.
Επιστομα Gracu de die postera. 40.
Επιδιχατο quid significet. 214.
Επιγεωτρος nomen. 341.
Επιμαρτυρας quas appellant Graci. 342.
Επιληττα qua. 123.
Επικρατος idem esse quod αφιστο. 323.
Epiphanii locus emendatus. 377.
Ερως Egyptiis Mars. 396.
Εξασημας rubiola sive morbilli. 721.

F.

F*atalis dies.* 4.
Ferdaria qua sint. 437. Persarum unde dicta. 237 di-
versa à Gracorum. ibid.
Firmicus non vidit Manilii scripta. 587.
Firmici locus emendatus. 18. 59. 93. 98. 100. explicatus.
212. correctus. 213. 387. 458. 536. 132. 133. 178. 183.
336. 552. 595. 663. 671.
Finis cursorum poetis. 271.
Flamina quid significent Lucretio. 800.
Fortuna locus. 124.
Fuga pro cursu maritimo apud poetas. 832.
Fundus latinis quid significet. 378.

G.

Γ*αυις πικρα.* 199.
Geneses singula utrum plures habeant Climata. 112.

VERBORVM ET RERVM.

112. non nisi unum. 113. 114. duplicem. 115. ulterior definitio.	119.
Genitura duodecim locorum Schema.	193.
Γένσις αὐοῖνδισαώτης.	301.
Genesis pro fato usurpatur. 801. sed particulare est singulorum hominum fatum.	802.
Γωίαις quas vocent graci Mathematici.	182.
Γόνιμοι dies Critici. 7. 23. 24. tam pares quam impares.	35.
Τόνια & ποινής.	23.
Gradarius equus.	3.

H.

H ebdomadibus vita humana definita.	58.
Hebdomadicum annum quomodo numerarint Aegyptii. 105. à septimanis dictus.	106.
Herois nomen profanatum.	503.
Hexagono tria dantur signa.	161.
Hephaestionis Climacteres.	528. 529.
Hippocratis locus examinatus quo volunt probari Climactericos illi notos fuisse.	23.
Holovera vestes.	621.
Hora saepe pro Horoscopo.	247.
Horarum XII. nomina apud Aegyptios.	251.
Horoscopus quid sit. 83. ejus varia nomina. 123. usus. 129. dat LXXVIII. annos vita.	93.
Hyleg & Alchochoden Arabum respondent Gracis vocabulis ἀφίτης & οἰνδισαώτης.	264.
Hyleg Arabum homonymia. 382. nomen Persicum, non Arabicum. ibid. quid significet.	390.
Hypsiclis ἀναφοραί.	690.

I.

I ατρομαθηματάρι apud Aegyptios qui.	45.
ιατρομαθηματικὰ σωστάξις.	52.
ιαὲ vel ιαὼ Dei nomen.	569.
Impares dies Critici. 7. etiam pares.	32-33.
Impossibile bonum Christianum esse Astrologum.	804.

I N D E X

<i>Infelicitium dierum observatio inepta.</i>	215.
<i>Ioannes Lydus sub Iustiniāno.</i>	180.
<i>Iosephi Scaligeri sententia refutata.</i>	81. 92. 161.
<i>Iurisjurandi formula Astrologorum.</i>	788.
<i>Iuvenalis locus explicatus.</i>	52.

K.

Κ <i>ἄμπι</i> <i>δρόμο</i> .	270.
<i>Καρόνιοι Suidae cursorum repagula.</i>	269.
<i>Καθυπετερεῖν quid significet.</i>	414.
<i>Κινδρομία quid significet.</i>	404.
<i>Κίντερον Latin. cardo.</i>	440.
<i>Κλῆρ</i> <i>quid in Astrologia.</i>	378.
<i>Κληρακὺς κλιμακῆρας quos appellet Valens. 202. eorum Schema.</i>	203.
<i>Κλῆροι quatuor.</i>	138.
<i>Κλιμάζειν quid significet in palastra.</i>	493.
<i>Κλιμακίζειν quid.</i>	493.
<i>Κλίμα inclinatio.</i>	63.
<i>Κλιτὸς Scala. 64. Ἄεolib. κλικύς.</i>	ibid.
<i>Κλιμακτῆρ quid sit Græcis. i. unde deducatur.</i>	63.
<i>Κόλον non κῶλον dicendum.</i>	732.
<i>Κεῖσιμοι dies.</i>	8. 9.
<i>Κεῖσις apud Medicos tripliciter sumitur.</i>	40. 41. 42.
<i>Κύκλον quid vocet Valens.</i>	277.
<i>Κυκλωὺς χειροκράτωρ idem qui μελαχὺς.</i>	286.


L.

L <i>Ævum trigonum.</i>	81. 91.
<i>Lichenes morbus.</i>	728.
<i>Limen cursorum. 268. Servio regula.</i>	269.
<i>Loca Astrologorum. 82. duodena. 84. bona septem. 191. tria mala. ibid. duo pessima. ibid. eorum divisio apud Valentem.</i>	229.
<i>Longævitatis causa. 740. exempla. 740. 741. 744. 745. 748.</i>	
<i>Lucretii locus emendatus.</i>	800.
<i>Luna fortuna. 125. ejus prognostica unde petantur.</i>	61. ejus

VERBORVM ET RERVM.

<i>ejus Climacteres.</i>	478.
<i>Ludovici Cornari diata.</i>	743.

M.

M Anilii locus emendatus. 138. 149. <i>versus correcti.</i>	
245. 322. 320.	
<i>Μαρυεῦντις stella</i>  <i>a.</i>	300.
<i>Massahalah Iudaeus Astrologia judiciaria peritissimus.</i>	
309.	
<i>Medicina duae partes practicae.</i>	50.
<i>Mercurius κενὸς quasi hermaphroditus.</i>	173.
<i>Μισομῶδον quid.</i>	157.
<i>Μισογενῖμα summam omnium actionum complectitur.</i>	
199.	
<i>Mirandulani error notatus.</i>	386. 389. 439.
<i>Mixtura stellarum.</i>	625.
<i>Μοιρολογίσις qua.</i>	581.
<i>Μοιρολογία Gracis quid. 539. μονομοεῖα Aegyptiorum.</i>	546.
<i>Morborum causa.</i>	765.
<i>Μοιρολογίσις.</i>	535.
<i>Μὴ Aegyptiis aqua.</i>	614.

N.

N Asirodinus Thusius celeberrimus in Oriente Mathematicus.	315.
<i>Natura non est astrorum decretis obligata.</i>	753.
<i>Nefasti dies.</i>	821.
<i>Nigidii sphaerarum distinctio.</i>	592.
<i>Νίγεα in plurali quid significet Aegyptiis.</i>	614.

O.

O Cursantes stella.	299.
<i>Οἰγδοσιπῶντις quis. 99. ὁ ζῶης alius quam ὁ ἀφίστας. 277. eorum varietas magnum peperit errorem.</i>	
339.	
<i>Ominalis dies.</i>	824.
<i>Origenis insignis locus.</i>	619.

H h h 3

Orcus

I N D E X

<i>Orcus Latina vox.</i>	829.
Ὀμοκρόπ⊗, ἴος, διχρὸς synonyma.	18.
Ὀρεα fines quos singuli planeta in singulis signis possident. 288. eorum divisio.	291.
Ὀρορεφ' τωε quis.	288. 290.
Ὀῦρο Ægyptiis dominus.	595.

P.

ΠΑΡ' ὁδοις & ἀφ' ὁδοῦ. 229. totidem quot aphesi.	288.
Παρθενίατι δαν qui dicatur.	553. 555. 586.
Partiliter & in parte de solis cardinibus dicitur.	85.
Πατελὸς τὸ π⊗ Gracis.	197.
Pericula Climacteres.	120. 121.
Periodi propria planetarum. 209. recentiorum error circa illas. 210. magna peripodi.	212.
Περίπατ⊗ est ipsa ἀφισις.	297. 328.
Petosisis ἀρχαῖ⊗ dicitur.	353.
Physiognomonicum non est necesse esse Mathematica peritum.	48.
Pici Mirandulani error.	195.
Pictavica Colica.	730.
Πινυκὴ disciplina. 53. Astrologia, à qua diversa Astrenomia.	ibid.
Πίπτι Ægyptiorum.	570.
Phlegon Trallianus.	661.
Planetarum circuli Climacterici. 448. sortes septem.	
129. magni, medii, minimi anni. 215. eorum nomina à fulgore.	801.
Platonis locus emendatus.	763.
Plinii locus emendatus.	71. 659. 661. 663.
Plotini sententia.	804. 805.
Porphyrî Isagoges locus emendatus. 197. 344. 414. alius 403. error notatus. 340. locus emendatus. 548. 554.	
694. 705.	
Pranestina sortes.	791.
Potus varia genera à Gentibus usurpata.	741.
	Pri-

VERBORVM ET RERVM.

<i>Prasiderare Latinis quid significet.</i>	808.
<i>Procli locus correctus.</i>	826.
<i>Promissores qui.</i>	395.
<i>Πρόσωπον Græcis pro homine honorato.</i>	559.
<i>Προχμαζέω quid sit.</i>	808.

Q.

Q <i>Vadrata signa qua.</i>	148.
<i>Quintus & quadragesimus annus quomodo Climactericus.</i>	105.

R.

R <i>Anxovii sententia refutata.</i>	70.73.
<i>Recentiorum primus error circa Climacteres.</i>	104.
<i>secundus.</i>	ibid. 234.
<i>Regna & Resp. non habent suos Climacteres.</i>	75.
<i>Religiosi dies.</i>	824.

S.

Σ <i>Αβωδ Deus juvenis specie pictus.</i>	574.
<i>Σαλμαγνιακα vox Persica.</i>	605.
<i>Salubritatis locorum causa.</i>	740.
<i>Scala Græca qua.</i>	69.
<i>Scaligeri error notatus. 192. 230. 244. 266. 537. 560.</i>	
<i>561. 584. 592. 618. 697. 686.</i>	
<i>Schematismorum figura.</i>	142.
<i>Scholiasta anonymi locus correctus.</i>	377.
<i>Seminis qualitas longe vitatis causa.</i>	749.
<i>Septenarii numeri potestas varia.</i>	641.
<i>Sexagesimus tertius annus androclas. 56. dupliciter considerandus.</i>	490.
<i>Septimestris partus causa.</i>	641.
<i>Σῆς & Σίης filius.</i>	566.
<i>Signa singula ternos habent Decanos. 17. signa sive ζώδια sunt duplicis generis.</i>	591.
<i>Signa quot annos vita tribuant.</i>	82.
<i>Significatores vita qui.</i>	394.
<i>Signilis ratio numerandi.</i>	158.
<i>Σίης & rex Thebaorum.</i>	567.

INDEX.

<i>Sol Damon.</i> 125. <i>Sol & Luna nullam habent χρονομε- ταρίαν.</i>	290.
<i>Solis Climacterici circuli.</i>	494. 480.
<i>Somniorum veritas & falsitas à sideribus.</i>	789.
<i>Stationes cali Firmico.</i>	84. 427.
<i>Στείβων non εἰδὼν Climacter dictus.</i>	477.
<i>Stella cuiusque dies. 225. quinque radiis pradita.</i>	406.
<i>Στοιχῆν & μεταστοιχῆν.</i>	576.
<i>Στοιχῆα sunt μορφώματα apud Epiphanium.</i>	576.
<i>Στοιχῆον est imago.</i>	577.
<i>Στοιχώματα quæ.</i>	580.
<i>Συναπτασι & ἀκλιοσολίαν distinguit Valens.</i>	300.
<i>Σύνδεσμοι & ἀλλήλων.</i>	185.
<i>Συμπάθηα & σχηματισμοί.</i>	403.
<i>Συχηματισμοί.</i>	87.
<i>Σύνοδος & absolutè Græcis quid signet.</i>	309.
<i>Synodi omnium planetarum.</i>	311.
<i>Sybillini versus correcti.</i>	659.
<i>Σύνταξις liber.</i>	55.
<i>Συναποκρίσεις quid sit.</i>	470.
<i>Σῶθις canicula sidus.</i>	615.

T.

T <i>Alifman vox quid significet.</i>	578.
<i>Tecates Ptolemai nulli.</i>	441.
<i>Θίμα pro genesi. 87. quid Astrologis. 87. pro legioni- bus.</i>	90.
<i>Τίλ & τίρμα cursorum.</i>	271.
<i>Τιλίσματα & τιλεσαι.</i>	579.
<i>Tempora generatim reddita Manilio.</i>	237.
<i>Tempora cæli Manilio.</i>	84.
<i>Τέταρτα & ἑτερόδων à veteribus usurpata. 232. secun- dum ea dierum distributio.</i>	ibid.
<i>Τέτρας est quadrans.</i>	175.
<i>Tetragonum dextrum.</i>	136.
<i>Teucer Babylonius vetus auctor.</i>	561.
<i>Θεναλκχι κλιμακτηρις.</i>	206.
<i>Tibuli</i>	

VIRBORVM ET RERV.

<i>Tibulli locus emendatus.</i>	792.
<i>Tradendi verbo quomodo utatur Manilius. 245. & quomodo Firmicus.</i>	246.
<i>Trigona & Hexagona signa optima.</i>	146.
<i>Trigona tria conficiunt unum quadratum trigonum aquilaterum.</i>	149.
<i>Trigona Zodia. 152. non signiliter sed partiliter numeranda.</i>	156.
<i>Τετράγωνα corporis continent totam compagem.</i>	763.
<i>Tropica signa & eorum operatio. 145. quatuor & sibi invicem Tetragona.</i>	149.
<i>Τετόποι ponuntur pro Schematismis.</i>	188.
<i>Τύχη κτηνική & ἀξιώματα κτλ.</i>	123.

V.

<i>Valens Antiochenus.</i>	54.
<i>Valentis Anthologia Astrologica. 59. ejus locus emendatus. 61. 111. 209. 211. 301. 359. 419. 496.</i>	
<i>Valens & Firmicus differunt in diebus planetarum constituendis. 227. Schema. 228.</i>	
<i>Variolas antiquis cognititas fuisse.</i>	726.
<i>Varronis locus emendatus.</i>	3.
<i>Vegetii locus restitutus.</i>	808.
<i>Ventorum causa & varietas.</i>	811.
<i>Ventis proprii stellarum.</i>	420.
<i>Victus ratio facit morbos familiares. 729. victus differentia.</i>	742.
<i>Vinum fugiens.</i>	833.
<i>Vita dator quis.</i>	99.

Υ.

<i>Υ' παντός alia bona, alia mala.</i>	298.
<i>Υ' παντός quis sit.</i>	298. 303.
<i>Υ' πόντων quomodo accipiant Mathematici.</i>	97.
<i>Υ' πόντος υ' ός quid Valenti significet.</i>	358.
<i>Υ' πόντος omnium vita annorum substantia.</i>	496.
<i>Υ' σωτηρία Græcis quid.</i>	269.

Hhh ;

X. ΙΙΙΙ.

INDEX VERBORVM ET RERVM.

X.

- X** *quid sit Gracia quid significet.* 302.
Xrūcis vel Xrūmis Decanus in Cancro. 566. ejus ety-
mon & icon. ibid.
Xpianēzē proprie decernere. 45.
Xpoxeapia quid sit & quatenus differat à xpoiaxē
ivoxeapē. 360.

F I N I S.



AD-

A D D E N D A

S V I S L O C I S.

Pag. 70. lin. 18. *post illa*, inspicienti, *Adde*: Nos tamen aliam præter has duas infra rationem nominis *Climacteris* afferemus, eamque ut puto verissimam.

Pag. 71. lin. 14. *post illa*, Novenarii, *Adde*: Saltem qui soli hoc nomen Climacterum videantur mereri.

Pag. 79. lin. 2. *post illa*, numerantur, *Adde*: In Critodemi tamen κλιμακτήρων ἀναγραφῇ ultimus Climacter statuitur centesimus ac vigesimus vitæ annus quia hic longissimæ vitæ terminus est, quem Sol bene collocatus potest decernere.

Pag. 83. lin. 1. *Adde*, vocant Græci πῆπς.

Pag. 98. lin. 5. *post κλάδ*, *Adde*: Dicitur etiam αὐδροκλήτης, ut infra notamus.

Pag. 105. lin. 7. *Adde*: Petosiris vel Neceps.

Pag. 121. lin. 3. *post illa*, periculis, *Adde*: Et quamvis in Græco vox κίνδυνος separetur à voce κλίμακ-της, eo tantum eas differre infra docebimus, quod κινδυνός notio generalior sit.

Pag. 168. lin. 1. *Adde*: interfecantia se ad angulos rectos.

Pag. 440. lin. 23. *post* paxillum. *Adde*: Arabes etiam vocant وق. Quod idem nomen est, & ejusdem apud eos significationis. Etiam pro munitione & pro castro accipitur. Quo sensu satis conveniret. Ita & Græcis χάραξ & palum denotat, & munitionem sive castra palis munita. Sic Latinis vallum utrumque significat. وق autem Arabicè idem quod Hebraicè יָחַד. Nam Hebraicum Iod Arabes vertunt in Vau.

Pag.

Pag. 614. lin. 17. *post illa signum & Rho, Adde:*
 Sed in Eusebianis sive potius apud Georgium Syn-
 cellum legitur, hanc vocem Νῆτωρῆς significare
 Αἰνῶς Νικηφόρον. Fuerit igitur Ægyptiacè Νῆδρα-
 ρῆ. Id est Minerva victoriam faciens. Nam Νῆδρ vel
 Νῆτρ Ægyptiis Minerva.

Pag. 615. lin. 13. *post illa verba, in Cancro, Adde:*
 Vetus Scholiastes ad Germanici Aratea Phænomena,
 scribit, τοὶ ἀστέρων sive Canis stellam, habere
 stellam in capite *unam qua Sit dicitur, Claram in*
lingua unam quam Sirius vel canem vocant. Ita le-
 gendum: vulgo habetur, *qua Isis dicitur.* Ergo Sir-
 stella est in capite canis, cum totus ἀστερισμὸς dica-
 tur Σῶδης.

Pag. 722. l. 16. *Totum locum ita lege.* Ægyptiis
 olim sollemne sorores fratribus nubere, itidem &
 Persis, & præterea, filias patribus, matres filiis.

Erra-

Errata sic corrigenda.

PAg. 2. lin. 9. *lege*, septenarios. pag. 4. lin. 5. à fine, *lege*, Idem mihi. p. 9. l. 16. attributi. p. 12. l. 2. duos. l. 15. liberatur. p. 16. l. 13. Astrologorum. *ibid.* lin. 3. à fine. Sed si quis. l. 21. lin. 18. sed ad. p. 24. lin. 17. generarent. p. 27. l. 11. *περίσσεια*. p. 28. l. 13. noverint. p. 43. l. fluxerit, *pro* deflexa sit. p. 44. l. 9. *δοσιπλισμάτων*. pag. 47. l. 1. lumina & numeros. p. ead. l. 16. *ασιέοντες*. pag. 48. l. 1. traducit. p. 56. lin. 24. *tolle* recurrentem. p. 58. l. 22. decimum quartum. p. 59. l. 1. *Ita lege totum locum*, varii in eorum vita Climacterici anni assignantur, iique non semper septeni aut noveni, nec ex septenis aut novenis multiplicatis compoliti. *ibid.* l. 12. septimum. p. 72. l. 14. unum. p. ead. l. 2. à fine, in vita. p. 76. l. 1. Climactericos habuerit oportet. p. 80. l. 8. interim minuendo. p. 81. l. 2. cuiusque vita. pag. ead. l. 16. *varo*. p. 90. l. 14. is est. p. 96. l. 3. quidam sunt. p. 117. l. 10. numeratur. p. 122. l. 19. vitia, vulneta. p. 124. l. 2. debent. p. ead. l. ult. quem. p. 126. l. 9. Manilianam. p. ead. l. ult. *addo*, quo *πὸ ἀθλα*. p. 135. l. 18. conspicit. p. 137. l. 1. *dele*, hoc. p. 141. l. 12. Atqui. pag. 149. l. 2. à fine, *tolle*, quadratum. p. 151. l. 5. à fine, *δεῖ πτερογώνια*. p. 160. l. 4. partes centenz. p. ead. l. 24. de reliquis. p. 168. l. 2. *addo*, intersecantia ad angulos rectos. 175. l. 12. qui primus est quadratus. p. 182. l. 10. Græci. p. 191. l. 13. *χρηματισμοὶ*. l. 14. *χρηματισμοί*, & *χρηματισμοί*. l. ult. *addo*. Atque hæc. pag. 204. l. 2. à fine, relegationes *pro* deportationes. p. 205. l. 16. *ἡ ἐπιμβασίς*. p. 210. lin. 6. viginii septem. p. 211. l. 7. aut septem. p. 213. lin. 7. Hæc. p. 217. l. 26. *insere*, suarum. p. 123. l. 11. quales. l. 26. in genituræ. p. 227. l. 17. computationem. p. 232. l. 26. contingit. p. 233. l. 7. alio loco. l. 8. *addo*, ei tribuit. p. 238. l. 16. loco. p. 240. l. 26. Ita processerunt mutata velificatione. p. 247. l. 42. ac diatius. p. 249. l. 5. diei. p. 253. l. 8. numerare. p. 262. l. 6. *μετακῆς*. p. 265. l. 13. potestates. p. 275. l. 8. tertiam. p. 289. l. 14. *μοίρας*. p. 290. l. ult. distribuebantur. p. 298. l. 23. *addo*, Is autem qui accipit. p. 327. l. 16. *δύοις*. p. 334. l. 9. plurimis. p. 337. l. 17. planetis. p. 241. l. 2. *addo*, Firmicus. p. 358. l. 1. *post* Solem, *addo*, non possit fieri. p. 359. l. 11. *κινδύνος*. p. 365. l. 17. *addo*, hæc est quia. p. 379. l. 11. *pro τῶν lege*, *καθαλαίων*. p. 390. l. 4. in utroque. p. 391. l. 6. *القَبَصِي* & *أَبِي*. p. 395. l. 20. *ποικίλον*. p. 397. l. 24. occurrunt. p. 401. l. 6. feriunt. p. 408. l. 1. *dele*, ad. l. 13. *αἰεταίων*. p. 409. l. 27. *σωμα*. p. 410. l. 27. *addo*, aut delet. p. 429. l. 6. *lege*, quæ potius directionis nomine est appellanda. p. 430. lin. 27. *scribe*, Sinica. p. 437. l. 2. à fine, *dele*, quas. p. 463. lin. 12. *ἀπρόφως*. p. 467. l. 7. *ἀπρόφως*.

l. 7. supra scripti. p. 468. l. 14. lege, ut tabella subiecta. p. 488. l. 15.
αὐτοφράδης. p. 492. l. 2. malevolæ. p. 495. l. 6. inclinam & in-
 vertunt. p. 513. l. 4. *κλιμακτηριῶν*. p. 521. l. 1. quam scrip-
 timus. l. 2. *distingue*, pares. Ab anno. p. 523. lin. 18. qui. p. 527.
 l. 27. positos. p. 539. l. 6. *Adde post* appellavit, eam *ἀποπελα-
 ρισσικὴν*. p. 557. l. 19. ideoque. p. 567. l. 22. quantum. p. 571.
 l. 4. ΓΙΓΑΝΤΟΦΗΚΤΑ. p. 584. l. 12. fere. p. 597. l. 3. Vt
 l. 4. vocatus. p. 585. lin. 20. Petosirin. pag. 606. lin. 5. **المح**.
 p. 608. l. 4. differentias. p. 609. l. 2. Climacteres. p. 615. l. 24. ad reli-
 qua facta. p. 616. l. 11. *addo*, Decanorum Climacteres. p. 623. l. ult. *de-
 le*, quam. p. 624. l. 17. *addo*, earum maleficarum. p. 629. l. 18. alliga-
 ta. p. 662. l. 26. cur nunc. p. 671. lin. 2. Hoc est. p. 692. l. 26. deinde
 idem Valens, *pro* inquitens. pag. 697. lin. antepenult. numeravit.
 p. 706. l. 1. ut postea. p. 731. l. 14. intolerabilem. p. 742. l. 1. &
 2. Indiz quidam populi. *ibid.* l. 9. in Subalpini. p. 744. l. penult.
 Mutiano. p. 752. l. 1. attingunt. p. 753. l. 8. Variorum ordinum.
 p. 754. l. 17. porro. p. 755. l. ult. *lege*, genuinos suos mores ami-
 serunt, & nativa gentis vitia. p. 763. l. 3. appellavit. p. 768. l. 24.
 rapacitatem. pag. 777. l. 19. in auras. l. 27. alere. pag. 783. lin. 3.
 ad nos usque. pag. 784. lin. 20. Religio civilis. pag. 789. lin. 1.
 persuaserunt. p. 790. l. 14. *addo*, vocant, & *σημεῖα*. p. 792. l. 3.
illa sacra. p. 793. l. 10. quicquam. p. 802. l. penult. p. 803. l.
 decernentem? p. 819. l. 10. quibus. pag. 821. l. 4. *ἀπερίετα*.





